IHS

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
7
10 H
55
7
2-1
28
Ex Bibliotheca
Majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA MONASTICA,

QVAE RELIGIOSAE ET SOLITARIAE VITAE ORIGINEM, PROGRESSIONES,

incrementa, & naturam, ex Scriptura ſacra, ex Pontificio & Cæſareo Iure, ex antiquiſsimis hiſtorijs, ex veterum Patrum, atque Iuriſconſultorum ſcriptis demonſtrat.

AVCTORE IACOBO MIDDENDORPIO,
Theol. Iuriſp. & Academiæ Colonienſis PROCANCELLARIO *atque* RECTORE.

Præcipua capita poſt Prȩfationem indicantur.

LVCAE X.

Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima: Porrò, vnum eſt neceſſarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Bibliot. Coll. Soc. Iesu Romae

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Goſuinum Cholinum.

ANNO DOM. M.DCIII.
Cum gratia & priuileg. Cæſ. Maieſt.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Y. 10. H. 55

REVERENDO,

NOBILI, ET EGREGIO IN Chriſto Patri, GVLIELMO AB HOICHKIRCHEN, *Abbati & Domino in Siegberg, Stralen, Gultz, & Ewenheim, &c. Patrono obſeruando.*

Diſertiſsimus ille Chriſtianorum Cicero Lactantius Firmianus, ad Conſtantinum Romanorum Imperatorem, re & nomine Magnum, de vera & falſa Religione, & Sapientia præſcripturus, libro quarto Diuinarum Inſtitutionum aſſeuerat: quòd cum religione, ſapientia, indiſſolubili nexu cohæreat. Quia in colendo ſapere debeamus, id eſt, ſcire, quid, & quomodo colendum ſit, & in ſapiendo colere, hoc eſt, re & actu quod ſcitur adimplere: vt ijdem ſint Doctores ſapientiæ, qui & Dei ſacerdotes, & ſapere nihil aliud ſit, niſi Deum verum iuſtis & pijs cultibus honorare.

Cùm ſuperioribus annis veræ & falſæ ſapientiæ, bonarumque Artium, & literarum, celebriumque totius orbis Academiarum originem, progreſsiones, & in-

(:) 2 crementa

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

crementa perueſtigarem, multa digniſsima ex antiquitatum arcanis occurrebant, quæ illius commentationis metas excederent; ideoque ea primò in locos communes congeſsi; paulatim verò, quantum ingenij vires, & publica negotia patiebantur, in certos tractatus digeſsi; & inter cætera de ſolitariæ, religioſæ, & Monaſticæ vitæ origine, ab exordio mundi, ante, & poſt Diluuium; incrementis & naturâ, cauſis, & effectis, cæteriſque adiacentibus & connexis hiſtoriam collegi.

Quam nuper, cùm Sereniſsimorum & Reuerendiſsimorum Principum, Archiepiſcopi, & Electoris, atque Coadiutoris & Adminiſtratoris Colonienſis auctoritate & iuſſu, in hac materia Monaſtica & Cœnobitica crebrò, diuerſis in locis verſari oporteret, relegere, atque exercere debui, & in pręſentem formam redegi, vt mihi ſoli ſubinde ſeruiret. Sed quando alij quidam Doctiſsimi viri eam videbant, nullum vrgendi finem fecerunt, donec Typographo excudendam permitterem.

Nam olim fuerunt, neque deſunt hactenus, qui religioſum & ſolitarium vitæ genus, tanquam nouum, & Reip. inutile, otioſum, & à ſuperſtitioſis hominibus temerè adinuentum calumnientur, & ab ingreſſu religionis homines varijs argu-

mentis

mentis deterrere conentur,& abuſionum atque difficultatum plauſtra in hanc ſacram officinam importent. Iccirco primam illius originem,vetuſtatem, dignitatem , vtilitatem, & iucunditatem ex Scriptura ſacra, ex Pontificio, & Cæſareo Iure, ex antiquiſsimis hiſtorijs, & veterũ Patrum,atque Iuriſconſultorum ſcriptis, pateſacere ſtudui. Qui conſtanter affirmant: quòd religioſa,& ſolitaria vita,Deum ipſum,Patriarchas, Prophetas, & Apoſtolos authores habeat, ortumque illius ab exordio mũdi deriuant. Etſi enim omnibus hominibus promiſcuè finis hic propoſitus eſſe debeat, diuinæ virtutis, & iuſtitiæ,ſimilitudò,qui ad imaginem Dei creati ſunt: tamen non tantùm orthodoxi Patres,& hiſtorici fideliſsimi probant, ſed Pythagoras, Plato, Epictetus, cæteríque illuſtriores Poetæ, atque Philoſophi agnouerunt. Duplex hominum genus in Rep. verſari: quorum hi facerent,quę humanitatis ratio, leges, & plebiſcita præſcribunt,abſtinerent verò ab ijs,quæ prohibentur : illi autem, propter ardentius virtutis & ſapientiæ ſtudium, ea etiam prætermitterent, quæ alij vſurpant, & quibus ipſi rectè vti poſsent, facerent ſæpè quæ facere non tenerentur : quæque cæteri mediocriter boni viri non faciunt.

Ipſeque Moyſes, & vetuſtiſsimi hiſtorici, atque orthodoxi Patres affirmant: quòd Adami filius Seth, & illius progenies, perfectioris & religioſæ vitæ, bonarumque artium, & ſapientiæ inuentores, & propagatores extiterint: cumque virtutis & ſapientiæ ſtudijs excellerent, per ipſos religio, & pietas, diuinarumque & humanarum rerum doctrina in orbem terrarum fuerit introducta, vt genus humanum, in hoc mundi exilio, varijs miſerijs obnoxium, duabus illis præclariſsimis rebus, religione & ſapientia fulciretur. Ideoque Sethini à Moyſe, & à ſapientibus viris, filij Dei vocantur. Peculiareſque viuendi leges, & certam precandi formam habebant; præceptumque ijs ab Adamo & Setho erat, vt à Cainorum conſuetudine abſtinerent, & ſeorſim habitarent: ne Cainorum (quos Moyſes filios hominum appellat) conſuetudine deprauarentur. Vnde longè maior ira Dei, vniuerſique orbis interitus (vt exitus declarauit,) proueniret.

Noachus poſt Diluuium noui orbis inſtaurator, veram religionem, & priſcam religioſorum Sethinorum pietatem, continentiamque huic mundo reſtituit. Quod in libris Academiarum demonſtraui.

Veræ

Veræ antiquitatis peritiſsimus Hieronymus, ad Paulinum ſcribens, ait: Romani Duces imitentur Camillos, Fabritios, Regulos, Scipiones: Philoſophi proponant ſibi Socratem, Platonem, Ariſtotelem: Poetæ æmulentur Homerum, Virgilium; Oratores Lyſiam, Demoſthenem, Gracchos, Tulliũ; Epiſcopi & preſbyteri habeant Apoſtolos, & Apoſtolicos viros: Nos autem habeamus propoſiti noſtri Principes, Heliam, & Heliſæum, & filios Prophetarum, qui habitabant in agris, & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula propè fluenta Iordanis: & tandem Paulos, Antonios, Iulianos, Hilarionem, Macarios. Iterum ad Ruſticum Monachum: Filij prophetarum quoque Monachos in veteri teſtamento legimus, ædificabant ſibi caſulas, iuxta fluenta Iordanis, & turbis vrbium derelictis, polenta & herbis agreſtibus victitabant. Aurelius Auguſtinus in Pſal. 132. Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum, &c.

Iſta, inquit, verba pſalterij, iſte dulcis ſonus, iſta ſuauis melodia, tam in cantico, quàm intellectu etiam Monaſteria peperit. Ad hunc ſonum excitati ſunt fratres, qui habitare in vnum cupiuerunt. Iſte verſus fuit tuba ipſorum, ſonuit per

orbem terrarum,& qui diuiſi erant, congregati ſunt in vnum,ex voce huius Pſalmi appellati ſunt Monachi, ne quis vobis de iſto nomine inſultet Catholicis. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores, & orthodoxi Patres,in eandem prorſus ſententiam, de religioſæ vitæ exordio loquuntur: & in noua lege à Ioanne Baptiſta, atque Apoſtolis deriuant. Progreſsionemque, & incrementa,hoc Commentario fuſius enarraui. A temporibus Apoſtolorũ plurimi religioſi viri & fœminæ amoris diuini facibus incenſi, contemptis omnibus, ſeſe ad Chriſti ſtudium, ſolitariumque vitæ genus alacriter contulerunt, vitam ſuam ad Euãgelicæ perfectionis regulam compoſuerunt: omnibus externis, & propria voluntate relictâ, ſeſe totos rebus diuinis conſecrabant,vt per Euangelica Dei ipſius conſilia,vitam Apoſtolicam perfectius imitarentur.Nouæ enim & inuſitatæ virtutis admiratio ad animos hominum pietate & religione informandos plurimum valet. Statim ac ſimul cum Chriſtiana fide, Monaſtica etiam diſciplina, aureo Conſtantini Magni ſeculo propagari, & ex latebris, atque ſolitudine, in qua diu, ob crebras grauiſsimas perſecutiones delituerat,erumpere cœpit;& vbi Chriſtianiſmus introducebatur, & religio ſimul

accedebat, Pauli, & Antonij Eremitarum virtutes tantæ fuerunt, vt etiam Dæmonibus terribiles eſſent: & Conſtantinus Magnus, ipſorum precibus ſeipſum, vxorem, & liberos ſuos, totumque Romanum Imperium commendaret. Concilio Oecumenico Nicæno primo, & magno, religioſorum ſtatus approbatus & commendatus reperitur. Quamdiu eius alumni, & profeſſores, vita & moribus optimi viri erant, qui animas hominum ſanabant, morbos curabant, & præclarè de repub. merebantur, magnum incrementum capiebat. Ex hoc religioſorum genere ferè extiterunt ſacerdotes illi, qui Germanos doctrina & miraculis permouerunt, vt Chriſtianam religionem amplecterentur.

In Europam tempore Conſtantini, & aliorum Imperatorum, Chriſtianiſmum, magna ex parte, introduxerunt, & propagârunt, langueſcentemque in cordibus multorum veram pietatem reſuſcitârunt. Multos populos barbaros ad Chriſtum adduxerunt. Pontifices, & Epiſcopi ſanctitate, doctrina, miraculis clari, atque Reges & Principes hinc exorti ſunt, aut huc ſe contulerunt. Innumeri religioſi doctrina & eloquentia excelluerũt. Monaſteriaq; fuerunt ſeminaria doctorũ vi-

rorum, qui mundum conſeruarint. Plurimumque fructus reip. & decoris religioſi ordines attulerunt. Haudquaquã ergo illiberalis otij, vel voluptatis, deſidiæque cauſa, religioſum, ſolitariũq; vitæ genus, temerè, vel à quopiam coacti, ſed amore rerum cæleſtium, & beatæ immortalitatis deſiderio religionem ingrediebantur. Quando in Eccleſiæ infantia pauciores adhuc in vrbibus Chriſtiani habitabant, & maxima Chriſtianorum pars ita pietatem & virtutes coleret, vt à communi vita parum diſcederet: haud pauci ad cupiditatem amplioris pietatis exarſerunt: diuinoque cultui, ex immenſo cœleſtium rerum amore addicti, ad perfectionem vitæ gradum, (Deo adiutore) conſcendere cupiebant: corpus in terra gerentes, cogitatione verò & animo in cœlo morabantur: verbaque eorum, & opera à virtute proficiſcebantur.

Quòd vt commodius conſequerentur, ab hominum turba migrabãt: vt corporeis vinculis, mundique fallacis illecebris liberati, multo purius aſpectum animorum in diuina claritate defigerent: quietamque & pacatam vitam degerent, in montibus, ſaltibus, atque ſpeluncis paſsim verſabantur. Mariæ Magdalenæ contemplatricis, quæ, Chriſto teſte,

opti-

optimam partem elegit, & Apoſtolorum exemplum atq; doctrinam imitantes.

Quare Chryſoſtomus montes & ſaltus ſanctorum tabernacula vocat. Monaſteriaque pœnitentiæ loca; Admirabilis vitæ Gymnaſia: pietatis ſcholæ, virtutum officinæ, pauperum hoſpitalia nuncupantur. Baſilius Magnus de laudibus Eremi ad Monachum lapſum: O vita Eremitica! O vita ſancta, Angelica, benedicta, viuarium animarum, exêdra gemmarum cœleſtium: Curia cœleſtium Senatorum. Alij religiones velut munimen aduerſus diabolicos inſultus, cœlitus hominibus datas aiunt, tanquam officinas pietatis, Chriſtianæque perfectionis Magiſteria. Ob hanc rem plurimi nobiles adoleſcentes, in magnis opibus enutriti, in magna ſpe dignitatis & honoris educati, ſtudio tam admirabilis virtutis, quã in Cœnobijs tunc cernebant, incenſi, opes deſeruerunt, honores contempſerunt, voluptates aſpernabantur, & in eorum ſocietatem, quaſi in tranquillum vitæ portum, ab aduerſa vitiorum tempeſtate confugerunt. Haud paucæ etiam virgines eximia ſpecie, & inſigni pulchritudine, quarum nuptias multi Iuuenes nobiles ambiebant, omnes huius vitæ blanditias contempſe-

tempſerunt, vt in ſanctarum virginum collegijs multo ſuauius Chriſti ſpiritu & conſuetudine fruerentur. Vt non coactæ fuerint ad Monaſteria, ſed non potuerint à Monaſterijs retineri. Vt mentem ab omni praua cupiditate abſtrahere, totumq; animum à ſenſibus terrenis abducere liceret: extinctaque corporis rebellione, à curis, ſolicitudinibus, periculis, & laqueis (quibuſcum ſeculares colluctātur) liberi, purius ſoli Deo inſeruirent, & cœleſte manna, cæteris abſconditum, coronamque vitæ æternæ conſequerentur. In hoc igitur tractatu ſatis, ni fallar, ediſſertum eſt: Qualiter religioſa, ſolitaria, & Monaſtica vita fuerit exorta, quas progreſsiones, quæ incrementa habuerit ante & poſt Diluuium: quibus authoribus ſit in omnibus prouincijs diſpartita: à quibus, & quamobrem Monaſteria Cœnobiaq; extructa fuerint: quare veteres tam libenter fuerint religionem ingreſsi, & quo animo ſit appetenda religio: de officio parentum erga illas proles, quas huic vitæ deſtinârunt; vt nec cogant, nec prohibeant: quid futuro Monacho ante cogitandum ſit: de eligendo bono Duce, & Cœnobiarcha, certaque ſodalitate, ordine & Cœnobio; de receptione Tyronum: de veſtitu, de profeſsione:

ne: & veſtibus religioſis; de vita & moribus:de conſtantia, diligentiaque in progrediendo: non facilè diuagando extra Monaſterium: de clauſura, & viſitatione amicorum: quàm periculoſa ſit virginibus cum viris, & cum fœminis viri conuerſatio: de laboribus, & exercitijs religioſorum: de ſilentio: de prauis cogitationibus maturè comprimendis: de balneis, de ſpirituali gaudio:de temporis ratione & modo adhibendo: de caſtitatis excellentia & præmio:quantum Eccleſię Dei & Chriſtianæ Reipub.profuerint religioſæ vitæ ſectatores, vt propterea ab antiquis valde honorati fuerint: quòd propter aliquorum abuſus & vitia, res & ordo vituperandus non ſit, nec malorum odio boni grauandi: Aliorum quorumdam argumentorum explicatio: quæ de aſperitate, de inſuauitate, de tentationibus magnis, de difficultate, de morbis, deque ſolitudine, & otio, ad deterrendum ab ingreſſu religionis afferuntur: Quòd Monaſteria neceſſario à legitimo magiſtratu viſitanda ſint, & per diſcretam viſitationem reformanda,& quatenus hoc ad Laicos pertineat. Tempora enim hæc à priſco feruore & inſtituto veteri longè degenerauerunt, vt pleriſq; in locis prudenter reformare oporteat.

Totus

Totus autem hic labor à me ſuſceptus eſt, ad laudem omnipotentis Dei: ſalutem animarum: pro bono ſtatu religionis: ad conſolationem & ædificationem omnium religioſorum, virorũ, & fœminarum, vt intelligant, quàm præclarum vitæ genus elegerint: & quàm accuratè, ſolliciteque in eo verſari oporteat, vt bona ſua iucundius recognoſcant, nominiq; ſuo reſpondere, vitam quoque & mores ei congruentes inſtituere conentur.

Deinde in gratiam & honorem Reuerendorum & Doctiſsimorum Dominorum Patrum: Godefridi Huls S. Pantaleonis, Balthazari Brey S. Martini, Gerardi Folleri S. Hereberti Tuitij, Dionyſij Liek S. Nicolai in Bravviler, Godefridi Drack veteris Campi, Bartholomæi Anſelt Antiqui Montis, Abbatum, . Et Engelberti Artopæi Antonianæ Domus Præceptoris: qui Monaſteria ſua prudentiſsimè gubernant. In primis autem R. P. T. Sub cuius auſpicijs, & nomine in lucem prodire, eidemque potiſsimum dedicare volui. Quippe quem diuina bonitas tot præclariſsimis ornamentis inſigniuit, vt Ordinis illius decus, inſignis domus Siegburgenſis incolumitas, Nobilis familiæ ſuæ ſplendor, meritò appel-
letur.

letur. Cuius pietatem, prudentiam atque virtutes boni omnes prædicant, & ipſe cognoui. De quibus Summus Pontifex informatus, paterno affectu beneuolè complecti cœpit; & ad augendam illius dignitatem, ac pro maiore authoritate concilianda, R.P.T. & ſucceſſoribus ſuis Mytræ priuilegium indulſit: maioraque ornamenta paulatim ſequentur; & ſempiternam optimi nominis memoriam poſt ſe in terris relinquet, ac ineffabilibus gaudijs regni cœleſtis cum Sanctis illis Patribus cumulabitur in cœlis. Coloniæ Agrippinæ ex Decanatu S. Andrææ, nonis Martij, Anno 1603.

R. P. T.

Obſeruant.

Iacobus Middendorpius, I.V. D. Vniuer. Colonienſis Procancellarius, & Rector.

CARMEN IN COMMENDATIONEM SOLITVDINIS EX
Cornelij Muſij vita ſolitaria.

Beata verè ſolitudo res, Deis
Accepta, turba exoſa, grata vatibus,
Induſtriæ altrix, ingeni excitabulum,
Tranquillitatis pabulum verè vnicum,
Quietis almæ dulce ſeminarium.

APOSTROPHE AD RELIGIONEM NON FICTAM, SED VERAM
eamq́ue Chriſtianam, quæ cum lacera veſte &c. deſcribitur pulchra pictura, verſibus expreſſa, cum appoſita ad eandem reſponſione.

Quænam tam lacero veſtita incedis amictu?
Relligio ſummi vera Patris ſoboles.
Cur veſtis tam vilis? opes contemno caducas.
Quis liber hic? Patris lex veneranda mei.
Cur nudum pectus? decet hoc candoris amicam.
Cur innixa cruci? crux mihi grata quies.
Cur alata? homines doceo ſuper aſtra volare.
Cur radians? mentis diſcutio tenebras.
Quid docet hoc frenum? mentis cohibere furores.
Cur tibi mors premitur? mors quia mortis ego.

Ergo cum Dauide Pſalmo 54.

Ecquis dabit columbinas,
Leues alas, alas binas,
Vt hinc volem properè,
Hactenus vt impeditus,
In ſeceſſu expeditus
Valeam quieſcere.

SENTENTIAE ALIQVOT IN COMMENDATIONEM *ſolitariæ vitæ & religionis.*

Geneſ. cap. 12.

Dixit Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam mōſtrauero tibi: faciamque te in gentem magnam, & benedicā tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus.

Geneſ. 15.

Noli timere Abraham: ego protector tuus ſum; & merces tua magna nimis.

Thren. 3.

Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſe, ſuper ſe.

Oſeæ 2.

Ducam eam in ſolitudinem, & quar ad cor eius.

REGORIVS NAZIANZENVS in Apologetico, quo rationem reddit, cur Epiſcopatum repudians in Pontum fugiſſet.

Cùm tranquillæ vitę, atque ab herum frequentia ſemotæ amo-

(:) (:) reſta-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

re flagrarem, non tuli me im[illegible]ioſè trahi, atque in medios tumultus contrudi, ab hacque vita perinde atq; ab Aſylo quodam per vim auelli: nihil enim mihi fortunatius eo homine eſſe putabatur, qui clauſis compreſſisq; corporis ſenſibus atq; extra carnem mundumque poſitus, in ſeque collectus (nec niſi ſumma neceſsitate impellente, quidquam rerum humanarum attingens, atq; ſecum in ſe & cum Deo colloquens) ſuperiorem rebus in aſpectum cadentibus vitam agit: diuinasque ſpecies & imagines puras ſemper, nec vllis terrenis & errabundis formis permixtas in ſe ipſo circumfert, ac Dei rerumque diuinarum purum omnino ſpeculum eſt, indiesque efficitur, lucique lucem, obſcuriori videlicet clarior adiungitur, ac iam futuri æui bono fruitur, & cum Angelis verſatur, & licet adhuc in terris agens, terram deſerit, atque à Spiritu in cœlo collocatur.

CLIMACVS Gradu 4.

Monaſteriũ eſt quoddam cœlum in

ter re.

terrenum, & ideo quo affectu, ac reuerētia credimus Angelos miniſtrare Deo, eadem nos etiam fratribus noſtris miniſtrare debere.

FRANCISCVS PETRARCHA Libro 2. de Vita ſolitaria Tractatu 2. Capite 9.

O verè vita pacifica, cæleſtique ſimillima. O vita melior ſuper vitas: vita laborum vacua, bonorumque tantorum capax: vbi exſpectatur ſalus: ſuaue iugum Domini portatur: tacetur & ſedetur, & ſedendo conſurgitur. Vita ſalutaris: hominibus formidabilis: & inuiſa dæmonibus: quod niſi ita eſſet, haudquaquam id vitæ genus ingreſſos tam multis & tam varijs tentationū generibus infeſtarent. Vita reformatrix animę: reparatrix morū innouatrix affectuū: lotrix ſordiū; purgatrix ſcelerū: conciliatrix Dei & hominum: ruinarum innumerabilium inſtauratrix. Vita contemptrix corporum: cultrix ingeniorum: moderatrix præcipitum: torpentium excitatrix appetituum: genitrix nobilium: al-

ma virtutum nutrix: vitiorũ domi-
trix:perẽptrixq;:paleſtra luctanti,
arena currentium: campus pug-
nantium: arcus triumphantium:
Bibliotheca legentium: cella me-
ditantium: penetrale orantium:
Mons contemplantium. Et quid
dicam, niſi ſimul omnia: vita fe-
lix,& ad omne bonum opus aptiſ-
ſima: vita philoſophica: poëtica:
ſancta:prophetica.

*ALEXIVS VGONIVS IN DIALO-
go de ſolitudine.*

Solitudo vitæ non immeritò
ſingularis dicta, ita vt ea ſola verè
vita ſit: reliquis omnibus conue-
niat, quod ait Cicero: quod hæc
noſtra quæ dicitur vita, mors eſt.
Vita demum ad omne præclarum
opus aptiſsima, reparatrix mo-
rum, innouatrix affectuum, pur-
gatrix ſcelerum, vitiorum domi-
trix, alma virtutum nutrix. Vita
philoſophiæ mater poëſis adiu-
trix, prophetiæ reuelatrix, maxi-
meque ſanctitatis, ac rectitudinis
cultrix. Vita(vt breui omnia dicã)
angelica cœleſtique ſimillima.

Damaſce-

DE ORIGINE
ET PROGRESSIONIBVS RELIgioſæ & ſolitariæ vitæ, in veteri teſtamento, ante, & poſt diluuium.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

CAPVT I.

EIECIT Dominus DEVS Adamũ & Euam, primos omniũ hominum parentes, ex Paradiſo, horto voluptatis, propter inobedientiã, meritò eiecerat: promiſit tamen futurum aliquando, vt ſemen mulieris caput impijſsimi ſerpentis, qui tanti mali auctor extiterat, contunderet: ipſeque Dei filius de virgine natus homo, non hoctantum peccatum, ſed omnia totius mundi ſcelera, ſacratiſsimo ſanguine ſuo expiaret, tolleret iram Dei patris, ac perditam ſalutem inſtauraret, vt reditus non in terreſtrem quidem Paradiſum, ſed in cœleſtem iterum pateret. Et hanc ob cauſam hominum creator & parens, cuius natura bonitas, cuius opus miſericordia, vt ait Leo, nunquam ceſſauit, vel ceſſat, eam imbecillitatem humani generis aptiſsimis quibuſdam adminiculis fulcire, & diuina quædam inſtrumenta proponere, quibus

Geneſ. 1.

Serm. 2. de Natiuit.

quibus, ſi velint, ſalutem ſuam conſequi poſsint. Hinc enim tot ſalutaria conſilia iudiciaq; ad hominē adeò lubricū & debilem per ſe, ſuſtinendum ne cadat, vel ſi ceciderit, ſubleuandū roborandūq;, ſcriptura ſacra, & Dei eccleſia demonſtrauit.

Ideoque multi homines, iam inde ab initio mundi, incredibili eius amore exardeſcere, & cœleſtem religioſamque vitam amplecti cœperunt. Cumq; animaduerterent, quàm infelici eſſent loco conſtituti, vbi non modò plurimis animi & corporis bonis deſtituerentur, ſed ipſa etiam caro ſua ſpiritui & animo (cui tanquam miniſter quidam obtemperare debebat) violenter repugnaret: tunc neceſſariò perpetuum duellum exorſi, ieiunijs, atque laboribus, vigilijsque, & aſsiduis ardentiſsimis precibus, carnem domare, atque in ſeruitutem redigere ſtuduerunt. Quales viri à Moſe, & ſacræ hiſtoriæ ſcriptoribus filij Dei atque Sethini vocantur. A Setho nimirum filio Adami, qui perfectioris & religioſæ vitæ, & bonarum artium auctor atq; propagator fuit.

Geneſ. 6. Ioſeph. lib. 1. antiq. cap. 4. Petr. Comeſt. cap. 29. 31. in Geneſ. Vincent. Erphord. & alij. Auguſt. li. 15. de ciuit. Dei cap. 18. Beda ſuper Geneſ.

Cumque virtutis & ſapientiæ ſtudijs vir egregius exiſteret, optimos quoque filios reliquit, per quos vera religio & pietas, diuinarumque & humanarum rerum

rum doctrina, primò eſt in orbem terrarum introducta: vt genus humanum in hoc mundo varijs miſerijs obnoxium, duabus illis præclariſsimis rebus, religione & ſapientia fulciretur.

Peculiarem Sethini precandi formam, & certas viuendi leges habebant: fuitque illis ab Adamo & Setho præceptum, vt à Cainorum conſuetudine abſtinerent, ſed in monte quodam, Paradiſo proximiore, habitarent. Metuebant enim optimi viri, ne ſicut Cainus Abelem fratrem ſuum crudeliter oppreſſerat, ita eius poſteri, & præſertim mulieres, religioſorum & bonorum Sethinorum animos prauis moribus & libidine deprauatos occiderent: Vnde longè maior Dei ira, (vt exitus proh dolor declarauit) vniuerſique orbis interitus, proueniret. Nam quamdiu in iſto vitæ & ſtudiorum genere perdurabāt, ſatis quidem felices, & Deo, cui peculiariter adhærere decreuerāt, cęteris chariores erāt. Sed poſtquam à priſca ſanctimonia, continentiaq; ac probitate degenerabant, vt Cainorum cōſuetudine, & humanarum filiarū pulchritudine atq; blanditijs corrupti, ex religioſis & ſpiritualibus, atque Philoſophis, mundani, carnales, libidinoſi & molles euaderent: multò adhuc ne-

Vide libros noſtros de Academiis, & Tractat. de vera religione.

Geneſ. 6. Ioſeph. lib. 1. ca. 5. antiquitat. Iuda. Comeſt. cap. 31. in Geneſim. Vincent. ſpec. lib. 2. cap. 51. Nauc. & alij.

quiores & ſceleratiores filios, ex inceſto illo concubitu, procreauerunt, qui à maxima turpitudine, & nefandis ſceleribus Gygantes vocabantur. Taliterq; Deum offenderunt, vt creati à ſe hominis pœnitentia duceretur: totumque genus humanum breui tempore diluuio ſeſe intereempturum pronuntiaret. Noachum autem virum iuſtum, maximam nauim fabricare voluit, ex lignis leuigatis, cuius longitudo trecẽtorum cubitorum eſſet, quinquaginta cubitorum latitudo, & altitudo cubitorum triginta: in qua ipſe cum vxore ſua, & tribus filijs, Semo, Chamo, Iapeto, & vxoribus eorum; cæterarum quoque animantium ſpeciebus ab aqua conſeruaretur. Hanc verò tantæ mundi cladis atque diluuij cauſam extitiſſe, non ſolùm Moſes, & veteris hiſtoriæ ſacræ auctores aſſeuerant, ſed ipſe etiam CHRISTVS, apud Matthæum & Lucam, apertè profitetur.

Matth. 24. Luca 17.

Noachus verò, quia noui orbis inſtaurator & parens eſſe debebat, qui veram religionem, & priſcam religioſorum Sethinorum pietatem, continentiamq; filios & poſteros ſuos doceret, idcirco admirabili DEVS conſilio vſus eſt, quando in ſalutarem illam nauim ingredi iuſſit, viros à mulieribus ſeparatos. Sic enim

Moſes

Moſes loquitur: *Ingreſſus eſt Noë, & filij eius, vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquas diluuij.* Vt inde perſpicerent, propter incontinentiam, & inceſtos concubitus, ac Gygantæos mores, hanc cladem vniuerſo terrarum orbi ſuperueniſſe: & in nouo orbe ſcirent, ſibi ab illis eſſe diligentiſsimè cauendum. Cumque arca iſta eccleſiæ Chriſtianæ typus exiſteret, hac cæremonia eos hortari voluit, vt non modò aliqui religioſi permanerent, ſed ipſi etiam coniuges promiſcuè orationi, pœnitentiæ, & rebus diuinis operam in Eccleſia daturi, certis temporibus ab vxoribus abſtinerent. *Geneſ. 7.*

Poſt diluuium locutus eſt Dominus ad Noe: *Egredere de arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum, & ingredimini ſuper terram, creſcite & multiplicamini ſuper eam.* Quia enim omnes reliqui homines diluuio perierant, naturæ neceſsitas ſobolem, ac procreationem, conſeruationemque humani generis poſtulabat. Ideoque viri cum viris, & mulieres cum mulieribus in arcam ingrediuntur; ſed viri cum mulieribus exeunt. Id quod in ſacra hiſtoria Moſis, non ſolùm D. Ambroſius, antiquiſsimus & prudentiſsimus Eccleſiæ Chriſtianæ Doctor, ac *Geneſ. 8.* *Ambroſ. c. 21. de Noe & arca.*

Comeſtor c. 35. in Geneſim. Hiero. l. 1. contra Iouinianum.

Petrus Comeſtor, alijque ſcriptores obſeruauerunt: ſed verę antiquitatis peritiſſimus Hieronymus, his verbis contra Iouinianum, impurum hominem, & virginitatis ac religioſæ vitæ hoſtem, confirmat. Arca illa, iuxta Apoſtolum Petrum, typus eccleſiæ fuit, in qua octo animę ſaluæ factæ ſunt: quando ingreditur in eam Noe, tam ipſe quàm filij eius ab vxoribus ſeparantur, quando verò egreditur in terram, iunguntur paria, & quod in Arca, id eſt eccleſia, fuerat ſeparatum, in mundi conuerſatione ſociatur. Ipſe quidem Noachus Pontifex eorum, & ſacerdos atq; magiſter fuit, & religioſæ vitæ primus poſt diluuium author. Nam ſtatim ex Arca egreſſus, altare ædificauit, & domino Deo gratias acturus, obtulit ſacrificium, & filijs benedixit, & præclara vitæ ac morum præcepta dedit. Altare illud ex octo lapidibus conſtruxiſſe fertur, vt ſempiternam diluuij, quo ex omnibus hominibus octo tantùm ſuperfuerant, memoriam haberent, proptereaq; à vitijs abſtinerent, & virtutes ſectarentur. Quod non tantùm ſacra hiſtoria Geneſ. 8. & 9. & Theologorum ſchola affirmat: ſed Io. etiam Brunellus Iuriſconſultus tractatu de homicidio part. 4. nu. 29. profitetur.

Chri-

Chryſoſtomus tamen cùm retuliſſet hiſtoriam Moſis, quòd Noachus poſt diluuiũ 350. annos ſuperuixiſſet: neq; hoc, inquit, putes abſq; cauſſa aſsignaſſe ſcripturam, ſed vide, & hoc loco iuſti continentiam. Quia cùm tanta frueretur vbertate, & proſperitate, ſuperuiueretq́; tanto annorũ numero poſt egreſſum ab arca, noluit vltra indulgere puerorum procreationi. Nec enim cõmemorat ſcriptura, illũ alios præter tres iſtos pueros habuiſſe, &c. Tres illi fuerunt, Semus, Chamus, Iapetus, ante diluuium procreati & cum Noacho in Arca conſeruati. Etſi nõ ignoro, celebres auctores exiſtimare, quòd Chamus per artes magicas Patrem ſuum Noachum temulentum & nudum deturparit, & ſterilem reddiderit, tamen eorum opinio (licet præſens inſtitutum confirmet) de fabulis Rabinorum deprompta, & parum ſanæ rationis habere videtur. Tandem Noachus Semi filij ſui primogeniti poſteros aliquot religioſos feciſſe creditur. Vnde verſus.

Chryſoſt. homilia 29. in Geneſim, Euſeb. li. 1. ca. 9. demonſt: Euangel. Idem probat P. Benedictus Pererius lib. 14. in Geneſim.

Semi Iapeti Chami poſteritas
Tu ſupplex ora, tu protege, tuq́ labora.

Certiſq; temporibus reliquos omnes, vt rectius Deo ſeruirent, ab vxoribus promiſcuè iuſsit abſtinere. Id quod

non tantùm Semi poſteritas in Aſia obſeruauit, ſed priſci etiam Ianigenæ, qui ex Iapeto originem duxerunt, in Europa (etſi veram rationem, cùm varijs ſuperſtitionibus & idololatria eſſent deprauati, non intelligebant) longo tempore retinuerunt. Lucius enim Feneſtella, celeberrimus ſcriptor Romanus, de Hercule & ipſius vxore loquens: Erant, inquit, duo parati coniugibus lecti, eò quòd poſtridiè Libero patri rem diuinam facturi erãt, ſeorſum concubituris.

Feneſtella de Sacerdotijs Rom. cap. 1.

Noachum inter cætera nomina, quibus poſteri eum appellauerunt, Liberum quoque vocârunt, ac in ipſius memoriam inſtitutis ſacris, hanc etiam cæremoniam adhibuerunt. Paulatimque vera religio apud Iapeti & Chami progeniem, fraudibus diaboli, prorſus extincta eſt, & idololatria atq; Paganiſmus, (Iudæis tantùm, qui ex Semo deſcenderunt, exceptis) in vniuerſo terrarum orbe increbuit. Semper tamen qualemcunque veræ religionis vmbram, & priſcas cæremonias, mutata earum & obſcurata veritate retinuerunt, vt in libris Academiarum, & in tractatu de religione demonſtraui.

Ad Martis quidem ſacra multis diebus accuratiſsimè præparari oportebat,

quod

quod ex hac Priſci proconſulis oratione colligitur: Notum ſit omnibus vobis ciues Chalcedonenſes, vt his octo diebus purificatio fiat, & nono die immolemus magno Deo Marti. Ad quem morem fortaſsis alluſit Iuuenalis:

Ille petit veniam, quoties non abſtinet vxor *Iuuen. Sat.6.*
Concubitu, ſacris obſeruandiſq; diebus.
Magnaq; debetur violato pœna Cadurco.

Tandem Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti hunc morem puritati reſtituit: Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ad tempus ex conſenſu, vt vacetis orationi. *1 Corinth.7.* Hæc ergo Noachus, auctore Spiritu ſancto, taliter geſsiſſe creditur. Ipſius vxor, & prima omnium hominum noui orbis mater, Veſta, quamdiu poſt diluuium qualiterque vixerit, ſacris literis expreſſum non habemus: ex vetuſtiſsimis tamen hiſtorijs, & probabilibus coniecturis, probaui in Academia Romana, quod & ipſa cœlebs permanſerit, & ſacras aliquot virgines, perpetui ignis conſeruatrices inſtituerit. Breui enim tempore admirabiliter hominum genus poſt diluuium multiplicabatur, quando ſingulis ferè partubus plures liberos matres producebant. Quod ſacerdotium Veſtæ cùm diu in Italia ante vrbem conditam floruiſſet, magno honore & reuerentia Romani

coluerint, conſeruarint, auxerint: mox perſpicuè ſum explicaturus, ſi priùs ſacram hiſtoriam de religioſæ & cœlibis, monaſticæque vitæ progreſsione recenſuero.

Exodi 2. & 3. Iudæorum legiſlator Moyſes etſi Madianitam vxorem, Sephoram nomine, duxerat, tamen ad diuinum colloquium in montem Oreb vocatus, & ſacrum miniſterium legationemque pro vniuerſo populo ad Regem Aegypti ſuſcepturus, calciamenta pedum ſuorum atque humanos affectus exuere iubebatur, & reliquum vitæ ſuæ tempus cœlebs tranſegiſſe traditur: Vnde Epiphanius: Poſtquam prophetauit Moſes, non ampliùs vxori coniunctus eſt, non ampliùs liberos genuit, habebat enim vitam Domino vacantem. Idem Ioſue feciſſe putat Hieronymus libro 1. contra Iouinianum. Sacras deinde leges à Deo accepturus Moſes, viris imperabat, vt ſanctificarentur, veſtimenta ſua lauarent, & tribus diebus ab vxorum coniunctione abſtinerent, dum leges ipſas Deus ſanciret. Achimelech ſacerdos nulla ratione adduci potuit, vt Dauidi & aliquot ipſius pueris, maxima neceſsitate laborantibus, panes propoſitionis porrigeret, antequam mundos exiſtere, & diebus qui-

Epipha. hæreſ. 78. Antidicomarit.

Exodi. 19.

1. Reg. 12. Ambroſ. li. 1. offic. ca. 50.

quibuſdam ab vxoribus continuiſſe reſciret. Tam diligenter illa vetus traditio, etiam poſt latam legem fuit à Iudæis obſeruata.

Cumque præſtantiori natura præditi viri intelligerent, quòd à diuinarum rerum contemplatione, non parum homines per matrimonium, & curam rei familiaris impedirentur: idcirco quia ſectandam ſibi caſtitatem propoſuerant, abſtinentiam quoque & ieiunium, humilitatemq; in veſtitu,& victu quotidiano amplexi fuerunt. Vt ſicut gula, & ſaturitas, ſuperbiaque Adamum & Euam ex Paradiſo eiecerant; ita ipſi faciliùs in cœlum per contrarias virtutes redirent. Quos Paulus Apoſtolus intelligere videtur, quando ad Hebræos: Circumierunt, ait, in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis & cauernis terræ. Hieronymus ad Paulinum ſcribit: Habet vnumquodque propoſitum principes ſuos: Romani duces imitentur Camillos, Fabritios, Regulos, Scipiones: Philoſophi proponant ſibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Ariſtotelem: Poetæ æmulentur Homerum, Virgilium,

Hebr. 11. *Ambroſ. l. 10 epiſtola 82.*

Hier. ad Paul. de inſtit. monachi.

Menandrum, Terentium: Oratores Lyſiam, Demoſthenem, Gracchos, Tullium: Epiſcopi & Presbyteri habeant in exemplum Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, quorum honorem poſsidentes, habere nitantur & meritum: Nos autem habeamus propoſiti noſtri principes, Paulos, Antonios, Iulianos, Hilarionem, Macarios. Et vt ad ſcripturarum auctoritatem redeam, noſter princeps Helias, noſter Heliſæus, noſtri filij Prophetarum: qui habitabant in agris, & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta Iordanis. De his ſunt & illi filij Rechab, qui vinum & ſiceram non bibebant, qui morabantur in tentorijs, qui Dei per Hieremiam voce laudantur, & promittitur ijs, quod non deficiat de ſtirpe eorum vir ſtans coram Domino, &c.

Rurſus ad Ruſticum Monachum: Filij Prophetarum, quos Monachos in veteri teſtamento legimus, ædificabant ſibi caſulas, iuxta fluenta Iordanis, & turbis vrbium derelictis, polenta & herbis agreſtibus victitabant.

Ambroſ. li. 1. de Virg. In eandem ſententiam Ambroſius: Helias nullis corporei coitus fuiſſe permixtus cupiditatibus inuenitur. Quod *Hieron. de cuſtodia virginitatis.* Hieronymus quoque ad Euſtochium teſtatur: Virgo Helias, Heliſæus virgo, virgines

gines multi filij Prophetarum. Hieremię dicitur: Et tu ne accipias vxorem. Tale hominum religioſorum vitæ genus probauit Eſaias, multoque futurum in nouo Teſtamento florentius prædixit: Hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locū, & nomen melius à filijs & filiabus, nomen ſempiternum dabo ijs, & quod non peribit. Et alibi: Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? Habet enim anima volatus ſuos, & quanto ad altiora diuinioraque ſeſe (auctore Ambroſio) erigunt: tantò magis ſine vllo terrenæ molis impedimento feruntur. Diſcite ergo, inquit, virgines in hoc mundo, ſupra mundum eſſe, etſi corpus geritis, volitet in vobis ales interior. Ea eſt natura pennarum, vt agitando ſe, virtutem capiant. Has alas iam olim Dauid cōcupierat: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. *Eſaie 60.* *Ambroſ. lib. 3. de Virgin.* *Pſalm. 54.*

Hoc Monachos Aegypti crebrò vſurpaſſe, oculis in cælum eleuatis, probat Hieronymus ad Euſtochium. Eodem refert Ambroſius, Cap. 1. ad virginem deuo-

deuotam, illud Pſalmi 44. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. Idq; virginibus coram Eccleſia, quando recipiebantur, proponi ſolere, ſcribit c. 5. ad virginem lapſam.

D. etiam Auguſtinus in Pſalmum 132. Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum: Iſta, inquit, verba Pſalterij, iſte dulcis ſonus, iſta ſuauis melodia, tam in cantico quàm intellectu, etiam monaſteria peperit. Ad hunc ſonum excitati ſunt fratres, qui habitare in vnum concupierunt. Iſte verſus fuit turba ipſorum: ſonuit per orbem terrarum, & qui diuiſi erant, congregati ſunt in vnum. Ex voce huius Pſalmi appellati ſunt & monachi: ne quis vobis de iſto nomine inſultet catholicis. Daniel vitam elegit quietam, in cœlibatu ſeruire Deo: in nomine Danielis, qui vir deſideriorum eſt appellatus, ſed vtrique caſtorum atq; ſanctorum, ſignificantur ſerui Dei, de quibus dicitur; Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum. Meritò illis diſplicet nomen monachorum, qui nolunt habitare in vnum

eum

cum fratribus. Huc etiam pertinet: Læ- *Iſaiæ 35.*
tabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium, germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans. Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli & Saron. Id verè impletum fuiſſe, imperante Conſtantino Magno, libro decimo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ teſtatur Euſebius.

D. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, & ad Ruſticum Monachum profitetur, quòd Ioannes Baptiſta alter Helias, in eremum abierit, nec in domo Parentum voluerit viuere, cum periculo caſtitatis, aſperaque veſte & pellicea Zona, ac locuſtis, & melle ſylueſtri vſus; verum noui teſtamenti monachum repræſentarit. Sozomenus quoque de religioſæ vitæ origine loquens: *Sozomenus li. 1. ca. 12. hiſtoriæ eccleſ. Nicephorus l. 8. cap. 39.*
Optimam, ait, hanc Philoſophiam exorſus eſt, ſicut quidam dicunt, Helias propheta, & Ioannes Baptiſta. Et Nicephorus Calixtus: Authorem diuinæ iſtius Philoſophiæ quidam laudant Heliam, illum æmulatorem; quidam verò Ioannem Baptiſtam. Nicolaus Boeriu Iuriſconſultus, in tractatu de Eremitis, aſſeuerat, eremitas ab Helia & Ioanne Baptiſta, cœnobitas ab Heliſæo Propheta originem ducere.

Idem

Lib. 2. Mach. cap. 4. Idem profitetur Volaterranus lib. 2. antropolog. Razias multis temporibus cõtinentię propoſitum tenuit in Iudaiſmo, corpusque & animam tradere contentus pro perſeuerantia.

De Ioanne Baptiſta cecinit Prudentius Chriſtianiſsimus Poeta, Hymno 7. Ieiunant. lib. 1. Cathemer.

Poſt in patentes ille ſolitudines
Amictus hirtis beſtiarum pellibus,
Setiſue tectus, hiſpida & lanugine
Seceſſit, horrens inquinari & pollui,
Contaminatis oppidorum moribus.
Illic dicata parcus abſtinentia
Potum cibumq; vir ſeuera induſtria,
In vſque ſerum reſpuebat veſperum.
Paruum locuſtis & fauorum agreſtium
Liquore paſtum corpori ſuetus dare.

Et Nonnus Poeta.

Melliflui autem Iudaea in ſaltibus ora
Montiuagus quidam, deſertaq; incola rupis
Errabat primi praeco baptiſmatis, illi
Nomen Ioannes.

De eodem canit Eccleſia:

Antra deſerti teneris ſub annis
Ciuium turma fugiens petiſti:
Ne leui ſaltem maculare vitam
Famine poſſes.

FAEMI-

FOEMINAE ETIAM IN VETERI *teſtamento religioſæ fuerunt.*

CAPVT II.

NEque viri tantùm religioſum & contemplatiuum hoc philoſophandi genus conſectabâtur, ſed religioſæ etiam fœminæ idem coluerunt. Poſtquam enim Hebræi ex Aegypto per mare rubrum tranſierant, Moſis ſoror Maria, prophetiſſa, ſumpſit tympanum in manu ſua, egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam, cum tympanis & choris, quibus præcinebat, dicens: *Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorē proiecit in mare.* Maria, ſcribit Ambroſius ad Virgines, ſumens tympanum, pudore virgineo choros duxit. Conſiderate, cuius illa ſpeciem tunc gerebat: Nonne Eccleſiæ, quæ religioſos populi cœtus, qui carmina diuina concinerent, immaculato virgo ſpiritu copulauit? Nam etiam templo Hieroſolymis fuiſſe legimus virgines deputatas. Sed quid Apoſtolus dicit? Hæc autem in figura contingebant illis, vt eſſent indicia futurorum. Figura in paucis eſt, vita in pluribus, &c. Sapientiæ cap. 3. beatæ felices fore prædicantur ſteriles & incoinquinatæ, quæ ignorant thorum in delicto.

Exod. 15.

Ambroſ. li. 1. de virginib.

Hierony. in ca. 56. Eſaiæ.

Comeſtor c. 35. in Geneſim. Hiero. l. 1. contra Iouinianum.

Petrus Comeſtor, alijque ſcriptores obſeruauerunt: ſed verè antiquitatis peritiſſimus Hieronymus, his verbis contra Iouinianum, impurum hominem, & virginitatis ac religioſæ vitæ hoſtem, confirmat. Arca illa, iuxta Apoſtolum Petrum, typus eccleſiæ fuit, in qua octo animę ſaluæ factæ ſunt: quando ingreditur in eam Noe, tam ipſe quàm filij eius ab vxoribus ſeparantur, quando verò egreditur in terram, iunguntur paria, & quod in Arca, id eſt eccleſia, fuerat ſeparatum, in mundi conuerſatione ſociatur. Ipſe quidem Noachus Pontifex eorum, & ſacerdos atq; magiſter fuit, & religioſæ vitæ, primus poſt diluuium author. Nam ſtatim ex Arca egreſſus, altare ædificauit, & domino Deo gratias acturus, obtulit ſacrificium, & filijs benedixit, & præclara vitæ ac morum præcepta dedit. Altare illud ex octo lapidibus conſtruxiſſe fertur, vt ſempiternam diluuij, quo ex omnibus hominibus octo tantùm ſuperfuerant, memoriam haberent, proptereaq; à vitijs abſtinerent, & virtutes ſectarentur. Quod non tantùm ſacra hiſtoria Geneſ. 8. & 9. & Theologorum ſchola affirmat: ſed Io. etiam Brunellus Iuriſconſultus tractatu de homicidio part. 4. nu. 25. profitetur.

Chri-

Chryſoſtomus tamen cùm retuliſſet hiſtoriam Moſis, quòd Noachus poſt diluuiũ 350. annos ſuperuixiſſet: neq; hoc, inquit, putes abſq; cauſſa aſsignaſſe ſcripturam, ſed vide, & hoc loco iuſti continentiam. Quia cùm tanta frueretur vbertate, & proſperitate, ſuperuiueretq; tanto annorũ numero poſt egreſſum ab arca, noluit vltra indulgere puerorum procreationi. Nec enim cõmemorat ſcriptura, illũ alios præter tres iſtos pueros habuiſſe, &c. Tres illi fuerunt, Semus, Chamus, Iapetus, ante diluuium procreati & cum Noacho in Arca conſeruati. Etſi nõ ignoro, celebres auctores exiſtimare, quòd Chamus per artes magicas Patrem ſuum Noachum temulentum & nudum deturparit, & ſterilem reddiderit, tamen eorum opinio (licet præſens inſtitutum confirmet) de fabulis Rabinorum deprompta, & parum ſanæ rationis habere videtur. Tandem Noachus Semi filij ſui primogeniti poſteros aliquot religioſos feciſſe creditur. Vnde verſus.

Chryſoſt. homilia 19. in Geneſim, Euſeb. li. 1. ca. 9. demonſt: Euangel. Idem probat P. Benedictus Pererius lib. 14. in Geneſim.

Semi Iapeti Chami poſteritas
Tu ſupplex ora, tu protege, tuq; labora.

Certiſq; temporibus reliquos omnes, vt rectius Deo ſeruirent, ab vxoribus promiſcuè iuſsit abſtinere. Id quod

non tantùm Semi poſteritas in Aſia obſeruauit, ſed priſci etiam Ianigenæ, qui ex Iapeto originem duxerunt, in Europa (etſi veram rationem, cùm varijs ſuperſtitionibus & idololatria eſſent deprauati, non intelligebant) longo tempore retinuerunt. Lucius enim Feneſtella, celeberrimus ſcriptor Romanus, de Hercule & ipſius vxore loquens: Erant, inquit, duo parati coniugibus lecti, eò quòd poſtridiè Libero patri rem diuinam facturi erãt, ſeorſum concubituris.

Feneſtella de Sacerdotijs Rom. cap. 1.

Noachum inter cætera nomina, quibus poſteri eum appellauerunt, Liberum quoque vocârunt, ac in ipſius memoriam inſtitutis ſacris, hanc etiam cæremoniam adhibuerunt. Paulatimque vera religio apud Iapeti & Chami progeniem, fraudibus diaboli, prorſus extincta eſt, & idololatria atq; Paganiſmus, (Iudæis tantùm, qui ex Semo deſcenderunt, exceptis) in vniuerſo terrarum orbe increbuit. Semper tamen qualemcunque veræ religionis vmbram, & priſcas cæremonias, mutata earum & obſcurata veritate retinuerunt, vt in libris Academiarum, & in tractatu de religione demonſtraui.

Ad Martis quidem ſacra multis diebus accuratiſsimè præparari oportebat, quod

quod ex hac Priſci proconſulis oratione colligitur. Notum ſit omnibus vobis ciues Chalcedonenſes, vt his octo diebus purificatio fiat, & nono die immolemus magno Deo Marti. Ad quem morem fortaſsis alluſit Iuuenalis:

Ille petit veniam, quoties non abſtinet vxor *Iuuen. Sat. 6.*
Concubitu, ſacris obſeruandisq́ue diebus.
Magnaq́ue debetur violato pœna Cadurco.

Tandem Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti hunc morem puritati reſtituit: Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ad tempus ex conſenſu, vt vacetis orationi. *1. Corinth. 7.* Hæc ergo Noachus, auctore Spiritu ſancto, taliter geſsiſſe creditur. Ipſius vxor, & prima omnium hominum noui orbis mater, Veſta, quamdiu poſt diluuium qualiterque vixerit, ſacris literis expreſſum non habemus: ex vetuſtiſsimis tamen hiſtorijs, & probabilibus coniecturis, probaui in Academia Romana, quod & ipſa cœlebs permanſerit, & ſacras aliquot virgines, perpetui ignis conſeruatrices inſtituerit. Breui enim tempore admirabiliter hominum genus poſt diluuium multiplicabatur, quando ſingulis ferè partubus plures liberos matres producebant. Quod ſacerdotium Veſtæ cùm diu in Italia ante vrbem conditam floruiſſet, magno honore & reuerentia Romani

coluerint, conſeruarint, auxerint: mox perſpicuè ſum explicaturus, ſi priùs ſacram hiſtoriam de religioſæ & cœlibis, monaſticæque vitæ progreſsione recenſuero.

Exodi 2. & 3. Iudæorum legiſlator Moyſes etſi Madianitam vxorem, Sephoram nomine, duxerat, tamen ad diuinum colloquium in montem Oreb vocatus, & ſacrum miniſterium legationemque pro vniuerſo populo ad Regem Aegypti ſuſcepturus, calciamenta pedum ſuorum atque humanos affectus exuere iubebatur, & reliquum vitæ ſuæ tempus cœlebs tranſegiſſe traditur: Vnde Epiphanius: Poſtquam prophetauit Moſes, non ampliùs vxori coniunctus eſt, non ampliùs liberos genuit, habebat enim vitam Domino vacantem. Idem Ioſue feciſſe putat Hieronymus libro 1. contra Iouinianum. Sacras deinde leges à Deo accepturus Moſes, viris imperabat, vt ſanctificarentur, veſtimenta ſua lauarent, & tribus diebus ab vxorum coniunctione abſtinerent, dum leges ipſas Deus ſanciret. Achimelech ſacerdos nulla ratione adduci potuit, vt Dauidi & aliquot ipſius pueris, maxima neceſsitate laborantibus, panes propoſitionis porrigeret, antequam mundos exiſtere, & diebus qui-

Epipha. hæreſ. 78. Antidi-comarit.

Exodi. 19.

1. Reg. 12. Ambroſ. li. 1. offic. ca. 50.

quibuſdam ab vxoribus continuiſſe reſciret. Tam diligenter illa vetus traditio, etiam poſt latam legem fuit à Iudæis obſeruata.

Cumque præſtantiori natura prædi- ti viri intelligerent, quòd à diuinarum rerum contemplatione, non parum homines per matrimonium, & curam rei familiaris impedirentur: idcirco quia ſectandam ſibi caſtitatem propoſuerant, abſtinentiam quoque & ieiunium, humilitatemq; in veſtitu, & victu quotidiano amplexi fuerunt. Vt ſicut gula, & ſaturitas, ſuperbiaque Adamum & Euam ex Paradiſo eiecerant; ita ipſi faciliùs in cœlum per contrarias virtutes redirent. Quos Paulus Apoſtolus intelligere videtur, quando ad Hebræos: Circumierunt, ait, in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis & cauernis terræ. Hieronymus ad Paulinum ſcribit: Habet vnumquodque propoſitum principes ſuos: Romani duces imitentur Camillos, Fabritios, Regulos, Scipiones: Philoſophi proponant ſibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Ariſtotelem: Poetæ æmulentur Homerum, Virgilium,

Hebr. 11.
Ambroſ. l. 10 epiſtola 82.
Hier. ad Paulin. de inſtitut. monachi.

Me-

Menandrum, Terentium: Oratores Lyſiam, Demoſthenem, Gracchos, Tullium: Epiſcopi & Presbyteri habeant in exemplum Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, quorum honorem poſsidentes, habere nitantur & meritum: Nos autem habeamus propoſiti noſtri principes, Paulos, Antonios, Iulianos, Hilarionem, Macarios. Et vt ad ſcripturarum auctoritatem redeam, noſter princeps Helias, noſter Heliſæus, noſtri filij Prophetarum: qui habitabant in agris, & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta Iordanis. De his ſunt & illi filij Rechab, qui vinum & ſiceram non bibebant, qui morabantur in tentorijs, qui Dei per Hieremiam voce laudantur, & promittitur ijs, quod non deficiat de ſtirpe eorum vir ſtans coram Domino, &c.

Rurſus ad Ruſticum Monachum: Filij Prophetarum, quos Monachos in veteri teſtamento legimus, ædificabant ſibi caſulas, iuxta fluenta Iordanis, & turbis vrbium derelictis, polenta & herbis agreſtibus victitabant.

Ambroſ. li. 1. de Virg. *Hieron. de cuſtodia virginitatis.*

In eandem ſententiam Ambroſius: Helias nullis corporei coitus fuiſſe permixtus cupiditatibus inuenitur. Quod Hieronymus quoque ad Euſtochium teſtatur: Virgo Helias, Heliſæus virgo, virgines

gines multi filij Prophetarum. Hieremię dicitur: Et tu ne accipias vxorem. Tale hominum religioſorum vitæ genus probauit Eſaias, multoque futurum in nouo Teſtamento florentius prædixit: Hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locũ, & nomen melius à filijs & filiabus, nomen ſempiternum dabo ijs, & quod non peribit. Et alibi: Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? Habet enim anima volatus ſuos, & quanèt ad altiora diuinioraque ſeſe (auctore Ambroſio) erigunt: tantò magis ſine vllo terrenæ molis impedimento feruntur. Diſcite ergo, inquit, virgines in hoc mundo, ſupra mundum eſſe, etſi corpus geritis, volitet in vobis ales interior. Ea eſt natura pennarum, vt agitando ſe, virtutem capiant. Has alas iam olim Dauid cõcupierat: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine.

Eſaia 60. *Ambroſ. lib. 3. de Virgin.* *Pſalm. 54.*

Hoc Monachos Aegypti crebrò vſurpaſſe, oculis in cælum eleuatis, probat Hieronymus ad Euſtochium. Eodem refert Ambroſius, Cap. 1. ad virginem deuo-

deuotam, illud Pſalmi 44. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. Idq; virginibus coram Eccleſia, quando recipiebantur, proponi ſolere, ſcribit c. 5. ad virginem lapſam.

D. etiam Auguſtinus in Pſalmum 132. Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum: Iſta, inquit, verba Pſalterij, iſte dulcis ſonus, iſta ſuauis melodia, tam in cantico quàm intellectu, etiam monaſteria peperit. Ad hunc ſonum excitati ſunt fratres, qui habitare in vnum concupierunt. Iſte verſus fuit turba ipſorum; ſonuit per orbem terrarum, & qui diuiſi erant, congregati ſunt in vnum. Ex voce huius Pſalmi appellati ſunt & monachi: ne quis vobis de iſto nomine inſultet catholicis. Daniel vitam elegit quietam, in cœlibatu ſeruire Deo: in nomine Danielis, qui vir deſideriorum eſt appellatus, ſed vtique caſtorum atq; ſanctorum, ſignificantur ſerui Dei, de quibus dicitur; Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum. Meritò illis diſplicet nomen monachorum, qui nolunt habitare in vnum

eum

cum fratribus. Huc etiam pertinet: Lætabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium, germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans. Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli & Saron. Id verè impletum fuiſſe, imperante Conſtantino Magno, libro decimo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ teſtatur Euſebius. *Iſaiæ 35.*

D. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, & ad Ruſticum Monachum profitetur, quòd Ioannes Baptiſta alter Helias, in eremum abierit, nec in domo Parentum voluerit viuere, cum periculo caſtitatis, aſperaque veſte & pelliceа Zona, ac locuſtis, & melle ſylueſtri vſus, verum noui teſtamenti monachum repræſentarit. Sozomenus quoque de religioſæ vitæ origine loquens: Optimam, ait, hanc Philoſophiam exorſus eſt, ſicut quidam dicunt, Helias propheta, & Ioannes Baptiſta. Et Nicephorus Calixtus: Authorem diuinæ iſtius Philoſophiæ quidam laudant Heliam, illum æmulatorem; quidam verò Ioannem Baptiſtam. Nicolaus Boeriſu Iuriſconſultus, in tractatu de Eremitis, aſſeuerat, eremitas ab Helia & Ioanne Baptiſta, cœnobitas ab Heliſæo Propheta originem ducere.

Sozomenus li. 1. ca. 12. hiſtoriæ eccleſ. Nicephorus l. 8. cap. 39.

Idem

FOEMINAE ETIAM IN VETERI *teſtamento religioſæ fuerunt.*

CAPVT II.

NEque viri tantùm religioſum & contemplatiuum hoc philoſophandi genus conſectabâtur, ſed religioſæ etiam fœminæ idem coluerunt. Poſtquam enim Hebræi ex Aegypto per mare rubrum tranſierant, Moſis ſoror Maria, prophetiſſa, ſumpſit tympanum in manu ſua, egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam, cum tympanis & choris, quibus præcinebat, dicens: *Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorē proiecit in mare.* Maria, ſcribit Ambroſius ad Virgines, ſumens tympanum, pudore virgineo choros duxit. Conſiderate, cuius illa ſpeciem tunc gerebat. Nonne Eccleſiæ, quæ religioſos populi cœtus, qui carmina diuina concinerent, immaculato virgo ſpiritu copulauit? Nam etiam templo Hieroſolymis fuiſſe legimus virgines deputatas. Sed quid Apoſtolus dicit? Hæc autem in figura contingebant illis, vt eſſent indicia futurorum. Figura in paucis eſt, vita in pluribus, &c. Sapientiæ cap. 3. beatæ felices fore prædicantur ſteriles & incoinquinatæ, quæ ignorant thorum in delicto.

Exod. 15.

Ambroſ. li. 1. de virginib.

Hierony. ca. 56. Eſaiæ.

B De

Iudith. 8. De formoſiſsima, ditiſsima, religioſiſsimaq; vidua Iudith, ſcriptura ſacra teſtatur, quòd poſt mortem viri ſui Manaſsis, quem in timore Domini acceperat, cùm pudicitiam ſeruare decreuiſſet, in ſuperioribus domus ſuæ partibus ſecretius cubiculum ſiue oratorium extruxerit, in quo cum aliquot puellis clauſa moraretur: quodq́; veſtem religioſam cilicium ſumpſerit, & omnibus diebus vitæ ſuæ ieiunarit, præter ſabbata, neomenia, & feſta domus Iſrael. *I. 2. Machab. cap. 3.* In libris Machabæorum dicitur, quòd virgines, quę concluſę erant, procurrebant ad Oniam. De filia Iepthe, quæ virginitatem deflebat cum ſodalibus ſuis circa montes duobus menſibus, Iudic. *11.* Dauidis Regis concubinas Abſolô viciarat, reuerſus in domum ſuam Dauid, eas non cognouit iterum, ſed tradidit eas in cuſtodiam, alimenta prębens eis, vbi in viduitate conſeneſcebant. 3. Reg. *20.* Benedictus ibi annotauit: Non immeritò hic fundari poſſet initium & origo religionis earum mulierum, quas vocant religioſas pœnitentes.

Iam verò, qualiter olim Hieroſolymis virgines templo fuerint dedicatæ, ſtatim ex Ambroſio eſt allatum. Vbi Helenam Conſtantini matrem, crucem Dominicam inueſtigaturam, *Chriſto Ieſu* con-

conſecratus virgines inueniſſe, magnumq; ipſis honorem exhibuiſſe, Ruffinus, Socrates & Sozomenus in Eccleſiaſticam hiſtoriam retulerunt. Plurimas namque in veteri teſtamento, aut virgines, aut poſt prioris mariti obitum viduas permanſiſſe aiunt, partim vt rectius Deo ſeruire poſſent, & ſacris rebus operam dare, partim etiam vt grauiſsimam Euæ maledictionem effugerent. *Multiplicabo ærumnas tuas, & cõceptus tuos, in dolore paries filios tuos, & ſub viri poteſtatos eris, & ipſe dominabitur tui.* De Anna Propheteſſa filia Phanuel narrat Lucas, quòd religioſiſsima vidua ſemper fuerit in tẽplo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens Deo, diebus ac noctibus. Sacratiſsima virgo Maria, *Ieſu Chriſti mater*, cùm Angelus profiteretur, quòd ipſa filium eſſet paritura, quia virgo & religioſa decreuiſſet permanere. *Quomodo*, inquit, *fiet iſtud, quia virum non cognoſco?* Nec enim dicebat Angelus: Concepiſti filium, ſed concipies, quod certè alioqui adeò mirum videri non potuiſſe, aiunt. Quin & Philippi Euangeliſtæ quatuor filiæ Propheteſſæ in virginitate conſenuerunt, vt Hieronymus, Euſebius, Nicephorus, cæteriq; ſcriptores memoriæ prodiderunt. Poſt crucem *Chriſti*, inquit, Hieronymus,

Ruffinus li. 1. c. 8. Socrates li. 1. c. 17. Sozom. li. 1. c. 3.

Geneſ. 3.

Luca 2.

Act. Apoſtol. 21. Euſebius li. 3. cap. 31. Niceph. lib. 3. cap. 20.

ſtatim in actis Apoſtolorum, vna domus Philippi Euangeliſtæ quadrigam producit virginum filiarum: vt Cæſarea, in qua Eccleſia ex gentibus per centurionem Cornelium fuerat dedicata, etiam virginum puellarum prȩberet exempla. Cũq; Dominus in Euangelio dixerit, *Lex & prophetæ vſq; ad Ioannem*, iſtæ, quia virgines erant, etiam poſt Ioannem propheta ſſe referuntur. Neq; enim poterant veteris teſtamenti lege retineri, quæ virginitatis fulſerant claritate.

Hierony. l. 1. cõtra Iouinianum Epipha. hæreſi 78.

QVALES APVD PRISCOS IN *paganiſmo religioſi extiterint.*

CAPVT. III.

QVanquam vetus illa pietas, & priſca religio, quam ipſe Noachus poſt diluuium in nouum orbem introduxerat, paulatim, fraudibus diaboli, in idololatriam & ſuperſtitiones conuertebatur, vt ſoli Hebræi veram doctrinam, atq; religionẽ retinerent: nunquam tamen Dominus Deus omninò eã paſſus eſt ita deprauarier, vt nulla eius imago ãplius ſupereſſet. Sed pro ſuo erga homines amore, impietati & malitiæ frænũ impoſuit, vt omnes gentes ſigna quȩdam haberent, quib⁹ prudẽtiores ad veræ pietatis & ſapiẽtiæ ſtudiũ reuocarẽtur. Etſi ergo multorũ Deorũ cultu deprauati, ab antiqua

Paulus Roman. 1. act. Apoſt. 14.

vera religione longiſsimè aberrabant, omnes tamē gentes qualēcunq; eius vmbram retinuerunt. Nam & ſacrificijs Deos placari credebant, ſi à puris ea ſacerdotibus offerrentur: & Dijs immortalibus chariores exiſtere, rectiuſq; in diuinarū rerū contemplatione verſari arbitrabantur illos, qui liberale otium, & caſtitatem, atq; virtutes ardentius ſectarentur. Quare virgines ſemper & religioſos in republica ſua habuerunt, mirificeq; coluerūt. Quod enim Veſtalium virginum (vt ab orbis terrarum Dominis Romanis exordium ducam) ſacerdotium, Noachus & ipſius vxor, quam inter reliqua nomina Veſtam quoque appellarunt, poſt diluuium grauiſsimis de cauſsis introduxerint, in Academia Romana eſt à me demonſtratum. Hoc diu in Italia ante vrbem conditam floruiſſe, vel inde apparet, quòd Romuli mater, virgo Veſtalis fuiſſe perhibetur, quam Mars conſtuprarit. Romani verò huius religioſi admodum cultores extiterunt. Ipſe enim Romulus vrbis conditor, vel ſaltem Numa Pompilius, Veſtæ templū extruxit, & virgines legit generoſas atq; caſtas, quę ſacrum & inextinguibilem ignem conſeruarent: qui ſi extingueretur, grauiſsima mala in vniuerſam Rempublicam

Veſtales virgines.

Aulus Gellius lib. 1. ca. 12. Pomp. Letus c. 6. L. Feneſtella ca. 6. de ſacerdot. Romanis.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

credebâtur eſſe ventura:quod admonere eos debebat, propter extinctam pietatem, veniſſe diluuium. Quare templum Veſtæ rotundum fecerat Numa, vt facilius in eo virgines ſacrum ignem fouerent. Lege enim cautum erat: *Virgines Veſtales in vrbe cuſtodiunto ignem foci publici ſempiternum.* Ideoque flagris à Pontifice maximo cædi iubebantur, ſi earum negligentia ſanctus ignis extinctus eſſet. Has igitur virgines Pontifex maximus inſtituebat, apprehenſaque manu, ab eo parente, in cuius poteſtate erant, velut bello captas abducebat. Vnde apud veteres Scriptores, non tam eligi, quàm capi ſolere leguntur. Capiendi verò, ſiue, vt nunc ferè loquimur, profitendi forma erat: Sacerdotem Veſtalem, quæ ſacra faciat, quæ ius ſiet, pro populo Romano, Quiritibusque, ſacerdotem Veſtalem facere, vti quod optima lege fiat, ita te Amata capio. Amatæ quidẽm omnes à Pontifice inter capiendum dicebantur, quoniam quæ primò à Romulo, ſiue Numa capta erat, Amata vocabatur. Lege Papia cautum fuit; vt arbitratu Pontificis Maximi viginti è populo virgines legerentur, ſortitioque fieret ex hoc numero, in concione: ſed ea lex paulatim exoleuit, ſatisq; illi electioni fieri cœptũ eſt, ſi quis honeſto loco natus, Pontifici

Cicero lib. 2. de legibus.

Profeſſio earum.

Maximo ad iſtud ſacerdotiũ filiam ſuam offerret, cuius dũtaxat, ſaluis obſeruationibus, religionis ratio haberi poſset. Minimè tamen capiebãtur ſine maximo delectu, & accurato examine, primò quidẽ ętatis, ne minor eſſet annis ſex, nec maior decẽ: deinde ne eſſet patrima aut matrima parentibus orbata, nec lingua debili, ſenſuq; aurium diminuta, aut alia quauis macula corporis deformis, nec filia ſerui, vel qui ſordidis in negotijs verſaretur. Capito ſcriptũ reliquit, neq; eius legendam filiã, qui in Italia domiciliũ non haberet. Flaminis autẽ filiæ, item eius qui Augur, qui Decemuir ſacris faciũdis, aut qui Septemuir epulonũ erat, quarumq; ſoror lecta fuerat, vacationẽ ab hoc ſacerdotio habebãt: reliquæ ſi legerentur, ſuſcipere cogebantur. Captæ verò, & in atrium Veſtæ productæ, ſtatim ſine vlla emancipatione, & capitis diminutione, è patris poteſtate abibant, & ius teſtamenti faciundi adipiſcebantur. Erant autem Veſtales ferè viginti, quib⁹ vna præſidebat, quę Maxima vocabatur. Quę triginta annos caſtè hoc ſacerdotio fungi cogebãtur, decemq; primis annis diſcebãt, totidem miniſtrabant, in reliquis docebant. Poſt triginta annos nubendi poteſtas fiebat, ſed parum feliciter ijs ceſsiſſe

Aetas earum.

Conditio & forma.

Alexander Sardus lib. 3. ca. 17. de moribus gentiũ.

Priuilegia.

Alexander li. 5. genial. dierum cap. 12.

nuptias hiſtorici commemorant ſi nube-
rent. Quòd verò illę omnes virgines fue-
rint, maximaeq; apud omnes authorita-
tis, indicat Cicero in oratione pro M. Fon-
teo, quem abſoluendum eſſe, à iudicibus
probaturus: Præſertim, inquit, cùm vir-
go Veſtalis ex altera parte germanum
fratrem complexa teneat, veſtramq; iu-
dices, & Populi Romani fidem implo-
ret, quæ pro vobis liberiſque veſtris, tot
annos, in Dijs immortalibus placandis
occupata eſt, vt ea nunc pro ſalute ſua,
fratriſq; ſui animos veſtros placare poſ-
ſit. Cui miſeræ quod ſolatium ſupereſt
hoc amiſſo? Nam cæteræ fœminæ gigne-
re ipſæ ſibi præſidia, & habere domi for-
tunarum omnium ſocium participemq;
poſſunt: huic verò virgini quid eſt præ-
ter fratrem, quod aut iucundum aut cha-
rum eſſe poſsit? Nolite pati iudices,
aras Deorum immortalem Veſtæ-
que matris quotidianis virginis la-
mentationibus de veſtro iudicio com-
moueri. Proſpicite, ne ignis ille æternus,
nocturnis Fonteæ laboribus vigilijsque
ſeruatus, ſacerdotis Veſtæ lachrymis ex-
tinctus eſſe dicatur. Tendit ad vos virgo
Veſtalis manus ſupplices eaſdem, quas
pro vobis Dijs immortalibus tendere
conſueuit: cauete ne periculoſum ſuper-

bumq;

bumq́, ſit, eius vos obſecrationem repudiare, cuius preces ſi Dij aſpernarentur, hæc ſalua eſſe non poſſent.

Porrò, ne aut propter inopiam mendicare cogerentur, aut alia quauis ratione per loca publica. cum periculo caſtitatis, vagari: Numa Rex honeſtum ipſis è publico ſtipendium conſtituerat, & tantum ijs ditiores teſtamento legabant, vt alijs quoque pauperibus egregiè patrocinari poſſent: vt ex Symmachi vrbis Pręfecti ad Valentinianum Imperatorem relatione, & Ambroſij ad eam reſponſione colligitur. Si quando è ſacrario Veſtæ exire cogerētur, præibat lictor, qui amoueret fortè occurrētes meretrices, & homines impuros. Tantaq; in veneratione erant, vt ipſi quoq; Imperatores & Conſules ijs de via cederent, & ferrea ſceptra, tanquam vrbis moderatoribus, præferrentur: & malefici, ſi fortè ijs occurrerēt, liberi fiebant. Contra verò, ſi leuius aliquid deliquiſſent, verberabātur à Pontifice, ſin inceſtūm cōmiſiſsent, ducebantur ad portam Collinam, ibiq; cum igne, aqua, pane, lacte & oleo viuæ defodiebantur, & eo die ſilentium erat mœſtitiaq; in tota vrbe. Vnde primò quidem perſpicitur, quantoperè veteres in Paganiſmo Romani, bonas & diligentes vir-

Ambroſ. li. 5. Epiſt. 30. & 31. Blondus l. 2. Ro. triūph. Alexan. Sardus l. 3. c. 17. Munſterus et alij. Rhodoginus l. 13. l. 8. antiquarum cap. 6.

gines honorarint, & quam magnam earum, vt caſtæ & religioſæ permanerent, curam geſſerint: ac quàm ſeuerè in votifragas animaduerterint, iuxta legem: *Inceſtum ſupremo ſupplicio Pontifex ſanciunto.* Deinde hinc apparet, quòd multo grauius & pernicioſius peccatum iudicarint, earum virginum, quæ Dijs ſacræ erant, quàm earum quæ innuptæ & liberæ Iuriſconſultis vocantur. Nam & locus, in quo puniebantur, ſceleratus dicebatur, & peccatum ipſum inceſtus nomine appellabant. Totaque vrbs propterea lugebat.

Cicero lib. 2. de Legibus.

Martianus Ro. antiquitatum li. 5. c. 23. Po. Lætus ca. 6. Feneſtella ca. 6. de Sacerdotijs Romanis.

Quòd peculiarem virgines Veſtales habitum geſſerint, & alba veſte fuerint vſæ, annotauit Alexander Sardus. Præterea, Romulus Vndecimuirorum Romæ Collegium inſtituerat, qui à mutuo amore *fratres Aruales* dicebantur: illorum ipſe duodecimus, tanquam Pater & Rector erat. Fortaſsis quia Noachum duodecim Lucumones ſecum in Italiam introduxiſſe, totidemque colonias duxiſſe acceperat. Sicut Chriſtus Ieſus non vrbis Romæ tantùm conditor Saluatorque, ſed vniuerſi terrarum orbis creator & redemptor duodecim Apoſtolos Eccleſiæ ſuæ præfecit.

Alexander li. 5. genialium dierum c. 12. Alexand. Sardus l. 1. c. 26. de moribus gentium.

Alexand. Sardus lib. 3. cap. 19.

Si prodigia mali quiddam Romanis præ-

prętenderent, virgines carmine vrbē luſtrabant. Græcorum ſapientiſsimi Athenienſes, inter reliqua ſacra, præcipua religione Dionyſium colebant, eiuſdemque ſacris quatuordecim virgines prę̨erāt, quę γέραιραι dicebantur. Hæ antequam inſtituerentur, tale iuſiurandum emittere cogebātur: Pia, & pura, & munda ſum à cæteris immunditijs, & à viri congreſſu, & theogina & Iobacchia, miniſtro Dionyſio, ritu patrio, & ſtatis diebus. Poſt Pollucem & Demoſthenem refert Sigonius lib. 4. de repub. Athenienſ. Athenis matrimonio ſolutæ fœminæ ſacrum ignem cuſtodiebant, teſte Alexandro Sardo lib. 3. cap. 15. de moribus gentium.

Indorum religioſi.

Veteres Indi tam viuorum quàm mortuorum curam Gymnoſophiſtis committebant; & per eos neceſſarias res à Dijs petere ſolebant, quòd propter caſtitatem, atque virtutes illis chariores exiſtere putarent. De Athenienſium Hierophantis, de Iouis Cretenſis Prophetis, de Cybelis ſacerdotibus, aliarumq; gentium religioſis viris & caſtis virginibus, diuerſarumq; Dearū nymphis, atq; miniſtris omnes ferè antiqui & recētes hiſtorici pulcherrima quęq; perſcripſerūt, quę prolixū eſſet hic repetere, præſertim cū

Athenienſium & Cretenſiū religioſi

infra

infra ſuo loco aliqua neceſſariò ſint refricanda. Vnum D. Hieronymi locum, propter imperitiores, ſubijcere decreui. Is contra Iouinianum hæreticum, & caſtæ religioſæq; vitæ acerrimum hoſtem, ſcribens. Percurram, ait, breuiter Græcas & Latinas, Barbaraſq; hiſtorias, & docebo, virginitatem ſemper tenuiſſe pudicitiæ principatum.

Hieron. li. 1. contra Iouinianum.

Referunt Fabulæ Atalantam Calidoniam virginem ſemper in venatibus, ſemperq; in ſyluis non tumentes vteros fœminarũ, faſtidiaque conceptuum, ſed expeditam & caſtam amaſſe virtutem. Harpalicen quoque virginem Thraciam inſignis Poeta deſcribit: & Reginam Volſcorum Camillam, quam Turnus, cui auxilio venerat, laudare volens, non amplius habuit, quod diceret, niſi virginem nominaret: O decus Italiæ virgo. Chalciæcus quoque filia illa Leo virgo perpetua, peſtilentiam patriæ ſcribitur ſpontanea morte ſoluiſſe: & Iphigeniæ virginis ſanguis aduerſos placâſſe ventos. Quid referam Sibyllas, Erythræam, atque Cumanam, & octo reliquas? Nam Varro decem fuiſſe autumat. quarum inſigne Virginitas eſt, & virginitatis præmium Diuinatio. Quòd ſi Aeolici genere ſermonis Sibylla θεοϐουλη appellatur, rectè conſilium

filiū Dei ſola ſcribitur noſſe virginitas. Caſſandram quoque, & Chryſein vates Apollinis, ac Iunonis virgines legimus, & ſacerdotes Dianæ Tauricæ, & Veſtæ innumerabiles extiterunt. Quarum vna Minutia, propter ſuſpicionem ſtupri viua defoſſa eſt: iniuſta, vt reor, pœna, niſi grande crimen putaretur lęſa virginitas. Certè Romanus populus, quanto honore virgines ſemper habuerit, hinc apparet; quòd conſules & Imperatores, & in curribus triumphantes, & omnis dignitatis gradus ijs de via cedere ſolitus ſit. Mineruam & Dianam virgines Deas finxit error gentilium, & inter duodecim ſigna cœli, quibus mundum volui putant, virginem collocârunt. Spartiatæ & Meſſenij diu inter ſe habuerunt amicitias, in tantum, vt ob quędam ſacra etiam virgines ad ſe mutuo mitterent: quodam igitur tempore, cùm quinquaginta virgines Lacedæmoniorum Meſſenij violare tentaſſent, de tanto numero ad ſtuprum nulla conſenſit, ſed omnes libentiſsimè pro pudicitia occubuerũt, quam ob rem grauiſsimum bellum & longiſsimum concitatum eſt, & poſt multum temporis Mamertia euerſa. Apud Gymnoſophiſtas Indiæ, quaſi per manus huius opinionis auctoritas traditur, quòd Bud-

Tertullianus li. de monog. & li. 1. ad vxorem & in exhort. c. ad caſtitatem.

Buddam principem dogmatis eorum, è latere ſuo virgo generarit. Nec hoc mirum de barbaris, cùm Mineruam quoque de capite Iouis, & Liberum patrem de femore eius procreatos doctiſsima finxerit Græcia. Sed & Timæus ſcribit, Pithagorę virginē filiā chore virginū pręfuiſſe, & caſtitatis eas inſtituiſſe doctrinis Ac ne nobis Dominū Saluatorē de virgine procreatū Romana exprobraret potētia, Authores vrbis & gentis ſuę Ilia virgine & Marte genitos arbitrantur. Multos quoque ibi Hieronymus recenſet, quæ poſt mortem Prioris mariti, viduæ permanſerunt: vt omnes, qui Chriſtianæ pudicitiæ deſpiciunt fidem, diſcant ſaltem ab Ethnicis caſtitatem.

Similiter Tertullianus: Solent Ethnici iudices deſtinari: Exurget regina Carthaginis, & decernet in Chriſtianas; quæ profuga, & in alieno ſolo, & tantæ ciuitatis cū maximè formatrix, cùm Regis nuptias vltra optaſſe debuiſſet, ne tamen ſecundas eas experiretur, maluit v-ri, quàm nubere. Aſsidebit & illi matrona Romana, quæ etſi per vim nocturnā nihilominus experta alium virum, maculam carnis ſuo ſanguine abluit, vt monogamiā in ſemetipſam vindicaret. Fortunæ muliebri coronam nō imponit, niſi

vniuira

vniuira, ſicut matri Matutæ, Pontifex Maximus;&Flamica nubũt ſemel. Cereris ſacerdotes, viuentibus etiam viris, & conſentientibus, amica ſeparatione viduantur. Sunt & qui de tota continentia iudicent nos Virgines Veſtæ, & Iunonis Achaicæ, & Dianæ Scythicæ, & Apollinis Pythij. Etiam bonis illius Aegyptij Antiſtites, de continentia infirmitatem Chriſtianorum iudicabunt. Erubeſce caro, quæ Chriſtum induiſti. Libro autem primo ad vxorem, vehementer reprehendit, quòd Diabolus ſuis ſacerdotibus imperet cõtinentiam, & audiatur: Chriſtus verorum ſacrorum miniſtros prouocet atque inuitet, ſed crebrò contemnatur. Quantum, inquit, Deo ſanctitas placet, cùm illam quoque inimicus affectet: non vtiq; vt alicuius boni affinis, ſed vt Dei Domini placita cum contumelia adfectans. Ieno & Veneris Deæ impudiciſsimæ ſacerdotes, & ipſæ quidem virgines fuerunt, vt ex Muſæo Poeta & Puſania colligitur.

Eſpencæus li. 1. Continentia.

Matris Deum ſacerdotes, teſta ſibi virilia amputaſſe leguntur, ne vſquam fortè delinquerẽt, qui maxima ſacra erãt pe racturi. Sicut Atheniẽſiũ hierophãtę poſt quàm in ſacerdotiũ cooptati erãt, cicutę ſorbitione caſtrabãtur, vt viri caſti eſſẽt, ſanctéq; ſacrificarent. Aegyp-

Plutarchus de Iſide & Oſiride.

Aegyptiorum quoque ſacerdotes caſtitatem inoffenſam ſeruabant, ideoq; à ſale, quod propter calorem libidinem concitare creditur, abſtinebant. Apud authores Græcos reperitur, quòd ſacris initiati, caſtitatis retinendę gratia, rutam crebrò inter edulia vſurparint: quam herbam Veneris appetentiam extinguere clariſsimi medici tradiderunt. Vnde Ouidius de remedio amoris:

Hieronymus l. 1. contra Iouinia. Alexander Sardus lib. 3. cap. 18.

Vtilius ſumas acuentes lumina rutas,
Et quicquid Veneri corpora noſtra negat.

Iouis Idæi Cretenſis Prophetæ ſacerdotes, caſti fuerunt, vt ex Euripide narrat Porphyrius. Vnde illud:

Idæi ab illo ex quo ſacerdos ſum Iouis
Traduco caſtam vitam.

Iouis quoque ſacerdotem caſtum vocat Ouidius lib. 1. Faſtorum.

Idibus in magni caſtus Iouis æde ſacerdos.

Plutarchus in Ro. problematib. Feneſtel l. de ſacerdo. Ro. c. 5. Blon. l. 2. R. triũph. Alexand. Sardus l. 3. ca. 17.

Priſci Romani non modò Veſtæ ſacerdotes virgines habebant, ſed plerorumq; Deorum miniſtris, præcipuè verò Flamini Diali, capram non modò attingere, ſed ne nominare quidem licebat: quod libidinem petulantiamque, quam iſtud animal deſignat, in ſacerdotibus abhorrerent. Fabæ etiam vſus propter eandẽ cauſam erat interdictus, quod libidinem excitare putarent. Hederam quoq;

quoque nec tangere nec nominare fas erat: Illa enim herba laſciua eſt, omniaque amplexu ſuo vincit, atque conſtringit. Quo alluſit Horatius Flaccus: *Eſpenceus lib. 1. de cont.* *Horat. lib. 1. carm. Ode 36.*

Nec Damalis noua
Diuelletur adultero,
Laſciuis hederis ambitioſior.

Et ad Neæram:

In verba iurabas mea, *Horat. Epodon. Ode 15.*
Arctius atq; hedera procera aſtringitur ilex,
Lentis adhærens brachijs:
Fore hunc amorem mutuum.

Catullus etiam in epithalamio Mallij & Iuliæ:

Ac domum dominam voca,
Coniugis cupidam noui,
Mentem amore reuinciens,
Vt tenax hedera hac & illac,
Arborem implicat errans.

Nudis etiam pedibus ſacrificabant, vt hactenus, auctore Alexandro lib. 3. cap. 4. Aethyopes faciunt: quòd homines frigidis pedibus Veneri perquam inuiſos crederent, nec facilè in libidinem prolabi arbitrarentur. *Alexand. Sard. lib. 3. cap. 15.*

Porrò, in Turcorum, Saracenorum, Magni Chami, Scythiæ Aſiaticæ Imperatoris, ditionibus, in Taprobana Indici maris maxima Inſula, in Iaponia, Regumque Orientalium Prouincijs, frequen- *Indicæ & Iaponicæ epiſtolæ, Michael Medina lib. 4. de cõtinentia cap. 4. contro-uerſ. 1.*

quentiſsima, & noſtris longè ampliora, virorum ac mulierum monaſteria fuerunt, antequam eò ſuperioribus annis Chriſtiani penetrarent. Ex quorum cœnobijs, diuerſo habitu, cœremonijs, & infinitis probabilibus cõiecturis, doctiſſimi viri colligunt, à temporibus Apoſtolorum,(fuerunt enim olim Chriſtiani) religioſos ibi hactenus perduraſſe, etſi paulatim religio eorum in ſuperſtitionem abierit. Præſertim cùm Iapanenſium Bonzi & Bonzæ ſuorum monaſteriorum leges atque doctrinam ante mille annos ibi floruiſſe glorientur. Pythagoras vir ſapientiſsimus, cum in Italia veteris Ianigenarum doctrinæ inſignes reliquias inueniſſet, talia ſuis ſectatoribus præcepta dedit, quæ cum vera religione magna ex parte cõſentirent. Communem namque & vſitatam populo viã ingredi prohibuit. Nudis pedibus ſacrificare,& adorare iuſsit. In cibo, potu, ſomno luxuriaque continentiam imperabat. A fabis, cibo inflante & prouocante libidinem, abſtinere iubebat. Exire mandabat ad opera, cùm Dijs vouiſſent. Longo tempore ad ſilentium eos aſſuefaciebat.

Maphæus lib. 12. hiſto. Ind. Hierony. Platus li. 2. ca. 3. De bono ſtatus religioſi.

Ambroſ. li. 1. epiſtol. 6.

Aul. Gellius li. 1. ca. 9.

Veteres Philoſophi duplex hominum genus in republica verſari intellexerunt: quorum hi ea facerent, quæ humanitatis

ratio,

ratio, & leges ciuiles præſcribunt, abſtinerent verò ab ijs, quæ prohibentur: illi autem propter ardentius ſapiétię & virtutis ſtudium, ea etiam prętermitterent, quæ alij vſurpant, quibuſq́; ipſe rectè vti poſſent, facerent ſæpè, quæ facere non tenerentur, quæque cæteri mediocriter boni viri non faciunt. Id eleganti ſimilitudine, à conuiuio deprompta, Epictetus expreſſit: Memento oportere te in conuiuio verſari, in quo ſi fercula ad te perueniunt, extenta manu modeſtè carpe, ſi trãſit, qui fert, ne cum detine, ſi nõdum peruenit, ne procul appetitum extende, ſed exſpecta dum ad te veniat. Sic erga filios, ſic erga vxorem, ſic erga principatus, ſic erga diuitias: erisque aliquando dignus Deorum conuiuio. Sin verò quæ appoſita fuerint non capies, ſed cõtemnes, tunc non modò Deorum conuiua, ſed collega eris. Id enim cùm facerent Diogenes, & Heraclitus, atque his ſimiles, meritò & diuini erant, & vocabantur.

Epictetus Enchridij c. 20.

Peripateticorum principes Ariſtoteles diligenter perquiſiuit, qua vrbis parte locus eſſet ſtatuendus, rebus diuinis ſacer. Præcepit quoque ne ſacra Deorum generi ſeruili committerentur, neue Agricolæ, aut illiberalis & ſordidus

Ariſtoteles l. 7. Politic. ca. 9. & c. 12.

artifex, ſacerdos ſtatueretur. Indicat etiam, aliquos tunc fuiſſe repertos, qui ſeſe ab hominum communione ſegregarent, quos dicit aut malos eſſe, vt cum hominibus non poſsint conuerſari, aut meliores cæteris hominibus & præſtantiores, ac velut Deos quoſdam, ad quos propiùs accederent. Libri enim primi Politicorum capite ſecundo: Qui verò, ait, cum alijs verſari nequit, aut qui nullius eget, eò quod ipſe ſibi ſatis eſt multus: aut fera, aut Deus habendus eſt. In perfectiori illo vitæ genere tantùm ipſe Ariſtoteles profecit, vt aliqui eum præ reliquis Philoſophis ſaluatum aſſerant. Iterum libro 3. Politicorum: In viros diuinos non fertur lex, ſed ipſi quidem ſunt lex cap. 9.

DE PRIMIS RELIGIOSIS Chriſtianis.

CAPVT IIII.

Ambroſ. li.1. de virginib.

QValiter religioſa caſtaque vita in nouo teſtamento exordium ſumpſerit, indicat Ambroſius: Quis neget hanc vitam profluxiſſe de cælo, quam non facilè inuenimus in terris: niſi poſtquam Deus in hæc terrena corporis membra deſcendit: tunc in vtero concepit, & verbum caro factum eſt, vt caro fieret Deus. Ipſe

Domi-

Dominus, quando in corpus hoc veniens contubernium diuinitatis & corporis, ſine vlla concretæ confuſionis labe, ſociauit, tunc toto orbe diffuſus corporibus humanis vitę cœleſtis vſus inoleuit. Hoc eſt illud, quod miniſtrantes in terris Angeli declarauerũt, futurum genus, quod miniſteriũ Domino inmaculati corporis obſequijs exhiberet. Hæc eſt cœleſtis illa militia, quam laudantium exercitus Angelorum promittebat. Habemus ergo authoritatem vetuſtatis à ſeculo, plenitudinem Profeſsionis à Chriſto.

Similiter D. Hieronymus: Statim vt filius Dei ingreſſus eſt ſuper terram, nouam ſibi familiam inſtituit, vt qui ab angelis adorabatur in cœlo, haberet Angelos & in terris. Sed vt illuſtrius virginitatis meritum clareat, & quàm Deo digna ſit, manifeſtius intelligi poſsit, illud cogitetur: quòd Dominus & ſaluator noſter Deus cùm propter humani generis ſalutem, hominem dignabatur aſſumere, non alium quam virginalem elegit vterum. Et vt huiuſmodi plurimum ſibi placere monſtraret, & pudicitiæ bonum vtrique ſexui intimaretur; virginem habuit matrem, virgo manſurus: in ſe viris, in matre fœminis virginitatis præbuit exemplum. *Chriſtus* virgo, virgo

Hieronymus ad Euſtochiũ de cuſtodia virginitatis.

Hierony. de laude virginitatis.

Hieronymus in apologia pro libris contra Iouinianũ.

lib. 1. contra Iouinianum. & epiſtola ad Iulianum, & contra Vigilantium.

Epiphanius hæreſi 25.

Maria, vtriuſque ſexus virginitatem dedicauêre. Apoſtoli vel virgines, vel poſt nuptias continentes: Epiſcopi, Preſbyteri, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè poſt ſacerdotium in ęternum pudici. Et alibi: Iacobus, qui frater Domini dicebatur, tātę ſanctitatis, tātę q́; iuſtitiæ, & virginitatis erat, vt Ioſephus quoq; propter huius necē Hieroſolymá ſubuerſam referat. Ioannem quoq; idem Hieronymus probat virginem fuiſſe. Reliquoſque Apoſtolos, qui vxores habuerant, cùm ad Apoſtolatum vocárentur, reliquiſſe ait officium coniugale. Idem Epiphanius contra Nicolaitas ſcribens declarat: quòd nimirum Nicolaus Diaconus, exemplo cæterorũ Chriſti diſcipulorum, ab vxore ſua continuerit: etſi tandem relapſus eſt B. Ignatius epiſtola ad Philadelphienſes: Virgines, inquit, præ oculis habete Chriſtum .. Vtinam fruar ſanctitatis veſtræ, ſicut Heliæ, Ieſu Naue, ſicut Melchiſedech, ſicut Hæliſęi, ſicut Hieremiæ, ſicut Ioannis Baptiſtæ, ſicut dilectiſsimi diſcipuli Chriſti Ioannis, ſicut Timothei, ſicut Titi, ſicut Clementis, & eorum qui in caſtitate de vita exierunt. Et ne quis paucas eo tempore fuiſſe arbitretur, ſalutat totam congregationem virginum.

Aure-

Aurelius quoq; Auguſti[illegible]us ſermone 7. de Natali Domini: Diligamus, inquit, præ omnibus caſtitatem, quia vt placere hanc ſibi Chriſtus oſtenderet, pudicitiam vteri virginalis elegit. Et ſermone 13. Dominus noſter ideo per caſta virginis membra, venit ad terras: vt oſtenderet, Deum virginitatis eſſe auctorem: Ipſe verò Chriſtus virginitatem nõ præcepit, cuius rationẽ ſuo loco reddemus, eunuchos tamen eo tempore eſſe ſignificauit, qui caſtitatem ſibi proponerent, propter regnum Dei: eoſque probauit, & qui poteſt, ait, capere, capiat. *Matthæi.19.* Addit præterea, anguſtam eſſe viam, quæ ducit ad vitam: & multos quidem eſſe vocatos, ſed paucos electos. *Matth.7. & 20.* Apertaque *Lucæ 14.* voce profitebatur: Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Vbi eum nõ de communi Chriſtianorum vita, quæ omnibus præcipitur, ſed de perfectiore quodam inſtituto loqui, doctiſsimis viris apparet. *Michael Medina lib. 1. de continentia cap. 56.* Duas enim ſimilitudines adfert, de expendẽdis ante ędificiũ ſumptibus & numerando ante prælium milite: quibus perfectiorẽ diſciplinam ſuã prædicat, ſed nõ imperat: hortaturq; nõ ag-

grediendam temerè, ſed expendendas vires, conſiderandamq; difficultatem. *Addit verò:* Quiſquis non renunciat omnibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quaſi dicat: Ego vobis indicaui perfectiorem viam, vos expendite vires: hoc tamen ſcitote, quicunque hac via non ingreditur, non poteſt meus perfectus eſſe diſcipulus. Quam ſententiam, quæ ſtatim de ſale ſequuntur, confirmant: Nam Apoſtolos atque diſcipulos ſuos peculiariter apud Matthæum ſal vocat.

Matth. 5.

Hieronymus de cuſtodia virginitatis

Ambroſius l. 3. ad virgines.

De Apoſtolo Paulo ſcribit Hieronymus, quòd virgo fuerit, nec audiẽdi ſint, qui vxorem habuiſſe confingunt. D. quoque Ambroſius de S. Paulo ad virgines loquitur: Honore vos prouocat, magiſterio docet, inuitat exemplo. Si etiam Pauli epiſtolę introſpiciantur, apparebit quòd non modo caſtitatem egregiè prędicarit, ſed clariſsimis quoq; argumentis longè nuptijs præſtantiorem eſſe docuerit: ſuoque exemplo ad eam diligenter fuerit adhortatus. Nam interrogantibus Corinthijs, vtrum omnes cœlibes eſſe deberent, ductaſq; in Paganiſmo vxores relinquere cogerentur Chriſtiani, & an virginibus Chriſtianis nuptias adire liceret: reſpondit: Bonum eſt homini mulie-

Hieron. li. 1. contra Iouinianum.

rem

rem non tangere, propter fornicationē autem vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virūm. Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi. Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecūdum imperium. Volo autem omnes eſſe ſicut meipſum, ſed vnuſquiſque propriū domum habet ex Deo. alius quidem ſic, alius verò, ſic. Dico autem non nuptis, & viduis, bonum eſt illis, ſi ſic permāſerint, ſicut & ego. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autē do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe, propter inſtātem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſsitatem, poteſtatem autē habens ſuæ volūtatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginē ſuam benè facit. Et qui matrimonio iungit virginem ſuā, benè facit, & qui non iungit, meliùs facit. Rationem verò, cur meliùs eſſet virginem innuptam permanere, eam aſsignat: Volo vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori

1. Corinth. 7.

Vide can. Sic enim 28. q. 1.

ori,& diuiſus eſt. Et mulier innupta, & virgo,cogitat quæ Domini ſūt,vt ſit ſancta corpore & ſpiritu: quę autē nupta eſt, cogitat quę ſunt mūdi,quomodo placeat viro. Addit, mulierē,ſi vir eius dormierit, liberā fieri,& poſſe quidē alteri in Domino nubere: beatior autē, inquit,erit, ſi ſic permanſerit, ſecundùm conſilium meū. Puto autem, quòd & ego ſpiritum Dei habeam. Cùm ergo Corinthij hoc intelligerent, melius Deo virgines inſeruire, perfectiusq́ue Domini pręceptúm,de diligendo Deo ex tota anima,corde, viribusq́ue totis, poſſe obſeruare: multi virginitatem ſectari, & vitam religioſam cœperunt.Et ſicut iam ante & poſt diluuium duplex hominum genus extiterat, quorum alterum in communi vita, cum mediocri tantum virtutis & perfectionis laude verſari ſtudebat, alterum quod ſe multò excellentiùs in hoc diſciplinæ cœleſtis ſtudiò gerere,& ad perfectiorem vitæ gradum conſcendere cupiebat: ita duo in Eccleſia ab Apoſtolis, authore Spiritu ſancto, vitæ modi inſtituti fuerunt. Quorū alter, teſte Euſebio Cæſarienſe, diuino cultui ex immenſo cæleſtium rerum amore addictus, nec nuptias, nec ſobolem, nec diuitias requirebat: eius alumni corpus quidem in terra geren-

Euſebius in in libris de Euangelica demonſtratione.

gerentes, cogitatione verò & animo in cælo morabantur, verba eorum atque opera ex virtute proficiſcebantur. Alter viuendi modus remiſſior & popularior, ſobolis procreationi operam dabat, & agriculturam, ciuiliaque negotia cum religione tractabat. Etſi ergo omnibus hominibus promiſcuè finis hic propoſitus eſſe debet, diuinæ virtutis & iuſtitiæ ſimilitudo: priores illi multò facilius eam ſeſe conſecuturos ſperabant, ſi, quoad liceret, mentes ſuas à conſuetudine corporis auocarent, vt corporis vinculis liberati, multò puriùs aſpectum animorum in diuina claritate defigerent. Cumque in Eccleſiæ primordio maxima Chriſtianorum pars ita iuſtitiam & pietatem coleret, vt à communi vita minimè diſcederet, tum haud pauci ad cupiditatem amplioris dignitatis pietatiſque exarſerunt. Itaque hi mentis diuinæ viribus excitati, ne corporis appetitus, & prauæ cupiditates illis eſſent impedimento, inſitam libidinem profligare ſtudebant, & à nuptijs abſtinebant, vt ſic tandem, etſi corpore viuerent in terris, mente tamen & cogitatione verſarentur in cælo. Quod vt ab illis commodiùs fieret, ab hominum turba migrabant, & cõiunctis animis vno in loco con-

conſidebant, vt fieret ex multorum animis vna mentis & voluntatis conſenſio. Quodq́ue priùs fuerat Hieroſolymis inſtitutum, vt nemo priuatim poſsideret, fuit ab ijs vel retentum, vel potius (cum ille mos in omnibus, propter hominum multitudinem retineri non poterat) renouatum. Hi diligentiſsimè perpetuò cum corporis appetitu atq; voluptatibus certabāt, corpus ieiunijs, vigilijs, laboribus coercebant: animum verò continuis precibus, cantibus, & hymnis, rerumq́ue cæleſtium meditatione ad cōſpectum diuinæ claritatis excitabant. Hi diuinam virtutem aliqua ex parte imitari conabantur, & humanam voluntatem cum diuina conſociare ſtudebant. Tales viri, monachi appellabantur: vel quòd ſolitudinem ſequerentur, vel quod abiectis & contemptis rebus omnibus, ſoli Deo viderentur arctiſsimo amoris vinculo deuincti. Vnde Dauid pſal. 72. Mihi adhærere Deo bonum eſt. Et Paulus Apoſtolus. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum illo.

Lucas in act. apoſtol. cap. 2.

Caſsianus collat. 18. cap. 5.

Dionyſius Areopagita, eccleſiaſticæ Hierarchiæ ca. 6. in hanc ſententiam monachi nomen interpretatur; & quem ritum Pontifices in monachis initiandis, obſeruarint, memoriæ proditū reliquit.

Ipſi

Ipſi ergo Apoſtoli, poſt aſcenſionem Domini, Hieroſolymis religionem atq; monachatum exorſi eſſe perhibentur, vt cõcilium Conſtantinopolitanum in templo SS. Apoſtolorum can. 6. & D. Thomas 2. 2. q. 188. Volaterranus libro 1. Anthropologiarum teſtãtur. Vbi Volaterranus ordinem Canonicorum regularium ab Apoſtolis in monte Sion inſtitutum, ab Auguſtino inſtauratum fuiſſe profitetur. *Canonici regulares ab Apoſtolis in monte Sion inſtituti.* Quam ſententiam approbat Polydorus Vergil. li. 7. de Inuent rerum ca. 3. D. Petrus, Apoſtolorum Princeps, religionis Apoſtolicæ vitam, vt à *Chriſto* didicerat, inſtruxit: teſte B. Hieronymo, regulæ monachorum, capite 6. Petri ſectator Marcus Euangeliſta, certas monaſticæ ſolitariæque vitæ leges introduxit, quas infinita hominum multitũdo ardenti ſtudio eſt conſectata: quorum mores, & inſtituta, & ritus, Philo Iudæus, D. Petri Apoſtoli familiaris, peculiari libro de Ieſſæis, aut de vita contemplatiua, deſcripſit. Huic, inquit, vitæ inſtituto qui ſe addicunt, non ex more, aut rogati hoc faciunt, ſed amore correpti rerum cæleſtium, & quaſi furore diuino perciti, donec ad contemplationem illam deſideratiſſimam perueniant. *Sponte ſeiſos offerebant.* Deinde præ immortalis beatæque vitæ cupidine, quaſi iam

Bona, patriam, amicos Dei amore relinquebāt liberis aut cognatis.

hoc mortali defuncti, facultates ſuas relinquunt liberis, aut cognatis, vltrò ijs poſſeſsione cedentes: atque etiam ſocijs & amicis, ſi cognati deſint. Oportet enim vt qui perſpicaces diuitias adeptus eſt, cæcas illas relinquat, mentibus cæcutientibus.

Anaxagoram & Democritum celebrant Græci, quòd præ amore Philoſophiæ prædia ſua pecori compaſcua reliquerint. Probo hos viros contemptores pecuniæ. At quanto pręſtantiores, qui nō pecoribus ſuas poſſeſsiones depaſcendas permiſerunt, ſed impenderunt ad ſubleuandam egeſtatem hominum cognatorum, amicorumque, vt egere deſinerent? Relictis igitur facultatibus, auocamentis omnibus, fugiunt ſine reſpectu fratrū, liberorum, parentum, vxorumque, & deſerunt numeroſas cognationes, ſocietates, amicitias, ipſas denique patrias, quibus geniti educatique ſunt: quandoquidē conſuetudo magnum momentum habet ad allectandos animos. Demigrant autē non in aliam ciuitatem, ſed extra mœnia degunt in hortis, aut villis ſolitarijs, amantes ſolitudinem, non hominum odio, ſed ad cauendos congreſſus cum diſsimilibus, quos ſciunt moribus bonis officere. Hoc genus reperitur in multis orbis

Morabantur in ſolitudine.

orbis regionibus, meritò vt abſolutæ probitatis, receptum à Græcis atq; Barbaris: maximè tamẽ in Aegypto frequentatur, per præfecturas ſingulas, præſertim circa Alexandriam. Domicilia eorum ſunt admodum frugalia, parata contra ęſtum tantummodò & frigora, non contigua vt in vrbibus, (non enim placet id amantibus ſolitudinem) nec tamen longè remota, quia ſocietatem diligunt, vt ſibi poſſent inuicem ſuccurrere, contra latronum incurſus fortuitos. Singuli autem habent ſacras ædiculas, quæ ſemnea vocant, ſiue monaſteria, vbi ſolitarij ſanctæ vitæ myſterijs dant operam. Nec cibi potuſue quicquam eò inferunt, aliudue in vſus corporis, ſed legem tantùm, & prophetarum oracula diuinitus prodita, hymnoſque & quædam alia pietati ſcientiæque promouendæ vtilia. Quotidie bis precari ſolent, oriente Sole, petentes diem verè felicem, vtque mentes eorum repleantur lumine: occidente verò, vt anima in totum exonerata ſenſibus, moleq; rerũ ſenſibilium, veritatẽ veſtiget, in cõſiſtorio domeſtico medium tempus totum meditationi tribuunt. Verſantes ſacra volumina, dant operam Philoſophiæ per manus acceptæ à maioribus, ſcrutando eius allegorias. Habent

Monaſteria qualia habuerint.

Mane & veſperi orabãt.

Lectio ſacra.

Libri quibus ſe exercebãt. Habent etiam priſcorum commẽtarios, quia huius ſectæ authores multa monimenta reliquerunt de allegorijs huiuſmodi, ad quorum imitationem poſteri ſe accommodant. Itaq; non ſolum contemplantur, ſed etiam cantica, hymnoſq; *Cantica eorũ.* in Dei laudem componunt, vario metrorum carminumq; genere, rythmis concinnatos in auguſtiorem ac religioſam ſpeciem.

Per ſex dies ſeorſum quiſque in ſuis illis modò dictis monaſterijs philoſophantur, non progredientes foras, imò ne proſpicientes quidem. Septima verò conueniunt in cœtum communem, & *Die Dominico tantum conueniebant.* iuxta ætatis ordinem, conſidunt, decenti habitu, manus continentes ſub pallio, dextram inter pectus barbamque, ſiniſtram applicatam lateri. Tum progreſſus *Mores ſub lectione ſacra.* in medium natu maximus, & Dogmatũ eius ſectæ peritiſsimus, differit vultu ad grauitatem compoſito, voce moderata, *Concio ſacra.* non ſine magna prudentia. Reliqui omnes auſcultant per ſummum ſilentium, annutantes oculis tantùm, aut capite. Id commune ſemneum, in quod ſeptimo quoque die conueniunt, ſepto clauditur duplici, ſeparatis virorum & mulierum *Viri à fœminis ſeparati.* cœtibus. Medius autem paries à ſolo ſurgit tribus quatuorue cubitis, in modum lori-

loriculæ, ſuperiora vſque ad tectum patét. Vnde gemina prouenit commoditas, & quòd pudori fœminei ſexus cóſulitur, & quod verba Doctoris exaudiũtur facile abſque vllis obſtaculis, quæ vocem interçipiant.

Continentia in cibo & potu.

Temperantiæ tanquã fundamento in animo iacto, virtutes cæteras ſuperſtruunt. Nec cibum, nec potum quiſquam ſumit, ante ſolis occaſum, quod ſapiẽtię ſtudium luci conuenire iudicẽt, tenebris verò curam corporis. Ideo totos dies alteri, alteri verò exiguam noctis partem tribuunt. Nonnulli ex his vix tertio die famem ſentiunt, attenti magis ad diſciplinarum ſcientiam. Nec deſunt, qui vix ſexto die deguſtant cibum neceſſarium, aſſueti ſicut cicadæ rore viuere, canticis opinor ſolantes inediam. Septimum verò diem, vt feſtum ſacratumque, honore dignantur eximio, quo poſt curam animi corpus quoque reficiunt, ſicut iumento relaxantes laborem cõtinuum. In cibatu vtuntur pane ſimplici, ſal vicem ſupplet obſonij, qui delicatiores ſunt, hyſſopum pro condimento adijciunt. Potum è fluẽtis hauriunt: contenti placare dominas à natura mortalibus additas, famem ſitimque, abſque omnibus lenocinijs vtentes rebus, ſine quibus non licet

Die Dominico feriabãtur & ſeſe recreabant.

Pane & hyſſopo vtebãtur aquam bibebant.

viuere. Edunt igitur, ne eſuriant; bibunt, ne ſitiant, ſaturitatem cauendo, vt inimicam animo pariter & corpori.

Monaſteria eorum humilia erant.

Et quoniam tegminis quoque duæ ſunt ſpecies, veſtis tectumque. De ædibus iam dixi eſſe incultas & extemporaneas, factas ad præſentem vſum tantummodò,

Veſtitus illorum.

in veſte eadem apparet ſimplicitas, ad arcendos calores & frigora, pro pelliceis craſſa tunica in hyeme, æſtate verò exomis aut interula linea. Hactenus ibi Philo. Aliquod autem verbis interpoſitis, ediſſerit eorum ſodalitia, quando hilarius die feſto conuiuia celebrarint.

Conuiuia qualiter celebrarint.

Nimirum quòd à miniſtro quodam per ſignum vocati, læti cum ſumma grauitate conuenerint: & ſublatis ad cælum manibus atque oculis fuerint precati, antequã diſcumberent, vt Deo placeret id conuiuium.

Preces ante accubitum.

Tunc ſeniores diſcubuerint, ac mox alij pro cuiuſq; dignitate.

Senium à die receptionis æſtimabant, non ætatis.

Seniores verò nõ æſtimarint ex ætate, ſed à tempore religionis ſuſceptæ, vt grandæuos etiam haberent pro pueris, ſi ſerò inſtitutum hoc complexi fuiſſent. Adhibentur, inquit, menſæ fœminæ quoque, anus pleræque, ſed virgines, non coactæ caſtitatis, ſicut apud Græcos quædam ſacrificulæ, ſed ſponte continentes: præ amore ſapientiæ, cuius ſtudio per totam

Virginitas ſpontanea, non coacta.

vitam

vitam contempſerunt voluptatis corporis, diuinæ, non mortalis prolis cupidæ, quam ſolæ Deo charæ animæ ex ſe ipſis pariunt, excipientes pro ſemine intelligibiles Patris radios.

Diſcubitus ita diſtribuitur, vt ſeorſum viri dextrum latus, ſeorſum fœminæ ſiniſtrum teneant. Quòd ſi quis ſuſpicatur, lectiſternia, ſi non ſumptuoſa, certè molliuſcula, parari hominibus ingenuis, & Philoſophiæ deditis: ſciat eſſe tegetes rudes, è vili contextas materia, videlicet è Papyro indigena, ſic humi aggeſtas, vt eminendo fulciat cubitus. Cęterùm in hoc conuiuio ſacro; nemo ſeruus adeſt, miniſtrant ingenui, & ſponte quicquid opus eſt faciunt, iuſſa non expectando, ſed præueniendo alacritate voluntaria. Nec quibuſlibet ingenuis delegatur hoc officium, ſed habito delectu ex omni ſodalitatis huius iuuentute, vt quiſque aliquot præclarum indolis ac virtutis ſpecimen edidit. Hi tanquam germani filij libenter & certatim miniſtrant, haud ſecus ac parentibus publicis: hanc coniunctionem arctiorem ducentes quàm ſanguinis. Vinum per illos dies non præbetur, ſed aqua limpidiſsima, cæteris frigida, calida verò his qui inter ſeniores tractantur delicatius. Vinum habent

Seorſum viri & fœminæ aſſidebant.

Menſa qualis fuerit.

Miniſtri menſæ.

Vino non vtebantur, ſed aqua, nec cibis opiparis.

pro veneno, adferente dementiam: opiparis autem obſonijs aiunt irritari concupiſcentiam, beluam inſaturabilem. Proponit quiſpiam è ſacris literis quæſtioné, aut ſoluit ab alio propoſitam, totumque auditorium auſcultat attentius. Iuniores menſam efferunt. Coenam ſequitur ſacrum peruigilium his ritibus. Vbi omnes conſurrexére, duo chori fiũt in medio cęnaculo, alter virorum, alter fœminarum, cuique ſuus incentor præficitur, honore præſtans & canendi peritia. Deindè cantant hymnos in laudem Dei compoſitos, varijs metrorum carminumque generibus, nunc ore vno, nunc alterius, non ſine decoris & religioſis geſtibus, atq; accentibus, modò ſtantes, modò prorſum retrorſumue gradum mouentes, vtcumque res poſtulat. Quando vterq; chorus ſeorſum expleuit ſe his delitijs, velut diuino amore ebrij, vnum chorum faciunt promiſcuum, ad imitationem illius inſtituti in rubri ſinus littore, poſt mirandum prodigium. Quando pro tam inſigni & inſperato beneficio correpti numine viri pariter ac mulieres, & in vnam choream conglomerati, hymnis gratias ſeruatori canebant, pręcinente viris Moſe Propheta, Mariamme verò prophetide fœminis. Producta hac commeſſatione honeſtiſsima

Lectio vel diſputatio ſub menſa.

Preces & hymni poſt menſam.

ma vſque ad matutinum, verſo ad auroram vultu, totoq; corpore, quàm primũ Solem orientem reſpiciunt, felicem diẽ, veritatem, perſpicacemque mentem ſibi comprecantur. Atque ita precationibus abſolutis, ad ſuum quiſque ſemneum ſecedit, & ad negotiationem, culturamque conſuetæ Philoſophiæ.

Manè ad orientem precabãtur.

Vide Ioſephũ li.18. antiquitatum Iudæorum cap. 2. & lib 2. de bello Iudaico cap. 2.

Quę Philonis verba prolixius recenſere volui, quòd apertiſsimè declarent, primorum Chriſtianorum religionem, & religioſorum hominum ritus. Quanquã ex Iudæis profecti, ritus aliquos Iudęorũ obſeruaſſe videtur. D. Hieronym⁹: Philo, inquit, Iudæ⁹, inter ſcriptores eccleſiaſticos ponitur, quia librum de prima Marci Euangeliſtæ apud Alexandriam ſcribens eccleſia, in noſtrorum laude verſatus eſt. Ex quo apparet, talem primò *Chriſto* credentium Eccleſiam fuiſſe, quales nunc monachi, eſſe nituntur & cupiunt: vt nihil cuiuſquam proprium ſit, nullus inter eos diues, nullus pauper: patrimonia egentibus diuiduntur, orationi vacatur, & pſalmis, Doctrinæ quoque & continentiæ: quales & Lucas refert primùm Hieroſolymæ fuiſſe credentes. Aiunt Philonem hunc ſub Caio Caligula Romæ periclitatum, quo legatus gentis ſuę miſſus fuerat. Cùm ſecunda vice veniſſet ad Claudium,

Hieronymus in catalogo ſcriptorum Eccleſiaſt.

in eadem vrbe locutum eſſe cum Apoſto- lo Petro, eiuſque habuiſſe amicitias, & ob hanc cauſam etiam Eccleſiam Marci, diſcipuli Petri, apud Alexandriam ſectatores ornaſſe laudibus. Quæ Hieronymi verba ſimiliter repetijt Trithemius. Euſebius quoq;: Fertur hic Philo Romæ ſub Claudio ad colloquiũ Petri, Romanis tunc prædicantis, veniſſe. Neque hoc vero diſsimile eſt; commentarius enim ille, quem tandem ab eo poſterioribus temporibus elaboratum eſſe dicimus, Eccleſię canones, qui ad hęc noſtra vſque tempora ſeruantur, manifeſtè continet. Imò quoniam vitam etiam noſtrorum religioſorum quàm fieri potuit accuratiſsimè deſcripſit: ſatis manifeſtũ relinquitur, non modò vidiſſe eum viros illos Apoſtolicos ſui temporis, ex Hebræis, vt veriſimile eſt, profectos, ob eamque cauſam priſcorum rituum adhuc more Iudæorum obſeruantes, ſed & probaſſe, diuinoſque & honeſtos iudicaſſe. Cumque Philonis verba retuliſſet, ſubiungit: Hæc Philonis verba clarè & abſque vlla cõtradictione de noſtris eſſe dicta putamus: quodque Philo illic de primis Euangelicæ doctrinæ præconibus, & ritibus olim ab Apoſtolis traditis diſſerẽs iſta ſcripſerit, cuiuis manifeſtum eſt.

Trithemius de ſcriptorib. eccleſ. in Philone.

Euſebius l. 2. hiſtor. eccleſ. cap. 16.

Lib. 2. cap. 17. hiſtor. eccleſiaſtic.

Clariſ-

Clariſsimus ille Iuriſconſultus Didacus Couarruuias lib. 4. variarum reſolutionum cap. 18. iſta Philonem de Iudæis Chriſtianis ſcripſiſſe profitetur. Similiter Nicephorus Calixtus: Videbitur fortaſſe cuipiam, Philonem non hæc de Euangelicæ vitæ inſtitutis dixiſſe: ſed is certum indubitatumque eſſe ſibi per. ſuadeat, noſtram illum depinxiſſe viuendi conſuetudinem, cùm ad hodiernum vſque diem non apud alios, quàm apud noſtros homines, regulas tales, viuendiq; mores cõſeruari compertum ſit. Epiphanius quoque hoc apertè confirmat: & Philonem ad ipſos in Aegyptum veniſſe, eorundemque monaſteria, & viuendi leges vidiſſe, & cùm eas vehementer probaret, literis mandaſſe teſtatur. Hos verò Ieſſæos appellauit, quando Chriſtianorum nomen adhuc introductum non erat, vel à Ieſſe patre Dauidis, patris Chriſti, vel à Ieſu, id eſt, à Saluatore & medico, quód eorum qui ad ipſos venirent animos egregiè curarent. Quæ nomina, etſi omnibus Chriſti ſectatoribus conueniebant, præcipuè tamen illi Θεραπευταὶ dicebantur, qui vitam Apoſtolicam perfectiùs imitari ſtudebant. Atque hoc religioſum genus hominum per omnes prouincias diſpartitum

Nicephorus lib. 2. cap. 16. & li. 8. c. 39. adde hiſtoriã tripartitam lib. 1. cap. 11.

Epiphanius hæreſi 29.

Hieronymus ad Euſtochiũ de cuſtodia virginitat.

Epiphanius, Euſebius, Nicephorus dictis locis.

eſt,authore Philone,ſed in Ægypto maximè abundabat. Neceſſarium quidem fuiſſe Euſebius & Nicephorus affirmant, non in ſola Ægypto perfectum bonum efflorecere, ſed Græcos quoque & barbaros eius participes fieri.

Li.1. hiſtoriæ eccleſiaſt. ca. 12. & 13. Nicephor. lib. 8. cap. 39.

Hermius Sozomenus cùm monaſticam & religioſam vitam à Deo ad homines profluxiſſe, maximaſque vtilitates apportaſſe dixiſſet: Philo, ait, præclaros Hebræorum viros ſuis temporibus vndique collectos, loco quodam ad lacum Mariam in colle adiacẽti, philoſophatos eſſe ſcribit: habitationem verò eorum, & victum & conuerſationem talem deſcribit, qualem & nos iam apud monachos in Ægypto conuerſantes videmus. Scribit enim, eos qui Philoſophari incipiebant, facultatibus ſuis abſtinuiſſe, & ad ſe pertinentibus cum rebus tum commixtionibus renuntiaſſe, extraque muros in agris ſolitarijs & hortis degiſſe. Deinde domicilia eorum fuiſſe ſacra, quæ monaſteria vocant. Ea verò omnia de Chriſtianis, præſertim Hebræis, Philonem narrare dicit. Neque enim apud alios, inquit, tale genus vitæ reperiri poteſt. Vnde conijcio Philoſophiam iſtam ex illo tempore apud Ægyptios viguiſſe. Alij verò perſecutiones illorum tempo-

temporum religioni huic cauſſas præſtitiſſe putant: quod elapſi fuga in montibus, & ſolitudinibus, ac ſyluis degentes huiuſmodi vitæ conſuetudinē contraxerint. Polydorus quoque Vergilius lib. 7. de Inuentoribus rerum cap. 1. ab Eſſæis religioſæ vitæ originem manaſſe, de quibus Philo ſcripſerit, profitetur. Quod Paulus & Antonius, ambo *Aegyptij* æmulati fuerint, nouiſque legibus & inſtitutis formarint, vt initium his non immeritò attribuatur. Siue autem *Aegyptij*, ſiue alij quidam initio Philoſophiæ iſti præfuerunt, illud apud omnes in confeſſo eſt, magnum illum *Antonium* monachum excellenter diligentiæ ac perfectionis moribus, competentibusque exercitijs iſtam vitæ conuerſationem exercuiſſe, quem tum temporis in *Aegypti* ſolitudinibus clareſcentem, pro virtutis illius honore Conſtantinus Imperator amicitia ſibi coniunxit, literisq; honorauit: & de illis, quibus opus haberet, ad ſe ſcribere cohortatus eſt &c. Reliquos verò eius monaſticæ Philoſophiæ ſectatores diligenter imitatum dicit *Antonium* primo tempore fuiſſe, paulatim verò ſeueriora præcepta exercitiaq; introduxiſſe affirmat: vt ſolo pane, ſale & aqua aleretur, nec ante ſolis occaſum pranderet,

Nicephorus l. 8. cap. 40. eadem repetit.

Bona, patriam, amicos Dei amore relinquebāt liberis aut cognatis.

hoc mortali defuncti, facultates ſuas relinquunt liberis, aut cognatis, vltrò ijs poſſeſsione cedentes: atque etiam ſocijs & amicis, ſi cognati deſint. Oportet enim vt qui perſpicaces diuitias adeptus eſt, cæcas illas relinquat, mentibus cæcutientibus.

Anaxagoram & Democritum celebrant Græci, quòd præ amore Philoſophiæ prædia ſua pecori compaſcua reliquerint. Probo hos viros contemptores pecuniæ. At quanto prꝺſtantiores, qui nō pecoribus ſuas poſſeſsiones depaſcendas permiſerunt, ſed impenderunt ad ſubleuandam egeſtatem hominum cognatorum, amicorumque, vt egere deſinerent? Relictis igitur facultatibus, auocamentis omnibus, fugiunt ſine reſpectu fratrū, liberorum, parentum, vxorumque, & deſerunt numeroſas cognationes, ſocietates, amicitias, ipſas denique patrias, quibus geniti educatique ſunt: quandoquidē conſuetudo magnum momentum habet ad allectandos animos. Demigrant autē non in aliam ciuitatem, ſed extra mœnia degunt in hortis, aut villis ſolitarijs, amantes ſolitudinem, non hominum odio, ſed ad cauendos congreſſus cum diſsimilibus, quos ſciunt moribus bonis officere. Hoc genus reperitur in multis

Morabantur in ſolitudine.

orbis

orbis regionibus, meritò vt abſolutæ probitatis, receptum à Græcis atq; Barbaris: maximè tamẽ in Aegypto frequentatur, per præfecturas ſingulas, præſertim circa Alexandriam. Domicilia eorum ſunt admodum frugalia, parata contra ęſtum tantummodò & frigora, non contigua vt in vrbibus, (non enim placet id amantibus ſolitudinem) nec tamen longè remota, quia ſocietatem diligunt, vt ſibi poſſent inuicem ſuccurrere, contra latronum incurſus fortuitos. Singuli autem habent ſacras ædiculas, quæ ſemnea vocant, ſiue monaſteria, vbi ſolitarij ſanctæ vitæ myſterijs dant operam. Nec cibi potuſue quicquam eò inferunt, aliudue in vſus corporis, ſed legem tantùm, & prophetarum oracula diuinitus prodita, hymnoſque & quædam alia pietati ſcientiæque promouendæ vtilia. Quotidie bis precari ſolent, oriente Sole, petentes diem verè felicem, vtque mentes eorum repleantur lumine: occidente verò, vt anima in totum exonerata ſenſibus, moleq; rerũ ſenſibilium, veritatẽ veſtiget, in cõſiſtorio domeſtico medium tempus totum meditationi tribuunt. Verſantes ſacra volumina, dant operam Philoſophiæ per manus acceptæ à maioribus, ſcrutando eius allegorias.

Monaſteria qualia habuerint.

Mane & veſperi orabãt.

Lectio ſacra.

Habent

Libri quibus ſe exercebãt. Habent etiam priſcorum commẽtarios, quia huius ſectæ authores multa monimenta reliquerunt de allegorijs huiuſmodi, ad quorum imitationem poſteri ſe accommodant. Itaq; non ſolum contemplantur, ſed etiam cantica, hymnosq; *Cantica eorũ.* in Dei laudem componunt, vario metrorum carminumq; genere, rythmis concinnatos in auguſtiorem ac religioſam ſpeciem.

Per ſex dies ſeorſum quiſque in ſuis illis modò dictis monaſterijs philoſophantur, non progredientes foras, imò ne proſpicientes quidem. Septima verò *Die Dominico tantum conueniebant.* conueniunt in cœtum communem, & iuxta ætatis ordinem, conſidunt, decenti habitu, manus continentes ſub pallio, dextram inter pectus barbamque, ſiniſtram applicatam lateri. Tum progreſſus *Mores ſub lectione ſacra.* in medium natu maximus, & Dogmatũ eius ſectæ peritiſsimus, diſſerit vultu ad grauitatem compoſito, voce moderata, *Concio ſacra.* non ſine magna prudentia. Reliqui omnes auſcultant per ſummum ſilentium, annutantes oculis tantùm, aut capite. Id commune ſemneum, in quod ſeptimo quoque die conueniunt, ſepto clauditur duplici, ſeparatis virorum & mulierum *Viri à fœminis ſeparati.* cœtibus. Medius autem paries à ſolo ſurgit tribus quatuorue cubitis, in modum lori-

loriculæ, ſuperiora vſque ad tectum patet. Vnde gemina prouenit commoditas, & quòd pudori fœminei ſexus cõſulitur, & quod verba Doctoris exaudiũtur facile abſque vllis obſtaculis, quæ vocem intercipiant.

Continentia in cibo & potu.

Temperantiæ tanquã fundamento in animo iacto, virtutes cæteras ſuperſtruunt. Nec cibum, nec potum quiſquam ſumit, ante ſolis occaſum, quod ſapiẽtię ſtudium luci conuenire iudicẽt, tenebris verò curam corporis. Ideo totos dies alteri, alteri verò exiguam noctis partem tribuunt. Nonnulli ex his vix tertio die famem ſentiunt, attenti magis ad diſciplinarum ſcientiam. Nec deſunt, qui vix ſexto die deguſtant cibum neceſſarium, aſſueti ſicut cicadæ rore viuere, canticis opinor ſolantes inediam. Septimum verò diem, vt feſtum ſacratumque, honore dignantur eximio, quo poſt curam animi corpus quoque reficiunt, ſicut iumento relaxantes laborem cõtinuum. In cibatu vtuntur pane ſimplici, ſal vicem ſupplet obſonij, qui delicatiores ſunt, hyſſopum pro condimento adijciunt. Potum è fluentis hauriunt: contenti placare dominas à natura mortalibus additas, famem ſitimque, abſque omnibus lenonijs vtentes rebus, ſine quibus non licet

Die Dominico feriabãtur & ſeſe recreabant.

Pane & hyſſopo vtebãtur aquam bibebant.

viuere. Edunt igitur, ne eſuriant; bibunt, ne ſitiant, ſaturitatem cauendo, vt inimicam animo pariter & corpori.

Monaſteria eorum humilia erant. Et quoniam tegminis quoque duæ ſunt ſpecies, veſtis tectumque. De ædibus iam dixi eſſe incultas & extemporaneas, factas ad præſentem vſum tantummodò, *Veſtitus illorum.* in veſte eadem apparet ſimplicitas, ad arcendos calores & frigora, pro pelliceis craſſa tunica in hyeme, æſtate verò exomis aut interula linea. Hactenus ibi Philo. Aliquod autem verbis interpoſitis, ediſſerit eorum ſodalitia, quando hilarius die feſto conuiuia celebrarint. *Conuiuia qualiter celebrarint.* Nimirum quòd à miniſtro quodam per ſignum vocati, læti cum ſumma grauitate conuenerint: & ſublatis ad cælum manibus atque oculis fuerint precati, antequã diſcumberent, vt Deo placeret id conuiuium. *Preces ante accubitum.* Tunc ſeniores diſcubuerint, ac mox alij pro cuiuſq; dignitate. *Senium à die receptionis æſtimabant, non ætatis.* Seniores verò nõ æſtimarint ex ætate, ſed à tempore religionis ſuſceptæ, vt grandæuos etiam haberent pro pueris, ſi ſerò inſtitutum hoc complexi fuiſſent. Adhibentur, inquit, menſæ fœminæ quoque, anus pleræque, ſed virgines, non coactæ caſtitatis, ſicut apud Græcos quædam ſacrificulæ, ſed ſponte continentes: *Virginitas ſpontanea, non coacta.* præ amore ſapientiæ, cuius ſtudio per totam vitam

vitam contempſerunt voluptatis corporis, diuinæ, non mortalis prolis cupidæ, quam ſolæ Deo charæ animæ ex ſe ipſis pariunt, excipientes pro ſemine intelligibiles Patris radios.

Diſcubitus ita diſtribuitur, vt ſeorſum viri dextrum latus, ſeorſum fœminæ ſiniſtrum teneant. Quòd ſi quis ſuſpicatur, lectiſternia, ſi non ſumptuoſa, certè molliuſcula, parari hominibus ingenuis, & Philoſophiæ deditis: ſciat eſſe tegetes rudes, è vili contextas materia, videlicet è Papyro indigena, ſic humi aggeſtas, vt eminendo fulciat cubitus. Cęterùm in hoc conuiuio ſacro, nemo ſeruus adeſt, miniſtrant ingenui, & ſponte quicquid opus eſt faciunt, iuſſa non expectando, ſed præueniendo alacritate voluntaria. Nec quibuſlibet ingenuis delegatur hoc officium, ſed habito delectu ex omni ſodalitatis huius iuuentute, vt quiſque aliquot præclarum indolis ac virtutis ſpecimen edidit. Hi tanquam germani filij libenter & certatim miniſtrant, haud ſecus ac parentibus publicis: hanc coniunctionem arctiorem ducentes quàm ſanguinis. Vinum per illos dies non præbetur, ſed aqua limpidiſsima, cæteris frigida, calida verò his qui inter ſeniores tractantur delicatius. Vinum habent pro

Seorſum viri & fœminæ aſsidebant.

Menſa qualis fuerit.

Miniſtri menſæ.

Vino non vtebantur, ſed aqua, nec cibis opiparis.

pro veneno, adferente dementiam: opiparis autem obſonijs aiunt irritari concupiſcentiam, beluam inſaturabilem. Proponit quiſpiam è ſacris literis quæſtionē, aut ſoluit ab alio propoſitam, totumque auditorium auſcultat attentius. Iuniores menſam efferunt. Coenam ſequitur ſacrum peruigilium his ritibus. Vbi omnes conſurrexére, duo chori fiūt in medio cęnaculo, alter virorum, alter fœminarum, cuique ſuus incentor præficitur, honore præſtans & canendi peritia. Deindè cantant hymnos in laudem Dei compoſitos, varijs metrorum carminumque generibus, nunc ore vno, nunc alterius, non ſine decoris & religioſis geſtibus, atq; accentibus, modò ſtantes, modò prorſum retrorſumue gradum mouentes, vtcumque res poſtulat. Quando vterq; chorus ſeorſum expleuit ſe his delitijs, velut diuino amore ebrij, vnum chorum faciunt promiſcuum, ad imitationem illius inſtituti in rubri ſinus littore, poſt mirandum prodigium. Quando pro tam inſigni & inſperato beneficio correpti numine viri pariter ac mulieres, & in vnam choream conglomerati, hymnis gratias ſeruatori canebant, pręcinente viris Moſe Propheta, Mariamme verò prophetide fœminis. Producta hac commeſſatione honeſtiſſima

Lectio vel diſputatio ſub menſa.

Preces & hymni poſt menſam.

ma vſque ad matutinum, verſo ad auroram vultu, totoq; corpore, quàm primũ Solem orientem reſpiciunt, felicem diẽ, veritatem, perſpicacemque mentem ſibi comprecantur. Atque ita precationibus abſolutis, ad ſuum quiſque ſemneum ſecedit, & ad negotiationem, culturamque conſuetæ Philoſophiæ.

Manè ad Orientem precabātur.

Vide Ioſephũ li.18. antiquitatum Iudæcarum cap. 2. & lib 2. de bello Iudaico cap. 2.

Quę Philonis verba prolixius recenſere volui, quòd apertiſsimè declarent, primorum Chriſtianorum religionem, & religioſorum hominum ritus. Quanquã ex Iudæis profecti, ritus aliquos Iudęorũ obſeruaſſe videtur. D. Hieronym⁹: Philo, inquit, Iudæ⁹, inter ſcriptores eccleſiaſticos ponitur, quia librum de prima Marci Euangeliſtæ apud Alexandriam ſcribens eccleſia, in noſtrorum laude verſatus eſt. Ex quo apparet, talem primò *Chriſto* credentium Eccleſiam fuiſſe, quales nunc monachi, eſſe nituntur & cupiunt: vt nihil cuiuſquam proprium ſit, nullus inter eos diues, nullus pauper: patrimonia egentibus diuiduntur, orationi vacatur, & pſalmis, Doctrinæ quoque & continentiæ: quales & Lucas refert primùm Hieroſolymæ fuiſſe credentes. Aiunt Philonem hunc ſub Caio Caligula Romæ periclitatum, quo legatus gentis ſuę miſſus fuerat. Cum ſecunda vice veniſſet ad Claudium,

Hieronymus in catalogo ſcriptorum Eccleſiaſt.

in eadem vrbe locutum eſſe cum Apoſtolo Petro, eiuſque habuiſſe amicitias, & ob hanc cauſam etiam Eccleſiam Marci, diſcipuli Petri, apud Alexandriam ſectatores ornaſſe laudibus. Quæ Hieronymi verba ſimiliter repetijt Trithemius. Euſebius quoq;: Fertur hic Philo Romæ ſub Claudio ad colloquiũ Petri, Romanis tunc prædicantis, veniſſe. Neque hoc vero diſsimile eſt; commentarius enim ille, quem tandem ab eo poſterioribus temporibus elaboratum eſſe dicimus, Eccleſię canones, qui ad hęc noſtra vſque tempora ſeruantur, manifeſtè continet. Imò quoniam vitam etiam noſtrorum religioſorum quàm fieri potuit accuratiſsimè deſcripſit: ſatis manifeſtũ relinquitur, non modò vidiſſe eum viros illos Apoſtolicos ſui temporis, ex Hebræis, vt veriſimile eſt, profectos, ob eamque cauſam priſcorum rituum adhuc more Iudæorum obſeruantes, ſed & probaſſe, diuinosque & honeſtos iudicaſſe. Cumque Philonis verba retuliſſet, ſubiungit: Hæc Philonis verba clarè & abſque vlla cõtradictione de noſtris eſſe dicta putamus: quodque Philo illic de primis Euangelicæ doctrinæ præconibus, & ritibus olim ab Apoſtolis traditis differẽs iſta ſcripſerit, cuiuis manifeſtum eſt.

Trithemius de ſcriptorib. eccleſ. in Philone.

Euſebius l. 2. hiſtor. eccleſ. cap. 16.

Lib. 2. cap. 17. hiſtor. eccleſiaſtic.

Clariſ-

Clariſsimus ille Iuriſconſultus Dida-
us Couarruuias lib. 4. variarum reſolu-
ionum cap. 18. iſta Philonem de Iudæis
hriſtianis ſcripſiſſe profitetur. Simi-
ter Nicephorus Calixtus : Videbitur
ortaſſe cuipiam, Philonem non hæc de
uangelicæ vitæ inſtitutis dixiſſe : ſed
certum indubitatumque eſſe ſibi per-
uadeat, noſtram illum depinxiſſe viuen-
i conſuetudinem, cùm ad hodiernum
ſque diem non apud alios, quàm apud
oſtros homines, regulas tales, viuendiq;
nores cõſeruari compertum ſit. Epipha-
ius quoque hoc apertè confirmat : &
hilonem ad ipſos in Aegyptum veniſſe,
orundemque monaſteria, & viuendi le-
es vidiſſe, & cùm eas vehementer pro-
aret, literis mandaſſe teſtatur. Hos ve-
ò Ieſſæos appellauit, quando Chriſtia-
iorum nomen adhuc introductum non
rat, vel à Ieſſe patre Dauidis, patris
hriſti, vel à Ieſu, id eſt, à Saluatore &
nedico, quód eorum qui ad ipſos veni-
ent animos egregiè curarent. Quæ no-
nina, etſi omnibus Chriſti ſectatori-
us conueniebant, præcipuè tamen illi
ἱεραπευταὶ dicebantur, qui vitam Apo-
ſtolicam perfectiùs imitari ſtudebant.
Atque hoc religioſum genus homi-
num per omnes prouincias diſpartitum

Nicephorus lib. 2. cap. 16. & li. 8. c. 39. adde hiſtoriã tripartitam lib. 1. cap. 11.

Epiphanius hæreſi 29.

Hieronymus ad Euſtochiũ de cuſtodia virginitat.

Epiphanius, Euſebius, Nicephorus dictis locis.

temporum religioni huic cauſſas præſtitiſſe putant: quod elapſi fuga in montibus, & ſolitudinibus, ac ſyluis degentes huiuſmodi vitæ conſuetudinē contraxerint. Polydorus quoque Vergilius lib.7. de Inuentoribus rerum cap. 1. ab Eſſæis religioſæ vitæ originem manaſſe, de quibus Philo ſcripſerit, profitetur. Quod Paulus & Antonius, ambo *Aegyptij* æmulati fuerint, nouiſque legibus & inſtitutis formarint, vt initium his non immeritò attribuatur. Siue autem *Aegyptij*, ſiue alij quidam initio Philoſophiæ iſti præfuerunt, illud apud omnes in confeſſo eſt, magnum illum *Antonium* monachum excellenter diligentiæ ac perfectionis moribus, competentibusque exercitijs iſtam vitæ conuerſationem exercuiſſe, quem tum temporis in *Aegypti* ſolitudinibus clareſcentem, pro virtutis illius honore Conſtantinus Imperator amicitia ſibi coniunxit, literisq; honorauit: & de illis, quibus opus haberet, ad ſe ſcribere cohortatus eſt &c. Reliquos verò eius monaſticæ Philoſophiæ ſectatores diligenter imitatum dicit *Antonium* primo tempore fuiſſe, paulatim verò ſeueriora præcepta exercitiaq; introduxiſſe affirmat: vt ſolo pane, ſale & aqua aleretur, nec ante ſolis occaſum pranderet,

Nicephorus l. 8. cap. 40. eadem repetit.

biduum aut plures ſæpè dies ieiunaret, multas noctes inſomnes traduceret, crebrò terram pro lecto vſurparet. Primum eremi habitatorem extitiſſe Antonium ſcribit Ruffinus, qui continentiſsimè viueret, & crebrò cum Dæmonibus congreſſus triumpharet, vt apud Athanaſium, qui vitam eius deſcripſit, videre eſt. Eius profectò virtutes tantę fuerunt, vt Conſtantinus Magnus ad ipſum tanquam prophetam & ſanctiſsimum virum literas daret; quibus ſeipſum, fortunaſque ſuas, & liberos, ipſius ardentiſsimis precibus commẽdaret. Plurimi quidem hoc Philoſophiæ genus iam inde à temporibus Apoſtolorum arripuerunt, & ab ipſis Apoſtolis eius origo deriuata eſt, propter grauiſsimas tamen perſecutiones Chriſtiana res non parum fuit perturbata, & oppreſſa religio. Sed imperante Conſtantino Magno, Chriſtianis omnibus libertas & pax fuit reſtituta, & hoc Eſaiæ vaticinium impletum: Lætabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium. Hic enim optimus Imperator eas libenter tulit, quos tyranni varijs ſupplicijs fuerãt perſecuti, ſed maximo etiam in honore habuit, & egregijs priuilegijs ornauit. Nam cùm

Ruffinus li. 1. c. 8. Socrates li. 1. ca. 21. Nicephor. l. 8. cap. 40.

Conſilium prouinciale Colon. parte 10. c. 1.

Euſebius l. 10. c. 3. & 4.

Eſaiæ 35.

cùm apud veteres lex viguiſſet: qua ſine liberis homines mulctarentur,& ſteriles ab hæreditate excluderentur: eam Conſtãtinus abrogauit,multos natura ſteriles exiſtere vidẽs,qui miſeratione eſſent quã ſupplicio digniores:multos propter Philoſophiæ & pietatis amorẽ à mulieribus abſtinere,qui quòd meliora ſectarentur, non pœna,ſed admiratione digni apparerent. Imò, legem tulit, vt non ſolùm eodem cum reliquis Iure potirentur,ſed maiora quoque priuilegia haberent, qui continentiam virginitatemque obſeruarent. Conſtantini enim Imperatoris filia, Conſtantia,cùm velut leproſa appareret, ad ſepulchrũ S. Agnetis virginis martyris priſtinæ ſanitati egregiè reſtituta fuit: Patri & fratribus hoc longè gratiſsimum erat: ipſa verò perpetuam viirginitatem conſeruare decreuit: multisq; virginibus author fuit, vt & ipſæ ſacrum velamen acciperent, teſte Ambroſio. Quod plurimæ virgines Romanæ imitabantur. Prætereà Conſtantinus egregias monachorum virtutes in Concilio Nicæno cognouerat: vbi ſtatus illorum approbatus eſt: & de monaſterijs, de vita & moribus, de habitu eorum, de electione Abbatum, & Abbatiſſarum,deque ingreſſu religionis, varia præ-

Euſebius l. 4. de vita Conſtantini. Sozo. li. 1. ca. 9.

Ambroſ. ſermone 90. to. 3.

præcipiuntur. Vt ex c. *43. 65. 66. 67.* & *68.* in editione Alphonſi Piſani, colligitur.

Ruffinus li. 2. ca. 4. hiſtoriæ.

Hinc factum eſt, vt breui religio admirabile incrementum caperet. Præſertim cùm eius profeſſores ſanctiſsimi viri eſſent, qui omnes morbos curabant, & præclariſsimè de tota republica merebantur, vt de Iſidoro, Meraclide, & Macarijs, ſancti Antonij diſcipulis, refert Ruffinus. Quorum vel vnus Macarius Aegyptius tot curationes & ſanationes, authore Socrate, fecit, vt quæ per Dei gratiam geſsit, proprios commentarios requirant. Aſceteria, inquit Socrates, in Aegypto ante longa quidem tempora initium ſumpſerant, amplificata verò & aucta ſunt per virum *Deo* dilectum nomine *Amnum*. Huius vitam admodum multi ſunt imitati, ac montana Nitriæ & Scytiæ paulatim monachorum multitudine referta: quorum omnium vitam deſcribere proprij fuerit argumenti opus. Sic per vniuerſum orbem, vbi Chriſtianiſmus introducebatur, religio etiam mirificè floruit. Nam multos religioſos viros, & ſacras virgines tempore Conſtantini Magni in Perſia indignas iniurias pertuliſſe ſcribit Sozomenus, libro ſecundo hiſtoriæ Eccleſiaſti-

Socrates li. 4. cap. 23.

cæ.

ꝛ.Baſilius Magnus plurimos ait in Ae-ypto, in Paleſtina, in Syria, in Meſopo-imia ſuo tempore vixiſſe. Paula & Eu-ochium ad Marcellam ſcribentes, Ae-yptum fertilem monachorum vocant. bi Paula multa monachorũ millia, teſte lieronymo, inuenit. Ex omnibus Pro-ncijs monachos & ſacras virgines Beth-em fuiſſe profectos eadẽ epiſtola Pau-& Euſtochium ſignificant. Et Paulam i virorum atque mulierum monaſte-a erexiſſe in Epitaphio eius narrat Hie-nymus. Quod Pontus tempore Baſilij lagni monachorum cœnobia habue-t, in monodia ipſius ſcribit Theologus. annes eremita in Thebaide pluribus onaſterijs præfuit, & Serapion ad Ar-noitem, decem ferè monachorũ mil-ius imperabat: Dioſcoro centum ad-ſerunt, Sozomenus lib. 6. cap. 28. & . Tempore Iuſtini philoſophi & mar-ris multos fuiſſe monachos ex 110. ip-is quæſtione apparet. Apud Alexan-iam eodem tempore, bis mille clariſ-ni monachi philoſophabantur, quo-m multi in ſolitudinibus viuebant. erunt quoque in Cypro huius inſtitu-præſtantiſsimi ſectatores, qui diuum iphanium erudierunt. Sceti ad Ni-am infiniti Monachi reperiebantur, pluri-

Baſilius epiſtola 79.

Nicephorus l. 11. cap. 34.

Sozomenus li. 6. c. 32. Nicephorus li. 11. ca. 39.

plurimaque monaſteria, & ſeparatim in eremo extructa domicilia. Syri & Perſæ tātā monachorū multudinē, authore Sozomeno, acquiſirunt, vt cùm illis, qui in Aegypto philoſophabantur, decertarent. Ferunt autem Aonem primum apud Syros extra hominum conſortium, perindè atque Antonius in Aegypto, perfectiorem Philoſophiā inchoaſſe. Habuit verò is in Phadana phrontiſterium, quo loco Iacob, cùm ex Palæſtina veniret, in Meſopotamiam abiturus, Rachelem vxorem ſuam primò cum grege ad puteum inuenit. Syria: quam cauam vocant, & quæ vltra hanc eſt, præter Antiochiam, tardius quidem, inquit Sozomenus, ad Chriſtianiſmum conuerſa eſt: attamen nec illa Eccleſiaſticorum Philoſophorum expers fuit, qui hoc fortiores & erant, & apparebant, quò magis ab incolis regionis odio & inſidijs impetebantur, quæ magno animo ſuſtinebant, nec vlciſcentes ſeſe, nec vindictam ſumentes, ſed alacriter contumelias & plagas ab Ethnicis illatas perferentes. Quales fuiſſe percepi Valentinum, Theodorum, Maroſam, Baſſum, Baſſonem, & Paulum. Qui cùm multos ad Philoſophandi ſcientiam rectè inſtituiſſet, in Iugato maximum & clariſsimum monachorū contu-

Sozome. li. 6. cap. 33. Nicephorus l. 11. cap. 40

Geneſ. 28.

Sozome. li. 6. c. 34 Nicephorus l. 11. c. 41.

contubernium cõſtituit, vbi & mortuus eſt, probatamque & diuinam Philoſophiam exercuit. Pityrion non longè ab Athenis aſceterium, & exercendæ pietatis domicilium habebat. Facilis conie-ctura eſt, ſcribit Nicephorus, hoc genus Philoſophiæ ad Galatas vſque & Cappadoces, finitimoſque ijs populos, item ad Euxinum Pontum, Bithyniam, & Helleſpontum perueniſſe: qui ſanè antiquius doctrinam Chriſtianam flagrantibus animis complectentes, permultos diuinæ huius Philoſophiæ habuêre ſectatores. Antiochiæ plurimi enituêre monachi, qui integrum atque immortale id, quod ad imaginem Dei conditum eſt, cõſeruarunt. In monte pratis multis perquàm amœno, qui vrbi adiacet, multi monaſtica Philoſophia ſplendidi atque illuſtres fuerunt.

Nicephorus l. 11. cap. 41.

Nicephorus l. 9. cap. 14.

Nicephor. lib. 11. cap. 41.

In Europam noſtram tempore Conſtantini Magni diuinum hoc Philoſophiæ genus, per excellentiſſimos viros eſt introductum, qui in Thracia, Illirico, & Italia, cæteriſque prouincijs, magnum operæ pretium fecerunt. Apud Armenios verò, & Paphlagones, atque in Ponti montibus primus monaſticam Philoſophiam colere cœpiſſe fertur Euſtathius, cuius ſectatores, quia peculiares

Nicephorus li. 9. ca. 16.

Nicephorus eodem loco.

ritus, & nouum habitum, falſaſque opiniones propria authoritate introducere conabantur, per ſynodum Gangrenſem condemnati fuerunt.

Quomodo in vrbem Romã immigrarit in epitaphio Marcellę indicat Hieronymus: nulla eo tẽpore nobiliũ fœminarũ nouerat Romę propoſitũ monachorũ, nec audebat propter rei nouitatẽ ignominioſũ (vt tunc putabatur) & vile in populis nomẽ aſſumere. Hæc ab Alexandrinis ſacerdotibus, Papaq; Athanaſio, & poſtea Petro, qui perſecutionẽ Arrianę hęreſeos declinãtes, quaſi ad tutiſsimũ cõmunionis ſuæ portum, Romam confugerant, vitam beati Antonij, adhuc tunc viuentis, monaſteriorumque in Thebaide Pachuuij & virginum ac viduarum didicit diſciplinam. Nec erubuit profiteri quod *Chriſto* placere cognouerat. Hanc multos poſt annos imitata eſt Sophronia, & aliæ. Huius amicitijs fruita eſt Paula venerabilis, in huius cubiculo nutrita Euſtochium, virginitatus decis, vt facilis æſtimatio ſit, qualis magiſtra, vbi tales diſcipulæ. Et in conſolatione ad Pammachium ſuper obitu Paulę. Noſtris temporibus Roma poſſedit, quod mundus ante neſciuit; tum rari ſapientes, potentes, nobiles Chriſtiani: nunc multi

monachi ſapientes, potẽtes, nobiles: quibus cunctis Pammachius meus, ſapientior, potentior, nobilior, magnus in magnis, primus in primis ἀρχιστρατηκὸς monachorum. Italiam tunc plurima monaſteria habuiſſe, indicat Hieronymus in epitaphio Fabiolæ ad Oceanum. Quàm multæ præclariſsimæ virgines in omnibus Prouincijs religionem ſuſceperint, earum hiſtoriæ quæ in Eccleſia recitantur oſtendunt. Nam ſtatim à temporibus Apoſtolorum, plurimi per vniuerſum Chriſtianum orbem, tam viri quàm fœminæ, amoris diuini facibus incenſę corporis compreſſa libidine, domitis cupiditatibus, contemptis opibus, totas ſe ad Chriſti ſtudium, ſolitariumque vitæ genus contulerunt. Nouæ enim & inuſitatæ virtutis admiratio, ad animos hominum pietate & religione informandos, plurimum certè valet. Ideoque infiniti homines, eorum exemplo permoti, ad noua illa vitæ religioſæ cæleſtiaque caſtra confugiebant: multi quoque domicilia, ſedes, fortunasque ſuas, cum veſtibus retinentes, vitam ad euangelicæ perfectionis regulam componebant. Nec pauciores vitæ magni illius Antonij admiratio, ad veræ pietatis cultũ in medijs vrbibus incitauit, quàm ad horridam Eremum,

ritus, & nouum habitum, falſaſque opiniones propria authoritate introducere conabantur, per ſynodum Gangrenſem condemnati fuerunt.

Quomodo in vrbem Romã immigrarit in epitaphio Marcellę indicat Hieronymus: nulla eo tẽpore nobiliũ fœminarũ nouerat Romę propoſitũ monachorũ, nec audebat propter rei nouitatẽ ignominioſũ (vt tunc putabatur) & vile in populis nomẽ aſſumere. Hæc ab Alexandrinis ſacerdotibus, Papaq; Athanaſio, & poſtea Petro, qui perſecutionẽ Arrianę hęreſeos declinãtes, quaſi ad tutiſsimũ cõmunionis ſuæ portum, Romam confugerant, vitam beati Antonij, adhuc tunc viuentis, monaſteriorumque in Thebaide Pachuuij & virginum ac viduarum didicit diſciplinam. Nec erubuit profiteri quod *Chriſto* placere cognouerat. Hanc multos poſt annos imitata eſt Sophronia, & aliæ. Huius amicitijs fruita eſt Paula venerabilis, in huius cubiculo nutrita Euſtochium, virginitatus decis, vt facilis æſtimatio ſit, qualis magiſtra, vbi tales diſcipulæ. Et in conſolatione ad Pammachium ſuper obitu Paulę. Noſtris temporibus Roma poſſedit, quod mundus ante neſciuit; tum rari ſapientes, potentes, nobiles Chriſtiani: nunc multi

mo-

monachi ſapientes, potētes, nobiles: quibus cunctis Pammachius meus, ſapientior, potentior, nobilior, magnus in magnis, primus in primis ἀρχιστρατηγὸς monachorum. Italiam tunc plurima monaſteria habuiſſe, indicat Hieronymus in epitaphio Fabiolæ ad Oceanum. Quàm multæ præclariſsimæ virgines in omnibus Prouincijs religionem ſuſceperint, earum hiſtoriæ quæ in Eccleſia recitantur oſtendunt. Nam ſtatim à temporibus Apoſtolorum, plurimi per vniuerſum Chriſtianum orbem, tam viri quàm fœminæ, amoris diuini facibus incenſę: corporis compreſſa libidine, domitis cupiditatibus, contemptis opibus, totas ſe ad Chriſti ſtudium, ſolitariumque vitæ genus contulerunt. Nouæ enim & inuſitatæ virtutis admiratio, ad animos hominum pietate & religione informandos, plurimum certè valet. Ideoque infiniti homines, eorum exemplo permoti, ad noua illa vitæ religioſæ cæleſtiaque caſtra confugiebant: multi quoque domicilia, ſedes, fortunasque ſuas, cum veſtibus retinentes, vitam ad euangelicæ perfectionis regulam componebant. Nec pauciores vitæ magni illius Antonij admiratio, ad veræ pietatis cultū in medijs vrbibus incitauit, quàm ad horridam Eremum,

vitæque monaſticæ æmulationem allexit. Quod ſatis quidem Auguſtini, varijs adhuc cupiditatibus cōſtricti, ad Alipium voces declarant: Quid patimur? quid audiſti? ſurgunt indocti, & cœlum rapiunt, & nos cum doctrinis noſtris ſine corde, ecce vbi volutamur in carne & ſanguine?

Baſilius epiſtola 79. Taliter Eccleſiæ Dei monaſticæ vitæ authores profuerunt, vt infra latius aperietur. Nam & vita & moribus optimi fuerunt, & languētem in multorum cordibus veram pietatem reſuſcitauerunt. Baſilius Magnus author eſt, quod cùm admirandam monachorum abſtinentiam atque virtutes perſpiceret, imitator ipſorum fieri concupierit, & poſtquam ſemel ijs adhæſerat, non potuerit iterum auelli. Aurelius Auguſtinus, etſi nullis perſuaſionibus ad veram religionem, & virtutum ſtudia flecti atq; commoueri poterat: tamen audita inſigni & planè angelica Diui Antonij vita, oculos aliquando tandem aperuiſſe fertur, vt Eccleſia *Christi* tantum virum magno illi Antonio debere videatur. *Auguſtinus l.8.confeſſionum cap.6.* Conſedimus, inquit Auguſtinus, vt colloqueremur, & ortus eſt ſermo de Antonio monacho, cuius nomen excellenter clarabat apud ſeruos tuos Domine, nos autem vſque in illam

illam horam latebat. Stupebamus autem audientes tam recenti memoria, & propè noſtris temporibus teſtatiſsima mirabilia tua in fide recta, & catholica Eccleſia. Inde ſermo deuolutus eſt, ad monaſteriorum greges, & mores ſuaueolentiæ tuæ, & vbera deſerta eremi, quorum nos nihil ſciebamus. Erat monaſterium Mediolani plenum bonis fratribus, extra vrbis mœnia, ſub Ambroſio nutritore, & non noueramus. Duos prętereà milites fuiſſe refert, qui lecta auditaque Antonij vita, ad idem pietatis & virtutum ſtudium, relicta militia, tranſirent, quo pios aliquot apud Treuerim monachos deprehendebant oblectari. Vterque ſponſam domi reliquerat, quæ cùm eos monaſticam religioſamque vitam ingreſſos audirent, ipſę ſimiliter virginitatem ſuam Deo conſecrauerũt. Qualiter ipſe Auguſtinus vitæ magni Antonij commemoratione, ſanctiſsimorumque militum æmulatione, ad virtutum ſtudia cœperit cõmoueri, vt totus ſibi diſpliceret, pluribus verbis ingenuè libro octauo Confeſsionum profitetur, cap 7. & 8.

Quod Martha, *Chriſti* hoſpes, ad Rhodanum ſacras virgines inſtituerit, ex vita illius apparet. De ſancto Martino

Sulpitius lib. 1. de vita Conſtant.

Epiſcopo Turonenſi Seuerus Sulpitius, inſignis Rhetor, ſcriptum reliquit: quòd primò quidem Mediolani ſibi monaſterium ſtatuerit, etſi ab Auxentio Arriano inde fuerit deturbatus: deindè, poſtquã Turonenſis Epiſcopus creatus erat, adhærẽtem Eccleſiæ cellam habuerit, quapropter hominum inquietudinem, atq; moleſtias, relicta, longiùs ab vrbe monaſterium erexerit, tam ſecreto loco, vt eremi fortitudinem non deſideraret. Quodq; plurimi per Galliam idem fuerint imitati: vt apud cellam beati Martini magiſtri ſui monaſteria ſibi, aut qualiacunque receptacula facerent, vbi omnia ipſis eſſent communia, cibum omnes poſt horam ieiunij ſimul acciperent, vinoque, præter infirmos, abſtinerent, aliqui eorum camelorum ſetis induerentur, cùm mollior habitus pro crimine haberetur. Iuniores, ait, aliqua ſcripſiſſe, cùm ſeniores orationi vacarẽt: & tot ſanctum Martinum miracula perpetraſſe, vt infinita hominum multitudo in Chriſtum crederet: Plurimiſque Galliæ locis tam virorum quàm ſacrarum virginum monaſteria cernerentur. Et ex hoc genere ſacrorum hominum ſacerdotes illi fuerunt, qui bello in Aſia capti, atque in Europam perducti, Germanos noſtros,

In Galliam & Germaniam quomodo monachiſmus peruenerit.

Sulpitius lib. 1. & 3.

tem-

tempore Conſtantini Imperatoris, doctrina, & miraculis, permouerunt, vt veram Chriſtianam religionem amplectêrent.

Quoniam ergo tales viri tunc admirabiliter Eccleſiam Dei fulciebant: idcirco diabolus acerrimos illis & potentiſsimos hoſtes immiſit, qui tam neceſſarios in republica Chriſtiana viros impedirẽt, vexarent, & opprimere conarentur. Iulianus Imperator, ex tonſo monacho apoſtata, grauiſsimè eſt eos perſecutus; & Publiam centum ſacrarum virginũ præfectam cædi mandauit. Si initia repetamus, inquit Hieron. Platus proœmio librorum de bono ſtatus religioſi, Statim ac ſimul cum Chriſtiana fide, monaſtica etiam diſciplina propagari in mundo cępit: quod fuit aureo Conſtantini ſeculo, atq; ex illis latebris ac ſolitudine erumpere, in qua per trecẽtos eoſque ampliùs annos antea plenè delituerat: hoc obſeruare licuit, quoſcumque Dæmon ſceleris ſui adminiſtros nactus eſt ad Eccleſiã perturbandam, eoſdem etiam primùm ac prȩcipuè in hanc quaſi Eccleſiæ arcem armaſſe atque incendiſſe. Atque eos quidem in duo genera diſtractos video. Alij enim potentia, imperio, armis religioſæ vitæ cultores opprimere conati ſunt:

Perſecutio monachorum.

Sozom. lib. 5. cap. 2.

Theodoretus lib. 3. cap. 19

alij, qui hoc non poterant, fallacijs, maledictis, doliſque fingendis, atque hæreſium erroribus diſſeminandis. Primum enim Iulianus, eò acerbior ac nocétior hoſtis, quò magis omnia noſtra interiora norat, non ille quidẽ ferro ac cęde religioſos homines afflixit: hoc quoq; matyrij dec*, vt ait Nazíazenus, Chriſtianis inuidit, ſed quicquid citra ſanguinẽ ad eos vexandos, inſectandos, atque omnino delendos excogitare potuit, in id omnes ingenij ſui vires (quo non mediocriter valuiſſe dicitur) ſemper contulit.

Sozome. li. 5. c. 10. Niceph. lib. 10. cap. 9. Horrendum profectò eſt, quod de Syriæ habitatoribus ad Heliopolim & Arethuſam narrat Sozomenus: qualiter per ſummam impudentiam ſacras virgines, quæ in publicum prodire non ſolebant, nudas proſtituerint, pudendaſque corporis partes tonſas ſecuerint, & ad deuoranda illarum ſacra viſcera porcos prouocarint: qui famis impetu ad cibum, ſanctarum virginum vulneribus ſuperpoſitum ita ferebantur, vt humanam carnem ſimul miſerabiliter lacerarent.

Socrates li. 4. cap. 24. Cumque Valens Imperator Ægyptios lege affligi præcepiſſet, tunc vaſtabantur, & ſubuertebãtur omnia, alij ad tribunalia trahebãtur, alij conijciebãtur in carceres, alij aliter torquebãtur, variaq; ſupplicio-

rum

rum genera contra pijſsimos viros excogitata fuerũt. Quorum aliqui in exilium eiecti, crudeliſsimas gentes ad Chriſtianã religionem perduxerunt, vt contra hoſtium ſuorum volũtatem, EccleſiæChriſtianæ prodeſſent. Qualiter Lucius eo tempore militarem expeditionem contra monachos, qui ſolitudinem incolebant, inſtituerit, & quomodo illi in exilium eiecti, plurimos ad Chriſtianam religionem produxerint, apud Sozomenum videre eſt. Sed ſemper vicit inuicta veritas, & quò magis religio per tyrannos, ſuaſore Diabolo, premebatur, tanto ſẽper adiutore Deo facta eſt florẽtior.

Theodoſius ſupra modum monachos honorauit, & ex Ioannis monachi Thebaidis, qui Spiritu ſancto plenus vir, res futuras prædicere poterat, conſilia pleraque tranſegit. Atque in tantum ſplendorem hoc vitæ genus excreuit, vt nobiliſsimi quique ad id ſeſe libenter conferrent. Nam Theodoſij iunioris ſoror Pulcheria, cùm virginitatem ſuã Deo conſecrauiſſet, ſorores quoque ſuas ad idẽ vitę genus inſtituit. Potentiſsimos Reges, & maximos Principes, atque viros nobiles hoc philoſophię cęleſtis ſtudio fuiſſe delectatos, omniũ gẽtiũ hiſtoriæ & annales teſtãtur. Cũ & perfectiſsimũ & iucũdiſsimum,

Sozom. lib. 7. cap. 22.

Sozom. lib. 9. ca. 1.

Vide Claud. Eſpenſeum li. 6. c. 3. de continentia.

mum,ipſique Deo gratiſsimum exiſtere perſpicerent.

Multi quoqueEpiſcopi ad monachorum habitum deſcenderunt.Sed poſtquā aliqui eorum in Pontificali throno permanere nihilominus volebant, talis in ſynodo Conſtantinopolitana, quæ ſub Photio Patriarcha in templo Sophiæ celebrata eſt, canon promulgatus fuit: Vniuerſalis hæc ſynodus ſtatuit, vt ſi quis Epiſcopus,vel aliquis alius exPontificali dignitate voluerit ad vitam monaſticam deſcendere,& pœnitentię locum implere, ne amplius Antiſtitis dignitatem vſurpet. Monachorū enim Profeſsiones, ſubiectiones,& diſcēdi cupiditatis rationem habēt, non autem doctrinæ aut primatus: nec alios paſcere, ſed ipſos paſci profitentur.

Videantur acta ſynodi vniuerſalis. 7. & vita Micetæ.

In Oreinte Leo Iſauricus contra SS. imagines atque ſacros monachos bellum ſuſcepit: eiuſdemque filius Conſtantinus Copronimus omnia cœnobia euertere ſtudebat, ſed morte abreptus perficere nequiuit. Irene autem ipſius vxor, quæ mortuo Conſtantino iuniore, filio ſuo, imperauit, omnia reſtituit,honorauit,& propagauit,

Religio quid ſit.

Hoc vitæ genus religio appellari cœpit; à relegendo, cuius ſectatores omnia

quæ

quæ ad Dei cultum pertinerent diligenter pertrectarent, & tanquam relegerẽt: vel potius, vt Auguſtino & Thomæ placet, à religando, quod Deo ſeſe quibuſdam peculiaribus charitatis officijs obligent, vt tanquam illigati ampliùs diſcedere non poſsint. Hoc enim aiunt religionem eſſe; ſtatũ ad Chriſtianã perfectionem tendentẽ, per tria vota, paupertatis, caſtitatis, obediẽtiæ alligatam, vt integrũ amplius non ſit in ea ceſſare. Eamq; virtutum moralium maximam & præſtantiſsimam eſſe conſtituunt: cuius flos ſit ſanctitas. Cùm proprium eius munus ſit: Mentem hominis ab omni labe purgatã, integrã & ſine macula Deo offerre, eamque, & omnes eius vires Deo conſecrare. *Hiero. Platus lib. 1. cap. 2. de dono religioſi ſtatus.*

Quod qui per Spiritus ſancti gratiam facere conantur, & votis iſtis Deo ſe conſecrant: Religioſi vocantur. Et quidem fratres: Diu enim ante Dauid pronuntiarat: Ecce quàm bonũ, & quàm iucundũ, habitare fratres in vnũ. Vbi Auguſtinus, ita, inquit, in vnũ viuunt, vt vnum hominem faciant, & ſit in illis, vt ſcriptum eſt: anima vna & cor vnũ, & multa quidem corpora, ſed non multa corda. Vtrumq; nomen, Religioſi, & fratrũ, ſororumúe, hactenus retinẽt: Vtinam omnes nomini ſuo per omnia ſemper reſponderent. *Act. 2.*

DE MONASTERIIS ET Cœnobijs.

CAPVT V.

Primi monachi in eremo & in montibus degebãt.

PRimi quidem ſolitariæ monaſticæq; vitæ poſt tempora Apoſtolorum ſectatores, cùm pauci adhuc in vrbibus Chriſtiani exiſterent, ab hominum turba ſeſe & colluuione ſegregabant: atque à cæterorum conſortio ſeiuncti, vt liberius philoſopharentur, quietam tacitamque vitã degerent, duriſſimè laborioſiſſimeque in montibus, & ſaltibus, atque ſpeluncis morabantur. Certas tamen viuendi leges, & peculiaria inſtituta monaſteriaque habebant, vt non modò ex Philone Iudæo colligitur, ſed Mariæ etiam Magdalenæ exemplo declaratur. Quæ cùm optimam humanæ vitæ partem eſſe ex ipſo Chriſto cognouiſſet, quæ in contemplando conſiſtit: in ſolitudinem ſe abdidiſſe reperitur. Quod infiniti religioſi viri & fœminæ imitabantur. Vnde Anachoretæ, Eremitæ, Heſycaſtæq; dicti fuerunt. Pulchrum eſt illud Hieronymi ad Paulinum: Si cupis eſſe quod diceris, monachus, id eſt ſolus, quid facis in vrbibus? quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum. Et ad Heliodorum: Interpretare vocabulum mona-

Repetit Gratianus c. Si cupis 16. q. 1.

monachi, hoc eſt nomen tuum, quid facis in turba qui ſolus es? Sed forſitan dicturus es: quicunq; in ciuitate ſunt, Chriſtiani non ſunt? Non eſt tibi eadem cauſſa, quæ cæteris Dominum auſculta dicentem: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia tua, & da pauperibus, & ſequere me. Rurſus ad Ruſticum monachum: Ioannes Baptiſta viuebat in eremo, & oculis deſiderantibus Chriſtum, nihil aliud dignabatur aſpicere. Filiosque prophetarum ædificaſſe ſibi caſulas ad fluenta Iordanis ait, vbi vrbibus derelictis ſoli habitarēt. Tu verò, inquit, quãdiu in patria tua es, habeto cellam pro paradiſo, varia ſcripturarum poma decerpe, his vtere delitijs, harum fruere complexu. Voloq; te varijs de cauſsis non habitare cum matre, & præcipuè, ne aut offerentem delicatos cibos renuendo contriſtes, aut ſi acceperis, oleum igni adijcias, & inter frequentiam puellarum per diem videas, quod nocte cogites. Elegantique gradatione ad Heliodorū ſcribens declarat & probat, *monachū perfectū in patria ſua eſſe non poſſe*. Vnde nō id ſolùm colligitur, quòd priores monachi in eremo habitarint, ſed nec illud quidē S. Hieronymo placuiſſe, vt cum parētibus atq; amicis Chriſtianis in vrbe permanerent.

Epiſtola 1. ad Heliodorum de vita eremitica.

Quod

Quod tunc aliquos tentaſſe apparet, quãdo Chriſtianiſmus incrementa capiebat, atque religio catholica in ipſis quoque vrbibus efflorescere incipiebat, vt parentes à filijs ægrè diuellerentur.

Iuſtinus quæſtion. 110.

Inſignis ille Philoſophus & Martyr Iuſtinus, multos pios viros vrbanos, optimasque fœminas, diu ante ſua tempora extitiſſe ſcribit, qui in deſertis locis Anachoretas monachosque quærerent, vitæ neceſſaria libenter ijs ſuppeditaturi. Re & nomine Magnus Baſilius: Si inſurgens praua cogitatio dicat: Quæ vtilitas eſt tibi huius in hoc loco conuerſationis? quid lucri fers ex ſeceſſu ac conſuetudine hominum? An non noſti à Deo conſtitutos Epiſcopos Eccleſiarum Dei, viros familiariter conuenientes, & ſpirituales conuentus indeſinenter celebrantes, in quibus maxima his qui accedunt, vtilitas oritur? Illic enim contingunt prouerbialium ænigmatum reuelationes, Apoſtolicorum dogmatum ſolutiones, euangelicarum ſententiarum enarrationes, Theologiæ auſcultatio, fratrũ ſpiritualium cõgreſſus, qui magnam ex ipſo faciei conſpectu vtilitatem accedentibus præbent. Tu autem à tantis bonis alienum teipſum feciſti, & deſides hic efferatus ad ſimilitudinem ferarum.

Baſil. epiſtola 181. ad Chilonem monachũ Iuniorem.

Vides

Vides enim hic ſolitudinem magnam, abalienationem ab hominibus non modicam, penuriam doctrinæ: alienationem fratrum, & ſpiritum ad mandata Dei magna ſocordia præditum. Cùm igitur talibus ac tantis te ſpecioſis prætextibus aggreſſa praua cogitatio, ſubuertere voluerit, oppone ipſi per piam meditationem, experientiam rei, dicens: Quandoquidem tu dicis mihi, bona ea quæ in vita ſunt eſſe, propterea ego huc tranſmigraui, indignum me ipſum cenſens mundi bonis, quibus admixta ſunt mala, imò potiùs exuperát mala. Quemadmodum modica aqua pura, à multa venti procella ac puluere diſsipatur: ſic quæ putamus nos bona in vita facere, à multitudine malorũ obruuntur. Quapropter ego tranſmigro in montes, ſicut paſſer, & velut paſſer liberatus ſum à laqueo venantium. In hac ſolitudine dego, ô mala cogitatio, in qua Dominus verſatus eſt, hic eſt quercus illa Mambre, hic ad cœlum ferens ſcala, hic Angelorum caſtra à Iacob conſpecta, hic ſolitudo, in qua populus purificatus legem accepit, & ſic in terra promiſsionis Deum vidit. Hic mons Carmelus, in quo Helias commorans, Deo complacuit. Hic campus in quo Eſdras, ſeceſſu facto, omnes

Monachi reſponſio contra argumenta eorum, qui illum ſeducere conantur à monaſterio.

Sulpitius lib. 1. de vita Conſtant.

Epiſcopo Turonenſi Seuerus Sulpitius, inſignis Rhetor, ſcriptum reliquit: quòd primò quidem Mediolani ſibi monaſterium ſtatuerit, etſi ab Auxentio Arriano inde fuerit deturbatus: deindè, poſtquā Turonenſis Epiſcopus creatus erat, adhærētem Eccleſiæ cellam habuerit, quapropter hominum inquietudinem, atq; moleſtias, relicta, longiùs ab vrbe monaſterium erexerit, tam ſecreto loco, vt eremi fortitudinem non deſideraret. Quodq; plurimi per Galliam idem fuerint imitati: vt apud cellam beati Martini magiſtri ſui monaſteria ſibi, aut qualiacunque receptacula facerent, vbi omnia ipſis eſſent communia, cibum omnes poſt horam ieiunij ſimul acciperent, vinoque, præter infirmos, abſtinerent, aliqui eorum camelorum ſetis induerentur, cùm mollior habitus pro crimine haberetur. Iuniores, ait, aliqua ſcripſiſſe, cùm ſeniores orationi vacarēt: & tot ſanctum Martinum miracula perpetraſſe, vt infinita hominum multitudo in Chriſtum crederet: Plurimisque Galliæ locis tam virorum quàm ſacrarum virginum monaſteria cernerentur. Et ex hoc genere ſacrorum hominum ſacerdotes illi fuerunt, qui bello in Aſia capti, atque in Europam perducti, Germanos noſtros, tem-

In Galliam & Germaniam quomodo monachiſmus peruenerit.

Sulpitius lib. 1. & 3.

tempore Conſtantini Imperatoris, doctrina, & miraculis, permouerunt, vt veram Chriſtianam religionem amplecterent.

Quoniam ergo tales viri tunc admirabiliter Eccleſiam Dei fulciebant: idcirco diabolus acerrimos illis & potentiſsimos hoſtes immiſit, qui tam neceſſarios in republica Chriſtiana viros impedirẽt, vexarent, & opprimere conarentur. Iulianus Imperator, ex tonſo monacho apoſtata, grauiſsimè eſt eos perſecutus; & Publiam centum ſacrarum virginũ præfectam cædi mandauit. Si initia repetamus, inquit Hieron. Platus procœmio librorum de bono ſtatus religioſi, Statim ac ſimul cum Chriſtiana fide, monaſtica etiam diſciplina propagari in mundo cępit: quod fuit aureo Conſtantini ſeculo, atq; ex illis latebris ac ſolitudine erumpere, in qua per trecẽtos eoſque ampliùs annos antea plenè delituerat: hoc obſeruare licuit, quoſcumque Dæmon ſceleris ſui adminiſtros nactus eſt ad Eccleſiã perturbandam, eoſdem etiam primùm ac pręcipuè in hanc quaſi Eccleſiæ arcem armaſſe atque incendiſſe. Atque eos quidem in duo genera diſtractos video. Alij enim potentia, imperio, armis religioſæ vitæ cultores opprimere conati ſunt:

Perſecutio monachorum.

Sozom. lib. 5. cap. 2.

Theodoretus lib. 3. cap. 19

alij, qui hoc non poterant, fallacijs, maledictis, doliſque fingendis, atque hæreſium erroribus diſſeminandis. Primum enim Iulianus, eò acerbior ac nocẽtior hoſtis, quò magis omnia noſtra interiora norat, non ille quidẽ ferro ac cęde religioſos homines afflixit: hoc quoq; matyrij dec*, vt ait Nazĭazenus, Chriſtianis inuidit, ſed quicquid citra ſanguinẽ ad eos vexandos, inſectandos, atque omnino delendos excogitare potuit, in id omnes ingenij ſui vires (quo non mediocriter valuiſſe dicitur) ſemper contulit.

Sozome. li. 5. c. 10. Niceph. lib. 10. cap. 9. Horrendum profectò eſt, quod de Syriæ habitatoribus ad Heliopolim & Arethuſam narrat Sozomenus: qualiter per ſummam impudentiam ſacras virgines, quæ in publicum prodire non ſolebant, nudas proſtituerint, pudendaſque corporis partes tonſas ſecuerint, & ad deuoranda illarum ſacra viſcera porcos prouocarint: qui famis impetu ad cibum, ſanctarum virginum vulneribus ſuperpoſitum ita ferebantur, vt humanam carnem ſimul miſerabiliter lacerarent.
Socrates li. 4. cap. 24. Cumque Valens Imperator Ægyptios lege affligi præcepiſſet, tunc vaſtabantur, & ſubuertebãtur omnia, alij ad tribunalia trahebãtur, alij conijciebãtur in carceres, alij aliter torquebãtur, variaq; ſupplicio-

rum

rum genera contra pijſsimos viros excogitata fuerũt. Quorum aliqui in exilium eiecti, crudeliſsimas gentes ad Chriſtianã religionem perduxerunt, vt contra hoſtium ſuorum volũtatem, Eccleſiæ Chriſtianæ prodeſſent. Qualiter Lucius eo tempore militarem expeditionem contra monachos, qui ſolitudinem incolebant, inſtituerit, & quomodo illi in exilium eiecti, plurimos ad Chriſtianam religionem produxerint, apud Sozomenum videre eſt. Sed ſemper vicit inuicta veritas, & quò magis religio per tyrannos, ſuaſore Diabolo, premebatur, tanto ſẽper adiutore Deo facta eſt florẽtior.

Theodoſius ſupra modum monachos honorauit, & ex Ioannis monachi Thebaidis, qui Spiritu ſancto plenus vir, res futuras prædicere poterat, conſilia pleraque tranſegit. Atque in tantum ſplendorem hoc vitæ genus excreuit, vt nobiliſsimi quique ad id ſeſe libenter conferrent. Nam Theodoſij iunioris ſoror Pulcheria, cùm virginitatem ſuã Deo conſecrauiſſet, ſorores quoque ſuas ad idẽ vitę genus inſtituit. Potentiſsimos Reges, & maximos Principes, atque viros nobiles hoc philoſophię cęleſtis ſtudio fuiſſe delectatos, omniũ gẽtiũ hiſtoriæ & annales teſtãtur. Cũ & perfectiſsimũ & iucũdiſsimum,

Sozom. lib. 7. cap. 22.

Sozom. lib. 9. ca. 1.

Vide Claud. Eſpenſeum li. 6. c. 3. de continentia.

mum, ipſique Deo gratiſsimum exiſtere perſpicerent.

Multi quoque Epiſcopi ad monachorum habitum deſcenderunt. Sed poſtquã aliqui eorum in Pontificali throno permanere nihilominus volebant, talis in ſynodo Conſtantinopolitana, quæ ſub Photio Patriarcha in templo Sophiæ celebrata eſt, canon promulgatus fuit: Vniuerſalis hæc ſynodus ſtatuit, vt ſi quis Epiſcopus, vel aliquis alius ex Pontificali dignitate voluerit ad vitam monaſticam deſcendere, & pœnitentię locum implere, ne amplius Antiſtitis dignitatem vſurpet. Monachorũ enim Profeſsiones, ſubiectiones, & diſcẽdi cupiditatis rationem habẽt, non autem doctrinæ aut primatus: nec alios paſcere, ſed ipſos paſci profitentur.

Videantur acta ſynodi vniuerſalis. 7. & vita Micetæ.

In Oreinte Leo Iſauricus contra SS. imagines atque ſacros monachos bellum ſuſcepit: eiuſdemque filius Conſtantinus Copronimus omnia cœnobia euertere ſtudebat, ſed morte abreptus perficere nequiuit. Irene autem ipſius vxor, quæ mortuo Conſtantino iuniore, filio ſuo, imperauit, omnia reſtituit, honorauit, & propagauit,

Religio quid ſit.

Hoc vitæ genus religio appellari cœpit; à relegendo, cuius ſectatores omnia quæ

quæ ad Dei cultum pertinerent diligenter pertrectarent, & tanquam relegerẽt: vel potius, vt Auguſtino & Thomæ placet, à religando, quod Deo ſeſe quibuſdam peculiaribus charitatis officijs obligent, vt tanquam illigati ampliùs diſcedere non poſsint. Hoc enim aiunt religionem eſſe; ſtatũ ad Chriſtianã perfectionem tendentẽ, per tria vota, paupertatis, caſtitatis, obediẽtiæ alligatam, vt integrũ amplius non ſit in ea ceſſare. Eamq; virtutum moralium maximam & præſtantiſsimam eſſe conſtituunt: cuius flos ſit ſanctitas. Cùm proprium eius munus ſit: Mentem hominis ab omni labe purgatã, integrã & ſine macula Deo offerre, eamque, & omnes eius vires Deo conſecrare. *Hiero. Platus lib. 1. cap. 2. de dono religioſi ſtatus.*

Quod qui per Spiritus ſancti gratiam facere conantur, & votis iſtis Deo ſe conſecrant: Religioſi vocantur. Et quidem fratres: Diu enim ante Dauid pronuntiarat: Ecce quàm bonũ, & quàm iucundũ, habitare fratres in vnũ. Vbi Auguſtinus, ita, inquit, in vnũ viuunt, vt vnum hominem faciant, & ſit in illis, vt ſcriptum eſt: anima vna & cor vnũ, & multa quidem corpora, ſed non multa corda. Vtrumq; nomen, Religioſi, & fratrũ, ſororumúe, hactenus retinẽt: Vtinam omnes nomini ſuo per omnia ſemper reſponderent. *Act. 2.*

DE MONASTERIIS ET *Cœnobijs.*

CAPVT V.

Primi monachi in eremo & in montibus degebāt.

PRimi quidem ſolitariæ monaſticæq́; vitæ poſt tempora Apoſtolorum ſectatores, cùm pauci adhuc in vrbibus Chriſtiani exiſterent, ab hominum turba ſeſe & colluuione ſegregabant: atque à cæterorum conſortio ſeiuncti, vt liberius philoſopharentur, quietam tacitamq́ue vitā degerent, durißimè laborioſißimeque in montibus, & ſaltibus, atque ſpeluncis morabantur. Certas tamen viuendi leges, & peculiaria inſtituta monaſteriaque habebant, vt non modò ex Philone Iudæo colligitur, ſed Mariæ etiam Magdalenæ exemplo declaratur. Quæ cùm optimam humanæ vitæ partem eſſe ex ipſo Chriſto cognouiſſet, quæ in contemplando conſiſtit: in ſolitudinem ſe abdidiſſe reperitur. Quod infiniti religioſi viri & fœminæ imitabantur. Vnde Anachoretæ, Eremitæ, Heſycaſtæq́; dicti fuerunt. Pulchrum eſt illud Hieronymi ad Paulinum: Si cupis eſſe quod diceris, monachus, id eſt ſolus, quid facis in vrbibus? quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum. Et ad Heliodorum: Interpretare vocabulum

Repetit Gratianus c. Si cupis 16. q. 1.

mona-

monachi, hoc eſt nomen tuum, quid facis in turba qui ſolus es? Sed forſitan dicturus es: quicunq; in ciuitate ſunt, Chriſtiani non ſunt? Non eſt tibi eadem cauſſa, quæ cæteris Dominum auſculta dicentem: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia tua, & da pauperibus, & ſequere me. Rurſus ad Ruſticum monachum: Ioannes Baptiſta viuebat in eremo, & oculis deſiderantibus Chriſtum, nihil aliud dignabatur aſpicere. Filioſque prophetarum ædificaſſe ſibi caſulas ad fluenta Iordanis ait, vbi vrbibus derelictis ſoli habitarēt. Tu verò, inquit, quādiu in patria tua es, habeto cellam pro paradiſo, varia ſcripturarum poma decerpe, his vtere delitijs, harum fruere complexu. Voloq; te varijs de cauſſis non habitare cum matre, & præcipuè, ne aut offerentem delicatos cibos renuendo contriſtes, aut ſi acceperis, oleum igni adijcias, & inter frequentiam puellarum per diem videas, quod nocte cogites. Elegantique gradatione ad Heliodorū ſcribens declarat & probat, *monachū perfectū in patria ſua eſſe non poſſe*. Vnde nō id ſolùm colligitur, quòd priores monachi in eremo habitarint, ſed nec illud quidē S. Hieronymo placuiſſe, vt cum parētibus atq; amicis Chriſtianis in vrbe permanerent.

Epiſtola 1. ad Heliodorum de vita eremitica.

Quod

Vides enim hic ſolitudinem magnam, abalienationem ab hominibus non modicam, penuriam doctrinæ: alienationem fratrum, & ſpiritum ad mandata Dei magna ſocordia præditum. Cùm igitur talibus ac tantis te ſpecioſis prætextibus aggreſſa praua cogitatio, ſubuertere voluerit, oppone ipſi per piam meditationem, experientiam rei, dicens: Quandoquidem tu dicis mihi, bona ea quæ in vita ſunt eſſe, propterea ego huc tranſmigraui, indignum me ipſum cenſens mundi bonis, quibus admixta ſunt mala, imò potiùs exuperat mala. Quemadmodum modica aqua pura, à multa venti procella ac puluere diſsipatur: ſic quæ putamus nos bona in vita facere, à multitudine malorũ obruuntur. Quapropter ego tranſmigro in montes, ſicut paſſer, & velut paſſer liberatus ſum à laqueo venantium. In hac ſolitudine dego, ô mala cogitatio, in qua Dominus verſatus eſt, hic eſt quercus illa Mambre, hic ad cœlum ferens ſcala, hic Angelorum caſtra à Iacob conſpecta, hic ſolitudo, in qua populus purificatus legem accepit, & ſic in terra promiſsionis Deum vidit. Hic mons Carmelus, in quo Helias commorans, Deo complacuit. Hic campus in quo Eſdras, ſeceſſu facto, omnes

Monachi reſponſio contra argumenta eorum, qui illum ſeducere conantur à monaſterio.

Ezdra l.4, citatur à Baſilio.

nes diuinos libros ex mandato Dei eructauit. Hic ſolitudo in qua Ioannes locuſtas edens hominibus pœnitentiam prædicauit. Hic mons oliuarum, in quem Chriſtus aſcendit, & orauit, noſque ſimiliter orare docuit. Hic Chriſtus ille ſolitudinis amator. Ait enim: *Vbi duo ſunt aut tres congregati in nomine meo, illic ſum in medio ipſorum.* Hic arcta illa & anguſta via, quæ ducit ad vitam. Hic doctores & prophetæ, qui in ſolitudinibus errant, ac montibus ſpeluncíſque & foraminibus terræ. Hic Apoſtoli & Euangeliſtæ, & monachorum remota ab vrbibus vita. Hęc itaque voluntariè ſuſcepi, vt accipiā, quæ martyribus ac teſtibus Chriſti, alijſque ſanctis promiſſa ſunt, vt citra mendacium dicam: *Propter ſermones labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras.* Noui enim Deo charum Abraham, voci Dei credidiſſe, & in ſolitudinem commigraſſe: Iacob Patriarcham extra patriam apud peregrinos vixiſſe: Ioſeph temperantem illum diuenditum fuiſſe, continentiæ repertores pueros tres in igne pugnaſſe. Rurſus ad Nazianzenum: Reliqui vrbis conuerſationes, velut infinitorum malorum occaſiones. Aureum orationis flumen Ioannes Chryſoſtomus: Cum maiore, inquit, libertate, dilectiſsimi, ho-

Chryſoſtomus epiſtola 1.

dię

diè vos alloqui volo, ſed ſuſtinete, vt diſcatis, quòd hæc monachorũ vita, & crucifixorũ, quæ grauis eſſe putatur & oneroſa, hac, quæ facilis & mollior eſſe videtur, multò dulcior eſt atque concupiſcibilior. Et huius vos ipſi teſtes, qui frequenter in ærumnis & mœroribus poſiti, beatos vocatis, qui in montibus atque ſpeluncis habitantes coniugium non attigerunt, & vitam degunt tranquillam. Fora fugientes, & ciuitates, & medios tumultus, in montibus vitam elegerunt, cum præſenti nihil commune habentem, nihil ſuſtinentem humanum, non ſecularem triſtitiam, non dolorem, non curam tantam, non pericula, non inſidias, non inuidiam, non Zelotipiam, non abſurdos amores, non aliud quicquam huiuſmodi. Hic iam quæ ſunt regni meditantur, in ſaltibus conuerſantes, & montibus, & ſpeluncis, & quiete ac ſolitudine multa, & ſuper hæc omnia, cum Deo: & ab omni quidem ijs munda tumultu domuncula: omni verò vitio ac morbo libera anima, ſubtilis & leuis, & aere ſubtiliſsimo longè purior.

Sanctorũ præterea tabernacula vocat montes & ſaltus. Singulosq́ue proprium habitaculum habuiſſe indicat, quo poſt ora- *Homilia 58. & 59. ad populũ Antioch.*

orationes philoſopharētur. Raphaël quoque Volaterranus: Anachoretas, ait, Græci, nos nouo nomine Eremitas vocamus. Hi ſunt qui ab initio, quaſi pullulantis fidei germina, primùm in Indiæ, Aegypti, Syriæque deſertis, (vbi mitius ad laborū tolerantiam cælum eſt) prodiêre. Si quādo gregatim agerent, monachi etiam appellati, nullo adhuc certo ritu, tantùm duriter victitando, & manibus ſeſe exercendo; tum vni obtemperando aſcetæ fuerant. Hermius Sozomenus de Syriæ & Perſiæ monachis loquens: hos, inquit, nominabant etiam greges, quòd nec domicilia habentes, nec pane, nec obſonijs veſcentes, neque vinum bibētes, ſed mōtanis locis immorantes, Deum indeſinenter precationibus & hymnis, ſecundùm Eccleſiæ conſuetudinem, laudabant: & cùm edendi tempus eſſet, inſtar paſcentium, falce quiſque accepta, montem circumibant, & herbis paſcebantur.

Volaterra. li. 21. anthrop.

Sozome. li. 6. c. 33. Niceph. lib. 11. ca. 40.

Herbis mōtiū veſcebantur.

Ioannem illum Eremitam celeberrimum, qui non minùs quàm olim Prophetæ futura prædicere, & grauiſsimos morbos curare poterat, à iuuentute ſemper in ſolitudinibus verſatum, herbis, radicibusque, & aqua, pro cibo & potu vſum fuiſſe refert. Eliam verò annos ſeptuaginta in ſolitudine ſolum permanſiſſe.

Sozome. li. 6. cap. 28.

Nicephor. lib. 11. cap. 41.

ſe. Acepſimas in tuguriolo incluſus ſexaginta annos ita vixit, vt neque conſpiceret, neque alloqueretur quenquam. Didymus etſi ad nonageſimũ annum ſuperuixit, nulli tamẽ hominum cohabitauit.

Theodor. lib. 4. cap. 28. Niceph. lib. 11. cap. 37.

Euagrius ſcriptum reliquit, quod Eudocia Imperatrix, cùm in Palęſtinam veniſſet, duplex monachorum genus repererit, quorum alterum gregatim viueret, omniaque haberet communia, alterum verò huiuſmodi vitæ regulam haberet, vt ſolos domicilijs ſeſe includerẽt, tam anguſtis atque humilibus, vt neque corpora ſua erigere, neq; iacere commodè in ijs poſſent, quidam cum beſtijs degẽtes, obſcuris quibuſdã latebris abditi, Deum ardentiſsimè precarentur. Apertũ ergo nunc eſt, quod priores monachi in eremo ferè vixerint. Vbi tamen plerique ædiculas, & monaſteria non admodùm longè diſtantia habebãt, quando illi qui maiores in hoc pietatis ſtudio progreſſus fecerãt, & ad perfectiorẽ ſanctimoniã excreuerant, ſoli in eremo latebris ignotis verſabãtur. Quod enim à tẽporibus ſancti Antonij monaſteria habuerint, quibus viri clariſsimi prę̃eſſent, ſcribit Sozomenus. Qui & Ioannem illum egregium Anachoretam in Thebaide multis monaſterijs præfuiſſe refert. Vbi & Apollos

Euagr. hiſt. eccleſiaſtice lib. 1. cap. 21.

Sozomenus lib. 1. ca. 21.

Sozome. li 6. hiſt. cap. 30. Idem caq. 28. & 29.

 pluri-

plurimorum monachorum moderator erat.

D. quoque Hieronymus, in epitaphio Neopotiani narrat, quòd is ſemper concupiuerit, Ægypti monaſteria inuiſere; vehementerque felicem extitiſſe probat, quòd mortuus fuerit, antequam tot monaſteria capi atq; euerti conſpiceret. In Epitaphio Paulæ teſtatur, quod multa monachorum millia in Aegypto fuerint, quorum ſinguli peculiarem cellulam haberẽt. Ad Demetriadem verò ſcribit, virginum quoque monaſteria tunc fuiſſe. In illo libro, quẽ de cuſtodia virginitatis ad Euſtochium conſcripſit, quinque monachorum millia in eodem loco diuerſis cellulis habitaſſe ait. Nec Anachoretus tã-tùm iſto tempore floruiſſe dicit, qui ſoli in deſerto habitarent, ſed cœnobitas etiã aliquos fuiſſe appellatos, quos ipſe in commune viuentes interpretatur. Hi diuiſi, inquit, ſunt per decurias, atque centurias, ita vt nouem hominibus, decimus præſit: & rurſus decem Præpoſitos ſub ſe centeſimus habeat. Manent ſeparati, ſed iunctis cellulis. Addit prætereà tertium monachorum genus, quorum bini, vel terni, nec multo plures ſimul in ciuitatibus atque caſtellis habitarent. Multique eo tempore dubitabãt, vtrum melius

Virginum monaſteria tunc fuiſſe teſtatur Hiero. & Ambroſius confirmat, epiſtola 64. & in pſal. 36.

liùs eſſet eorum inſtitutum, qui ſoli, an qui ſimul viuebant: ipſe quidem priorē illam vitam perfectionem eſſe fatetur, ſed periculoſam fore tyronibus, præſertim fœminis, inclamat. Ac ſupra modum his profuturum arbitratur, ſi ſub obediētia viuentes, alias atque alias virtutes, à reliquis fratribus, ſororibusque diſcant. Imò apertè prohibet, ne quis à fratrū contubernio, ſtatim in ſolitudinem egrediatur, antequam cum ijs tam euaſerit perfectus, vt diaboli fraudes doloſque non reformidet. Tempore D. Ambroſij virginum monaſteria fuiſſe, indicat epiſtola 64. & in Pſalm. 36.

Hieronymus ad Demetriadē & ad Ruſticum.

Ad Ruſtic.

Poſteriores monachi ſeueritatē & ſolitudinem priorum nō obſeruarunt: quia traditioni illi nō erant aſſueti, tum etiam quod cæli inclementia ea non patiebatur, ideoque in vrbibus habitarunt. Sozomenus lib. 6. cap. 34.

Pachomio Angelus quidam imperauit, vt domicilia monachis extrueret, in quibus terni habitarent, atque ad numerum Græcarū literarū in viginti quatuor ordines diſtingueret, ſingulisq; ordinibus, pro vitę & morū diuerſitate nomina imponeret. Ad Nitriā olim quinquaginta inter ſe vicina monaſteria fuêre, quibus alij coniunctim alij ſeparatim habitarent:

Niceph. li. 9. cap. 14.

Sozomenus lib. 6. ca. 31. Niceph. li. 11. cap. 38.

ad interiorem verè ſolitudinem infinità quidem monachorum habebãtur domicilia, quorum vnumquodque tam erat ab alijs ſeparatum, vt nec videre inuicem, nec audire poſſent. Die Dominico ſimul oraturi conueniebant: ſi non venirent, perſpicuum erat, quod contra animi ſententiam abeſſent, quocirca omnes quidē, ſed non vno tempore, accurrebant, quod cuique ad manum erat remedium allaturi: vt hactenus Carthuſianorum mos eſt.

S. Sulpitius l. 3. de vita S. Martini.

Seuerus Sulpitius memoriæ prodidit, quod in vaſta eremo ad Nilum Aegypti, multa fuerint monaſteria, habitarintque vno in loco centeni, ſub imperio vnius Abbatis: quorum aliqui maiorem virtutem mente concipientes vitamque ſolitariam acturi, in eremum ſeſe contulerint, ſed non niſi permittēte hoc Abbate: Is enim panem ijs aut qualemcunque cibum in eremum tranſmittebat. Plurimos etiam in eremo habitaſſe ſcribit ſine vllis ædiculis, ſiue receptaculis, nec vno certo loco conſiſtere, ne ab hominibus frequētarentur, ſed radicibus herbarum victitantes, ibi ſedes recepiſſe, vbi nox cogeret, vnde & Anachoretæ fuerint appellati.

lib. 1. de vita S. Martini.

Sanctum quoque Martinum ait duobus ferè millibus ab eccleſia ſua Turonenſi,

nenſi,ſecreto loco,ſibi monaſterium extruxiſſe,cellulamque ex lignis contextã, vbi octoginta diſcipulos habuerit,qui ſaxo montis cauato ſuperiecto,receptacula ſibi fecerant. De Ephigenia Aethyopũ regina narrat Abdias, quod cum ſuis virginibus,quas Matthæus apoſtolus conſecrarat,in prætorio habitarit. Ad hæc Nazianzenus in monodia Baſilij Magni, in Põti ſolitudinibus cœnobia ſuo tempore fuiſſe probat.Paulatim tamẽ, propter aẽris inclementiam,in Ponto,Cappadocia, Gallatia,cęteriſque frigidioribus locis,in vrbes migrauerũt,& ſimul per contubernia habitarũt.Quidam per vrbes & vicos Chriſtianam religionem docebant,vt de Zeugmatio ſcribit Nicephorus Calixtus. Paulatimq; vrbes talibus pijs viris abundauerunt. Haud pauci in domo parentum vitam cœlibem caſtamque retinebant:vt de Irenæi magni Spiridonis filia, Ruffinus & Socrates ſcriptum reliquerunt.Tandem Baſilius Magnus diſciplinam inſtituit, qua monachorum inſtitutum minimè vagaretur atque fluctuaret,ſed eſſet ſemper vnica religionis forma deuinctum. Quod his verbis in Monodia ipſius indicat Nazianzenus: *Vt autem non ſolũ ſibi, ſed & alijs quoq; proficeret, primus cœnobia excogitauit ri-*

Abdias Babylonius l.7.hiſtoriæ apoſtolicæ.

Ex monachis factica nobilita in vrbibus.

Sozom.l.6.c.34.Niceph.l.11.ca.41.

Ruffinus l.1.c.5.Socrates li.1.ca.12.

Baſilius certã formã religioſæ vitæ introduxit, & primus cœnobia in vrbibus excogitauit.

quum atque agreſtem ad ordinem quendam, formulamque religioni propiorẽ, reduxit. Cùm enim animaduertiſſet eos, qui in communi vita, hoc eſt, inter alios mixtim agunt, monaſticam licet abſtinentiam ſeruent, alijs quidem vtiles, ſibi verò nequaquã exiſtere, cum in multis eos neceſſe ſit verſari malis; quæ vitæ quietæ perfectæque contraria videntur: eos verò qui in ſolitudine procul ab alijs agunt, firmiores ſanè propoſito, magiſque Deo coniunctos quam ſuperiores vidit, attamen ſibi tantum vtiles, cùm rerum experientiam nequaquam teneant, nec cum alijs commerciũ vllum habeant; vtrumque vitę genus cõiungere conatus eſt. Quamobrem monachorum cœnobia, haud procul ab ijs, qui in hominum ſocietate viuunt, ædificari iuſsit, nec omninò ſeparauit: vt & propinquitate, cum opus charitatis expoſceret, adeſſe valerẽt, diſsiti alioqui proprijs terminis, ne quies eorum aut pax interrumpi per multitudinẽ poſſet: nec ipſi monachi actionis merito, quod ex impendenda alijs pietate eſſet, priuarentur, neque rurſus eorum actio per tumultus inutilis efficeretur. Vt alter alterum hoc modo iuuare poſſet, & monachorum vita per conuerſationem eorum,

Confirmant hãc rem Car. Tapias, ad auth. Ingreſſi de ſacroſ. eccleſ. & P. Hiero. Platus li. 2. c. 22. de bono ſtatu religioſi.

Effecit Baſilius vt & monachi & cœnobitæ haberentur.

eorum, qui in communi agunt, pia fieret; & ipſi ex monachis quietem, conſtantiã, ſapientiam, contemplationem ediſcerent, quemadmodum tellus & pontus inuicem ſe iuuant ac ſuſcipiũt. Hactenus Theologus, quæ Volaterranus, cæterique recentiores ſcriptores confirmant. Quod in oriente fecerat Baſilius, hoc in occidente præſtitit Benedictus Nurſinus, teſte Polidoro, Vergilio, lib. 7. de Inuentoribus rerum cap. ſecundo, & Trithemius de ſcriptoribus eccleſiaſt. in Benedicto.

Vtrumq; diſertis verbis in Theodoſiano Codice expreſſum habetur. Valentinianus, Theodo. Archad. Tatiano PP. Quicunq; ſub profeſsione monachi reperiuntur, deſerta loca, & vaſtas ſolitudines ſequi atquè habitare iubeantur. Ijdem Aaa. ad eundem: Monachos quibus interdictæ fuerunt ciuitates, dum iudiciarijs agũtur iniurijs, in priſtinum ſtatũ, ſubmota hac lege, eſſe præcipimus: antiquata ſiquidem noſtræ clementię iuſsione, liberos in oppida ijs largimur ingreſſus. *Lib. 1. Theodoſiani Codicis tit. de monachis.*

Interrogatus aliquando Baſilius, expediretne ſeorſim viuere, an cum fratribus, qui eandem pietatem, idemq; religionis ſtudium ſectarentur, reſpondit: *Expediat ne ſeorſim an cũ alijs degere?*

mum,ipſique Deo gratiſsimum exiſtere perſpicerent.

Multi quoqueEpiſcopi ad monachorum habitum deſcenderunt.Sed poſtquã aliqui eorum in Pontificali throno permanere nihilominus volebant, talis in ſynodo Conſtantinopolitana, quæ ſub Photio Patriarcha in templo Sophiæ celebrata eſt, canon promulgatus fuit: Vniuerſalis hæc ſynodus ſtatuit, vt ſi quis Epiſcopus,vel aliquis alius exPontificali dignitate voluerit ad vitam monaſticam deſcendere,& pœnitentię locum implere, ne amplius Antiſtitis dignitatem vſurpet. Monachorũ enim Profeſsiones, ſubiectiones,& diſcẽdi cupiditatis rationem habẽt, non autem doctrinæ aut primatus: nec alios paſcere, ſed ipſos paſci profitentur.

Videantur acta ſynodi vniuerſalis. 7. & vita Micetæ.

In Oreinte Leo Iſauricus contra SS. imagines atque ſacros monachos bellum ſuſcepit: eiuſdemque filius Conſtantinus Copronimus omnia cœnobia euertere ſtudebat, ſed morte abreptus perficere nequiuit. Irene autem ipſius vxor, quæ mortuo Conſtantino iuniore, filio ſuo, imperauit, omnia reſtituit, honorauit,& propagauit,

Religio quid ſit.

Hoc vitæ genus religio appellari cœpit; à relegendo, cuius ſectatores omnia

quæ

quæ ad Dei cultum pertinerent diligenter pertrectarent, & tanquam relegerēt: vel potius, vt Auguſtino & Thomæ placet, à religando, quod Deo ſeſe quibuſdam peculiaribus charitatis officijs obligent, vt tanquam illigati ampliùs diſcedere non poſsint. Hoc enim aiunt religionem eſſe; ſtatū ad Chriſtianā perfectionem tendentē, per tria vota, paupertatis, caſtitatis, obediētiæ alligatam, vt integrū amplius non ſit in ea ceſſare. Eamq; virtutum moralium maximam & præſtantiſsimam eſſe conſtituunt: cuius flos ſit ſanctitas. Cùm proprium eius munus ſit: Mentem hominis ab omni labe purgatā, integrā & ſine macula Deo offerre, eamque, & omnes eius vires Deo conſecrare. *Hiero. Platus lib. 1. cap. 2. de dono religioſi ſtatus.*

Quod qui per Spiritus ſancti gratiam facere conantur, & votis iſtis Deo ſe conſecrant: Religioſi vocantur. Et quidem fratres: Diu enim ante Dauid pronuntiarat: Ecce quàm bonū, & quàm iucundū, habitare fratres in vnū. Vbi Auguſtinus, ita, inquit, in vnū viuunt, vt vnum hominem faciant, & ſit in illis, vt ſcriptum eſt: anima vna & cor vnū, & multa quidem corpora, ſed non multa corda. Vtrumq; nomen, Religioſi, & fratrū, ſororumúe, hactenus retinēt: Vtinam omnes nomini ſuo per omnia ſemper reſponderent. *Act. 2.*

DE MONASTERIIS ET *Cœnobijs.*

CAPVT V.

Primi monachi in eremo & in montibus degebãt.

PRimi quidem ſolitariæ monaſticæq; vitæ poſt tempora Apoſtolorum ſectatores, cùm pauci adhuc in vrbibus Chriſtiani exiſterent, ab hominum turba ſeſe & colluuione ſegregabant: atque à cæterorum conſortio ſeiuncti, vt liberius philoſopharentur, quietam tacitamque vitã degerent, duriſsimè laborioſiſſimeque in montibus, & ſaltibus, atque ſpeluncis morabantur. Certas tamen viuendi leges, & peculiaria inſtituta monaſteriaque habebant, vt non modò ex Philone Iudæo colligitur, ſed Mariæ etiam Magdalenæ exemplo declaratur. Quæ cùm optimam humanæ vitæ partem eſſe ex ipſo Chriſto cognouiſſet, quæ in contemplando conſiſtit: in ſolitudinem ſe abdidiſſe reperitur. Quod infiniti religioſi viri & fœminæ imitabantur. Vnde. Anachoretæ, Eremitæ, Heſycaſtæq; dicti fuerunt. Pulchrum eſt illud Hieronymi ad Paulinum: Si cupis eſſe quod diceris, monachus, id eſt ſolus, quid facis in vrbibus? quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum. Et ad Heliodorum: Interpretare vocabulum

Repetit Gratianus c. Si cupis 16. q. 1.

mona-

monachi, hoc eſt nomen tuum, quid facis in turba qui ſolus es? Sed forſitan dicturus es: quicunq; in ciuitate ſunt, Chriſtiani non ſunt? Non eſt tibi eadem cauſſa, quæ cæteris Dominum auſculta dicentem: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia tua, & da pauperibus, & ſequere me. Rurſus ad Ruſticum monachum: Ioannes Baptiſta viuebat in eremo, & oculis deſiderantibus Chriſtum, nihil aliud dignabatur aſpicere. Filiosque prophetarũ ædificaſſe ſibi caſulas ad fluenta Iordanis ait, vbi vrbibus derelictis ſoli habitarẽt. Tu verò, inquit, quãdiu in patria tua es, habeto cellam pro paradiſo, varia ſcripturarum poma decerpe, his vtere delitijs, harum fruere complexu. Voloq; te varijs de cauſsis non habitare cum matre, & præcipuè, ne aut offerentem delicatos cibos renuendo contriſtes, aut ſi acceperis, oleum igni adijcias, & inter frequentiam puellarum per diem videas, quod nocte cogites. Elegantique gradatione ad Heliodorũ ſcribens declarat & probat, *monachũ perfectũ in patria ſua eſſe non poſſe*. Vnde nõ id ſolùm colligitur, quòd priores monachi in eremo habitarint, ſed nec illud quidẽ S. Hieronymo placuiſſe, vt cum parẽtibus atq; amicis Chriſtianis in vrbe permanerent. *Epiſtola 1. ad Heliodorum, de vita eremitica.*

Quod

Vides enim hic ſolitudinem magnam, abalienationem ab hominibus non modicam, penuriam doctrinæ: alienationem fratrum, & ſpiritum ad mandata Dei magna ſocordia præditum. Cùm igitur talibus ac tantis te ſpecioſis prætextibus aggreſſa praua cogitatio, ſubuertere voluerit, oppone ipſi per piam meditationem, experientiam rei, dicens: Quandoquidem tu dicis mihi, bona ea quæ in vita ſunt eſſe, propterea ego huc tranſmigraui, indignum me ipſum cenſens mundi bonis, quibus admixta ſunt mala, imò potiùs exuperât mala. Quemadmodum modica aqua pura, à multa venti procella ac puluere diſsipatur: ſic quæ putamus nos bona in vita facere, à multitudine malorũ obruuntur. Quapropter ego tranſmigro in montes, ſicut paſſer, & velut paſſer liberatus ſum à laqueo venantium. In hac ſolitudine dego, ô mala cogitatio, in qua Dominus verſatus eſt, hic eſt quercus illa Mambre, hic ad cœlum ferens ſcala, hic Angelorum caſtra à Iacob conſpecta, hic ſolitudo, in qua populus purificatus legem acce-pit, & ſic in terra promiſsionis Deum vidit. Hic mons Carmelus, in quo Helias commorans, Deo complacuit. Hic campus in quo Eſdras, ſeceſſu facto, omnes

Monachi reſponſio contra argumenta eorum, qui illum ſeducere conantur à monaſterio.

Ezdra l. 4, citátur à Baſilio.

nes diuinos libros ex mandato Dei eru-ctauit. Hic ſolitudo in qua Ioannes locu-ſtas edens hominibus pœnitentiam præ-dicauit. Hic mons oliuarum, in quem Chriſtus aſcendit, & orauit, noſque ſimi-liter orare docuit. Hic Chriſtus ille ſoli-tudinis amator. Ait enim: *Vbi duo ſunt aut tres congregati in nomine meo, illic ſum in me-dio ipſorum.* Hic arcta illa & anguſta via, quæ ducit ad vitam. Hic doctores & pro-phetæ, qui in ſolitudinibus errant, ac montibus ſpeluncíſque & foraminibus terræ. Hic Apoſtoli & Euangeliſtæ, & monachorum remota ab vrbibus vita. Hęc itaque voluntariè ſuſcepi, vt accipiā, quæ martyribus ac teſtibus Chriſti, alijſ-que ſanctis promiſſa ſunt, vt citra men-dacium dicam: *Propter ſermones labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras.* Noui enim Deo charum Abraham, voci Dei credi-diſſe, & in ſolitudinem commigraſſe: Ia-cob Patriarcham extra patriam apud pe-regrinos vixiſſe: Ioſeph temperantem il-lum diuenditum fuiſſe, continentiæ re-pertores pueros tres in igne pugnaſſe.

Chryſoſtomus epiſtola 1.

Rurſus ad Nazianzenum: Reliqui vrbis conuerſationes, velut infinitorum ma-lorum occaſiones; Aureum orationis flumen Ioannes Chryſoſtomus: Cum maiore, inquit, libertate, dilectiſsimi, ho-

die

diè vos alloqui volo, ſed ſuſtinete, vt diſcatis, quòd hæc monachorũ vita, & crucifixorũ, quæ grauis eſſe putatur & onerosa, hac, quæ facilis & mollior eſſe videtur, multò dulcior eſt atque concupiſcibilior. Et huius vos ipſi teſtes, qui frequenter in ærumnis & mœroribus poſiti, beatos vocatis, qui in montibus atque ſpeluncis habitantes coniugium non attigerunt, & vitam degunt tranquillam. Fora fugientes, & ciuitates, & medios tumultus, in montibus vitam elegerunt, cum præſenti nihil commune habentem, nihil ſuſtinentem humanum, non ſecularem triſtitiam, non dolorem, non curam tantam, non pericula, non inſidias, non inuidiam, non Zelotipiam, non abſurdos amores, non aliud quicquam huiuſmodi. Hic iam quæ ſunt regni meditantur, in ſaltibus conuerſantes, & montibus, & ſpeluncis, & quiete ac ſolitudine multa, & ſuper hæc omnia, cum Deo: & ab omni quidem ijs munda tumultu domuncula: omni verò vitio ac morbo libera anima, ſubtilis & leuis, & aere ſubtiliſsimo longè purior.

Sanctorũ præterea tabernacula vocat montes & ſaltus. Singulosque proprium habitaculum habuiſſe indicat, quo poſt ora- *Homilia 58. & 59. ad populũ Antioch.*

ſe. Acepſimas in tuguriolo incluſus ſexaginta annos ita vixit, vt neque conſpiceret, neque alloqueretur quenquam. Didymus etſi ad nonageſimũ annum ſuperuixit, nulli tamẽ hominum cohabitauit.

Theodor. lib. 4. cap. 28. Niceph. lib. 11. cap. 37.

Euagrius ſcriptum reliquit, quod Eudocia Imperatrix, cùm in Palęſtinam veniſſet, duplex monachorum genus repererit, quorum alterum gregatim viueret, omniaque haberet communia, alterum verò huiuſmodi vitæ regulam haberet, vt ſolos domicilijs ſeſe includerẽt, tam anguſtis atque humilibus, vt neque corpora ſua erigere, neq; iacere commodè in ijs poſſent, quidam cum beſtijs degẽtes, obſcuris quibuſdã latebris abditi, Deum ardentiſsimè precarentur. Apertũ ergo nunc eſt, quod priores monachi in eremo ferè vixerint. Vbi tamen plerique ædiculas, & monaſteria non admodùm longè diſtantia habebãt, quando illi qui maiores in hoc pietatis ſtudio progreſſus fecerãt, & ad perfectiorẽ ſanctimoniã excreuerant, ſoli in eremo latebris ignotis verſabãtur. Quod enim à tẽporibus ſancti Antonij monaſteria habuerint, quibus viri clariſsimi prǽeſſent, ſcribit Sozomenus. Qui & Ioannem illum egregium Anachoretam in Thebaide multis monaſterijs præfuiſſe refert. Vbi & Apollos

Euagr. hiſt. eccleſiaſtice lib. 1. cap. 21.

Sozomenus lib. 1. ca. 21.

Sozome. li 6. hiſt. cap. 30. Idem cap. 28. & 29.

F pluri-

plurimorum monachorum moderator erat.

D. quoque Hieronymus, in epitaphio Neopotiani narrat, quòd is ſemper concupiuerit, Ægypti monaſteria inuiſere; vehementerque felicem extitiſſe probat, quòd mortuus fuerit, antequam tot monaſteria capi atq; euerti conſpiceret. In Epitaphio Paulæ teſtatur, quod multa monachorum millia in Aegypto fuerint, quorum ſinguli peculiarem cellulam haberẽt. Ad Demetriadem verò ſcribit, virginum quoque monaſteria tunc fuiſſe. In illo libro, quẽ de cuſtodia virginitatis ad Euſtochium conſcripſit, quinque monachorum millia in eodem loco diuerſis cellulis habitaſſe ait. Nec Anachoretus tãtùm iſto tempore floruiſſe dicit, qui ſoli in deſerto habitarent, ſed cœnobitas etiã aliquos fuiſſe appellatos, quos ipſe in commune viuentes interpretatur. Hi diuiſi, inquit, ſunt per decurias, atque centurias, ita vt nouem hominibus, decimus præſit: & rurſus decem Præpoſitos ſub ſe centeſimus habeat. Manent ſeparati, ſed iunctis cellulis. Addit prætereà tertium monachorum genus, quorum bini, vel terni, nec multo plures ſimul in ciuitatibus atque caſtellis habitarent. Multique eo tempore dubitabãt, vtrum melius

Virginum monaſteria tunc fuiſſe teſtatur Hiero. & Ambroſius confirmat, epiſtola 64. & in pſal. 56.

liùs eſſet eorum inſtitutum, qui ſoli, an qui ſimul viuebant: ipſe quidem priorē illam vitam perfectionem eſſe fatetur, ſed periculoſam fore tyronibus, præſertim fœminis, inclamat. Ac ſupra modum his profuturum arbitratur, ſi ſub obediētia viuentes, alias atque alias virtutes, à reliquis fratribus, ſororibusque diſcant. Imò apertè prohibet, ne quis à fratrū contubernio, ſtatim in ſolitudinem egrediatur, antequam cum ijs tam euaſerit perfectus, vt diaboli fraudes doloſque non reformidet. Tempore D. Ambroſij virginum monaſteria fuiſſe, indicat epiſtola 64. & in Pſalm. 36. *Hieronymus ad Demetriadē & ad Ruſticum.* *Ad Ruſtic.*

Poſteriores monachi ſeueritatē & ſolitudinem priorum nō obſeruarunt: quia traditioni illi nō erant aſſueti, tum etiam quod cæli inclementia ea non patiebatur, ideoque in vrbibus habitarunt. Sozomenus lib. 6. cap. 34.

Pachomio Angelus quidam imperauit, vt domicilia monachis extrueret, in quibus terni habitarent, atque ad numerum Græcarū literarū in viginti quatuor ordines diſtingueret, ſingulisq; ordinibus, pro vitę & morū diuerſitate nomina imponeret. Ad Nitriā olim quinquaginta inter ſe vicina monaſteria fuēre, quibus alij coniunctim alij ſeparatim habitarent: *Nicephor. li. 9. cap. 14.* *Sozomenus lib. 6. ca. 31. Niceph. li. 11. cap. 38.*

ad interiorem verè ſolitudinem infinita quidem monachorum habebãtur domicilia, quorum vnumquodque tam erat ab alijs ſeparatum, vt nec videre inuicem, nec audire poſſent. Die Dominico ſimul oraturi conueniebant: ſi non venirent, perſpicuum erat, quod contra animi ſententiam abeſſent, quocirca omnes quidẽ, ſed non vno tempore, accurrebant, quod cuique ad manum erat remedium allatuti: vt hactenus Carthuſianorum mos eſt.

S. Sulpitius l. 3. de vita S. Martini.

Seuerus Sulpitius memoriæ prodidit, quod in vaſta eremo ad Nilum Aegypti, multa fuerint monaſteria, habitarintque vno in loco centeni, ſub imperio vnius Abbatis: quorum aliqui maiorem virtutem mente concipientes vitamque ſolitariam acturi, in eremum ſeſe contulerint, ſed non niſi permittẽte hoc Abbate: Is enim panem ijs aut qualemcunque cibum in eremum tranſmittebat. Plurimos etiam in eremo habitaſſe ſcribit ſine vllis ædiculis, ſiue receptaculis, nec vno certo loco conſiſtere, ne ab hominibus frequẽtarentur, ſed radicibus herbarum victitantes, ibi ſedes recepiſſe, vbi nox cogeret, vnde & Anachoretæ fuerint appellati.

lib. 1. de vita S. Martini.

Sanctum quoque Martinum ait duobus ferè millibus ab eccleſia ſua Turonenſi,

nenſi, ſecreto loco, ſibi monaſterium extruxiſſe, cellulamque ex lignis contextã, vbi octoginta diſcipulos habuerit, qui ſaxo montis cauato ſuperiecto, receptacula ſibi fecerant. De Ephigenia Aethyopũ regina narrat Abdias, quod cum ſuis virginibus, quas Matthæus apoſtolus conſecrarat, in prætorio habitarit. Ad hæc Nazianzenus in monodia Baſilij Magni, in Põti ſolitudinibus cœnobia ſuo tempore fuiſſe probat. Paulatim tamẽ, propter aëris inclementiam, in Ponto, Cappadocia, Gallatia, cęteriſque frigidioribus locis, in vrbes migrauerũt, & ſimul per contubernia habitarũt. Quidam per vrbes & vicos Chriſtianam religionem docebant, vt de Zeugmatio ſcribit Nicephorus Calixtus. Paulatimq; vrbes talibus pijs viris abundauerunt. Haud pauci in domo parentum vitam cœlibem caſtamque retinebant: vt de Irenæi magni Spiridonis filia, Ruffinus & Socrates ſcriptum reliquerunt. Tandem Baſilius Magnus diſciplinam inſtituit, qua monachorum inſtitutum minimè vagaretur atque fluctuaret, ſed eſſet ſemper vnica religionis forma deuinctum. Quod his verbis in Monodia ipſius indicat Nazianzenus: Vt autem non ſolũ ſibi, ſed & alijs quoq; proficeret, primus cœnobia excogitauit ri-

Abdias Babylonius l. 7. hiſtoriæ apoſtolicæ.

Ex monachis factice nobiles in vrbibus.

Sozom. l. 6. c. 34. Niceph. l. 11. ca. 41.

Ruffinus l. 1. c. 5. Socrates li. 1. ca. 12.

Baſilius certã formã religioſæ vitæ introduxit, & primus cœnobia in vrbibus excogitauit.

DE MONASTERIIS ET Cœnobijs.

CAPVT V.

Primi monachi in eremo & in montibus degebāt.

PRimi quidem ſolitariæ monaſticæq́; vitæ poſt tempora Apoſtolorum ſectatores, cùm pauci adhuc in vrbibus Chriſtiani exiſterent, ab hominum turba ſeſe & colluuione ſegregabant: atque à cæterorum conſortio ſeiuncti, vt liberius philoſopharentur, quietam tacitamq́ue vitā degerent, durisſimè laborioſisſimeque in montibus, & ſaltibus, atque ſpeluncis morabantur. Certas tamen viuendi leges, & peculiaria inſtituta monaſteriaque habebant, vt non modò ex Philone Iudæo colligitur, ſed Mariæ etiam Magdalenæ exemplo declaratur. Quæ cùm optimam humanæ vitæ partem eſſe ex ipſo Chriſto cognouiſſet, quæ in contemplando conſiſtit: in ſolitudinem ſe abdidiſſe reperitur. Quod infiniti religioſi viri & fœminæ imitabantur. Vnde. Anachoretæ, Eremitæ, Heſycaſtæq́; dicti fuerunt. Pulchrum eſt illud Hieronymi ad Paulinum: Si cupis eſſe quod diceris, monachus, id eſt ſolus, quid facis in vrbibus? quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum. Et ad Heliodorum: Interpretare vocabulum mona-

Repetit Gratianus c. Si cupis 16. q. 1.

monachi, hoc eſt nomen tuum, quid facis in turba qui ſolus es? Sed forſitan dicturus es: quicunq; in ciuitate ſunt, Chriſtiani non ſunt? Non eſt tibi eadem cauſſa, quæ cæteris Dominum auſculta dicentem: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia tua, & da pauperibus, & ſequere me. Rurſus ad Ruſticum monachum: Ioannes Baptiſta viuebat in eremo, & oculis deſiderantibus Chriſtum, nihil aliud dignabatur aſpicere. Filiosque prophetarũm ædificaſſe ſibi caſulas ad fluenta Iordanis ait, vbi vrbibus derelictis ſoli habitarẽt. Tu verò, inquit, quãdiu in patria tua es, habeto cellam pro paradiſo, varia ſcripturarum poma decerpe, his vtere delitijs, harum fruere complexu. Voloq; te varijs de cauſſis non habitare cum matre, & præcipuè, ne aut offerentem delicatos cibos renuendo contriſtes, aut ſi acceperis, oleum igni adijcias, & inter frequentiam puellarum per diem videas, quod nocte cogites. Elegantique gradatione ad Heliodorũ ſcribens declarat & probat, *monachũ perfectũ in patria ſua eſſe non poſſe*. Vnde nõ id ſolùm colligitur, quòd priores monachi in eremo habitarint, ſed nec illud quidẽ S. Hieronymo placuiſſe, vt cum parẽtibus atq; amicis Chriſtianis in vrbe permanerent.

Epiſtola 1. ad Heliodorum de vita eremitica.

Quod

Vides enim hic ſolitudinem magnam, abalienationem ab hominibus non modicam, penuriam doctrinæ: alienationem fratrum, & ſpiritum ad mandata Dei magna ſocordia præditum. Cùm igitur talibus ac tantis te ſpecioſis prætextibus aggreſſa praua cogitatio, ſubuertere voluerit, oppone ipſi per piam meditationem, experientiam rei, dicens: Quandoquidem tu dicis mihi, bona ea quæ in vita ſunt eſſe, propterea ego huc tranſmigraui, indignum me ipſum cenſens mundi bonis, quibus admixta ſunt mala, imò potiùs exuperat mala. Quemadmodum modica aqua pura, à multa venti procella ac puluere diſsipatur: ſic quæ putamus nos bona in vita facere, à multitudine malorũ obruuntur. Quapropter ego tranſmigro in montes, ſicut paſſer, & velut paſſer liberatus ſum à laqueo venantium. In hac ſolitudine dego, ô mala cogitatio, in qua Dominus verſatus eſt, hic eſt quercus illa Mambre, hic ad cœlum ferens ſcala, hic Angelorum caſtra à Iacob conſpecta, hic ſolitudo, in qua populus purificatus legem accepit, & ſic in terra promiſsionis Deum vidit. Hic mons Carmelus, in quo Helias commorans, Deo complacuit. Hic campus in quo Eſdras, ſeceſſu facto, omnes

Monachi reſponſio contra argumenta eorum, qui illum ſeducere conantur à monaſterio.

Ezdra l. 4, citatur à Baſilio. nes diuinos libros ex mandato Dei eructauit. Hic ſolitudo in qua Ioannes locuſtas edens hominibus pœnitentiam prædicauit. Hic mons oliuarum, in quem Chriſtus aſcendit, & orauit, noſque ſimiliter orare docuit. Hic Chriſtus ille ſolitudinis amator. Ait enim: *Vbi duo ſunt aut tres congregati in nomine meo, illic ſum in medio ipſorum.* Hic arcta illa & anguſta via, quæ ducit ad vitam. Hic doctores & prophetæ, qui in ſolitudinibus errant, ac montibus ſpeluncíſque & foraminibus terræ. Hic Apoſtoli & Euangeliſtæ, & monachorum remota ab vrbibus vita. Hęc itaque voluntariè ſuſcepi, vt accipiã, quæ martyribus ac teſtibus Chriſti, alijſque ſanctis promiſſa ſunt, vt citra mendacium dicam: *Propter ſermones labiorum tuorum, egò cuſtodiui vias duras.* Noui enim Deo charum Abraham, voci Dei credidiſſe, & in ſolitudinem commigraſſe: Iacob Patriarcham extra patriam apud peregrinos vixiſſe: Ioſeph temperantem illum diuenditum fuiſſe, continentiæ repertores pueros tres in igne pugnaſſe.

Chryſoſtomus epiſtola 1. Rurſus ad Nazianzenum: Reliqui vrbis conuerſationes, velut infinitorum malorum occaſiones; Aureum orationis flumen Ioannes Chryſoſtomus: Cum maiore, inquit, libertate, dilectiſsimi, hodi-

diè vos alloqui volo,ſed ſuſtinete, vt diſcatis, quòd hæc monachorũ vita, & crucifixorũ, quæ grauis eſſe putatur & onerosa, hac, quæ facilis & mollior eſſe videtur, multò dulcior eſt atque concupiſcibilior. Et huius vos ipſi teſtes, qui frequenter in ærumnis & mœroribus poſiti, beatos vocatis, qui in montibus atque ſpeluncis habitantes coniugium non attigerunt, & vitam degunt tranquillam. Fora fugientes, & ciuitates, & medios tumultus, in montibus vitam elegerunt, cum præſenti nihil commune habentem, nihil ſuſtinentem humanum, non ſecularem triſtitiam, non dolorem, non curam tantam, non pericula, non inſidias, non inuidiam, non Zelotipiam, non abſurdos amores, non aliud quicquam huiuſmodi. Hic iam quæ ſunt regni meditantur, in ſaltibus conuerſantes, & montibus, & ſpeluncis, & quiete ac ſolitudine multa, & ſuper hæc omnia, cum Deo: & ab omni quidem ijs munda tumultu domuncula: omni verò vitio ac morbo libera anima, ſubtilis & leuis, & aere ſubtiliſſimo longè purior.

Sanctorũ præterea tabernacula vocat montes & ſaltus. Singulosque proprium habitaculum habuiſſe indicat, quo poſt ora- *Homilia 58. & 59. ad populũ Antioch.*

ſe. Acepſimas in tuguriolo incluſus ſexaginta annos ita vixit, vt neque conſpiceret, neque alloqueretur quenquam. Didymus etſi ad nonageſimũ annum ſuperuixit, nulli tamẽ hominum cohabitauit. *Theodor. lib. 4. cap. 28. Niceph. lib. 11. cap. 37.*

Euagrius ſcriptum reliquit, quod Eudocia Imperatrix, cùm in Palęſtinam veniſſet, duplex monachorum genus reperit, quorum alterum gregatim viueret, omniaque haberet communia, alterum verò huiuſmodi vitæ regulam haberet, vt ſolos domicilijs ſeſe includerẽt, tam anguſtis atque humilibus, vt neque corpora ſua erigere, neq; iacere commodè in ijs poſſent, quidam cum beſtijs degẽtes, obſcuris quibuſdã latebris abditi, Deum ardentiſsimè precarentur. Apertũ ergo nunc eſt, quod priores monachi in eremo ferè vixerint. Vbi tamen plerique ædiculas, & monaſteria non admodùm longè diſtantia habebãt, quando illi qui maiores in hoc pietatis ſtudio progreſſus fecerãt, & ad perfectiorẽ ſanctimoniã excreuerant, ſoli in eremo latebris ignotis verſabãtur. Quod enim à tẽporibus ſancti Antonij monaſteria habuerint, quibus viri clariſsimi pręeſſent, ſcribit Sozomenus. Qui & Ioannem illum egregium anachoretam in Thebaide multis monaſterijs præfuiſſe refert. Vbi & Apollos *Euagr. hiſt. eccleſiaſticæ lib. 1. cap. 21. Sozomenus lib. 1. ca. 21. Sozome. li 6. hiſt. cap. 30. Idem cap. 28. & 29.*

plurimorum monachorum moderator erat.

D. quoque Hieronymus, in epitaphio Neopotiani narrat, quòd is ſemper concupiuerit, Ægypti monaſteria inuiſere; vehementerque felicem extitiſſe probat, quòd mortuus fuerit, antequam tot monaſteria capi atq; euerti conſpiceret. In Epitaphio Paulæ teſtatur, quod multa monachorum millia in Aegypto fuerint, quorum ſinguli peculiarem cellulam haberẽt. Ad Demetriadem verò ſcribit, virginum quoque monaſteria tunc fuiſſe. In illo libro, quẽ de cuſtodia virginitatis ad Euſtochium conſcripſit, quinque monachorum millia in eodem loco diuerſis cellulis habitaſſe ait. Nec Anachoretus tãtùm iſto tempore floruiſſe dicit, qui ſoli in deſerto habitarent, ſed cœnobitas etiã aliquos fuiſſe appellatos, quos ipſe in commune viuentes interpretatur. Hi diuiſi, inquit, ſunt per decurias, atque centurias, ita vt nouem hominibus, decimus præſit: & rurſus decem Præpoſitos ſub ſe centeſimus habeat. Manent ſeparati, ſed iunctis cellulis. Addit præterea tertium monachorum genus, quorum bini, vel terni, nec multo plures ſimul in ciuitatibus atque caſtellis habitarent. Multique eo tempore dubitabãt, vtrum melius

Virginum monaſteria tunc fuiſſe teſtatur Hiero. & Ambroſius confirmat, epiſtola 64. & in pſal. 96.

liùs eſſet eorum inſtitutum, qui ſoli, an qui ſimul viuebant: ipſe quidem priorẽ illam vitam perfectionem eſſe fatetur, ſed periculoſam fore tyronibus, præſertim fœminis, inclamat. Ac ſupra modum his profuturum arbitratur, ſi ſub obediẽtia viuentes, alias atque alias virtutes, à reliquis fratribus, ſororibusque diſcant. Imò apertè prohibet, ne quis à fratrũ contubernio, ſtatim in ſolitudinem egrediatur, antequam cum ijs tam euaſerit perfectus, vt diaboli fraudes doloſque non reformidet. Tempore D. Ambroſij virginum monaſteria fuiſſe, indicat epiſtola 64. & in Pſalm. 36.

Hieronymus ad Demetriadẽ & ad Ruſticum.

Ad Ruſtic.

Poſteriores monachi ſeueritatẽ & ſolitudinem priorum nõ obſeruarunt: quià traditioni illi nõ erant aſſueti, tùm etiam quod cæli inclementia ea non patiebatur, ideoque in vrbibus habitarunt. Sozomenus lib. 6. cap. 34.

Pachomio Angelus quidam imperauit, vt domicilia monachis extrueret, in quibus terni habitarent, atque ad numerum Græcarũ literarũ in viginti quatuor ordines diſtingueret, ſingulisq; ordinibus, pro vitę & morũ diuerſitate nomina imponeret. Ad Nitriã olim quinquaginta inter ſe vicina monaſteria fuêre, quibus alij coniunctim alij ſeparatim habitarent:

Niceph. li. 9. cap. 14.

Sozomenus lib. 6. ca. 31. Niceph. li. 11. cap. 38.

nenſi, ſecreto loco, ſibi monaſterium extruxiſſe, cellulamque ex lignis contextã, vbi octoginta diſcipulos habuerit, qui ſaxo montis cauato ſuperiecto, receptacula ſibi fecerant. De Ephigenia Aethyopũ regina narrat Abdias, quod cum ſuis virginibus, quas Matthæus apoſtolus conſecrarat, in prætorio habitarit. Ad hæc Nazianzenus in monodia Baſilij Magni, in Põti ſolitudinibus cœnobia ſuo tempore fuiſſe probat. Paulatim tamẽ, propter aëris inclementiam, in Ponto, Cappadocia, Gallatia, cęteriſque frigidioribus locis, in vrbes migrauerũt, & ſimul per contubernia habitarũt. Quidam per vrbes & vicos Chriſtianam religionem docebant, vt de Zeugmatio ſcribit Nicephorus Calixtus. Paulatimq; vrbes talibus pijs viris abundauerunt. Haud pauci in domo parentum vitam cœlibem caſtamque retinebant: vt de Irenæi magni Spiridonis filia, Ruffinus & Socrates ſcriptum reliquerunt. Tandem Baſilius Magnus diſciplinam inſtituit, qua monachorum inſtitutum minimè vagaretur atque fluctuaret, ſed eſſet ſemper vnica religionis forma deuinctum. Quod his verbis in Monodia ipſius indicat Nazianzenus: Vt autem non ſolũ ſibi, ſed & alijs quoq; proficeret, primus cœnobia excogitauit ri-

Abdias Babylonius l.7. hiſtoriæ apoſtolicæ.

Ex monachis facticæ nobiſtæ in vrbibus.

Sozom. l.6. c. 34. Niceph. l. 11. ca. 41.

Ruffinus l.1. c. 5. Socrates li. 1. ca. 12.

Baſilius certã formã religioſæ vitæ introduxit, & primus cœnobia in vrbibus excogitauit.

quum atque agreſtem ad ordinem quendam, formulamque religioni propioré, reduxit. Cùm enim animaduertiſſet eos, qui in communi vita, hoc eſt, inter alios mixtim agunt, monaſticam licet abſtinentiam ſeruent, alijs quidem vtiles, ſibi verò nequaquã exiſtere, cum in multis eos neceſſe ſit verſari malis; quæ vitæ quietæ perfectæque contraria videntur: eos verò qui in ſolitudine procul ab alijs agunt, firmiores ſanè propoſito, magisque Deo coniunctos quam ſuperiores vidit, attamen ſibi tantum vtiles, cùm rerum experientiam nequaquam teneant, nec cum alijs commerciũ vllum habeant; vtrumque vitę genus cõiungere conatus eſt. Quamobrem monachorum cœnobia, haud procul ab ijs, qui in hominum ſocietate viuunt, ædificari iuſsit, nec omninò ſeparauit: vt & propinquitate, cum opus charitatis expoſceret, adeſſe valerét, diſsiti alioqui proprijs terminis, ne quies eorum aut pax interrumpi per multitudiné poſſet: nec ipſi monachi actionis merito, quod ex impendenda alijs pietate eſſet, priuarentur, neque rurſus eorum actio per tumultus inutilis efficeretur. Vt alter alterum hoc modo iuuare poſſet, & monachorum vita per conuerſationem eorum,

Confirmant hãc rem Car. Tapias, ad auth. Ingreſsi de ſacroſ. eccleſ. & P. Hiero. Platus li. 2. c. 22. de bono ſtatu religioſi.

Efficit Baſilius vt & monachi & cœnobitæ haberentur.

eorum, qui in communi agunt, pia fieret; & ipſi ex monachis quietem, conſtantiã, ſapientiam, contemplationem ediſcerent, quemadmodum tellus & pontus inuicem ſe iuuant ac ſuſcipiũt. Hactenus Theologus, quæ Volaterranus, cæterique recentiores ſcriptores confirmant. Quod in oriente fecerat Baſilius, hoc in occidente præſtitit Benedictus Nurſinus, teſte Polidoro, Vergilio, lib. 7. de Inuentoribus rerum cap. ſecundo, & Trithemius de ſcriptoribus eccleſiaſt. in Benedicto.

Vtrumq; diſertis verbis in Theodoſiano Codice expreſſum habetur. Valentinianus, Theodo. Archad. Tatiano PP. Quicunq; ſub profeſsione monachi reperiuntur, deſerta loca, & vaſtas ſolitudines ſequi atquè habitare iubeantur. Ijdem Aaa. ad eundem: Monachos quibus interdictæ fuerunt ciuitates, dum iudiciarijs agũtur iniurijs, in priſtinum ſtatũ, ſubmota hac lege, eſſe præcipimus: antiquata ſiquidem noſtræ clementię iuſsione, liberos in oppida ijs largimur ingreſſus.

Lib. 1. Theodoſiani Codicis tit. de monachis.

Interrogatus aliquando Baſilius, expediretne ſeorſim viuere, an cum fratribus, qui eandem pietatem, idemq; religionis ſtudium ſectarentur, reſpondit:

Expediatne ſeorſim an cũ alijs degere?

tem: facileq; accidit ei quod dictum eſt: Ve ſoli, quia ſi ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. *Præterea* cum vnus non ſufficiat ad omnia ſpiritualia bona ſuſcipienda, vniuſcuiuſque proprium donum commune ſit multorum, qui ſimul conuerſantur. Qui ſolus viuit, vnum fortaſſis donum habet, & hoc inutile facit per ſegnitiem in ſeipſo defoſſum: in plurium autem conuictu, & proprio dono fruitur, multiplicans hoc per diſtributioné, & aliorum donis velut ſuijpſius vtitur. Qui ſeparatim Deo ſeruiunt, quamuis diligenter & impigrè id faciant; non plus certè habent, quàm ſit in vnoquoque roboris & virium: at in religioſa ſocietate, ita vnius virtus cum alterius virtute cómiſcetur, vniuſque dona & benefacta ita cum altero communicantur, vt ſinguli non ſuis tantùm, ſed aliorum etiam opibus & diuitijs augeantur: & omnino ex ea coniunctione ac vinculo innumerabilia penè commoda in ſingulos redundent. *Eccleſiaſt. 4.*

Habet porrò plura bona ea vita, quæ à pluribus ſimul viuitur, quæ non facilè fuerit omnia recenſere. Nam & ad conſeruationem datorum nobis à Deo bonorum vtilior eſt, quam ſolitudo, & ad cuſtodiam ab externis hoſtis inſidijs ſe-

curior à vigilãtibus. Solitariæ vitæ, præter alia multa pericula, primum quidem & maximum eſt, complacentia ſui. Quia enim neminem habet, qui ipſius opus probare poſsit, ad perfectionem mandati ſe perueniſſe putabit. Neque defectus ſuos noſcit, nec profectum in operibus agnoſcit, quia omnem ſibi materiam operationis mandatorum amputauit. In quo enim humilitatem oſtendet, qui neminẽ habet, quo ſe humiliorem declaret? in quo miſericordiam, qui reſectus eſt à plurium ſocietate? Stadiũ igitur certaminis, & profectus proſperitas, & perpetuũ exercitium, & mandatio mandatorũ Domini, eſt habitatio fratrũ in eodem loco, ſcopum quidem habens gloriam Dei, ſecundum mandatum Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dixit: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra bona opera, & glorificent patrem veſtrum, qui eſt in cælis*: formam autem ſeruans ſanctorũ, de quibus in Actibus narratur, & de quibus ſcriptum eſt: *Omnes qui credebant, erant in eodem loco, & habebant omnia communia.* Et rurſus: *Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: & nullus quicquã rerum ſuarum ſibi proprium dicebat, ſed erant ipſis omnia communia.* Iam verò, ab ijs qui non rectè erga Deum affecti,

Matth. 5.

Act. 2.

Baſil. queſt. 6. fuſe explicata.

ſecti, ſed malis moribus præditi viderentur, prorſus viris bonis neceſſariò recedendum eſſe, varijs pulcherrimis argumentis Baſilius demonſtrarat. Sed poſtquam à communi, inquit, vita ſeparati ſunt, & ad diuiniorem ſeſe vitam exercent, non coram ſeipſis, neque ſolitariè exerceantur. Conteſtatam enim eſſe conuenit hanc vitam, vt ſit extra prauam ſuſpicionem. Et quemadmodum ſpiritualis lex non pauciores quam duodecim eſſe vult Paſcha myſticum comedentes: ſic oportet hic redundare potiùs, quam imminutum eſſe denarium numerum, horum qui ſpiritualem conuerſationem ſimul exercent. Nec virorum modo, ſed & virginum cœnobia exorta fuiſſe, apertè teſtatur Baſilius, quæ omnium diligentiſsimè curanda ſcribit. Varios præterea ſermones, qualiter in cœnobijs viuere deberent, & elegantiſsimas grauiſsimarum quęſtionum, de vita monaſtica, ſolutiones, ipſis reliquit. Tantaque cœnobiorum multitudo eſt ſubſecuta, vt Euagrius Nazianzeni auditor & Archidiaconus, duos peculiares libros conſcriberet, vnum ad viros, alterum ad ſanctimoniales virgines, quæ in cœnobijs degebant. Primùm ergo monachi congruentem nomini

Baſilius ſermone 4. exercitat.

Cœnobium contineat 12. fratres.

Volaterranus li. 21. anthro.

Nicepho. lib. 11. cap. 42.

ſuo vitam, id eſt, ſolitariam agebant, & quanquam ſtatis horis diebusq; in vnum ferè locum eos conuenire moris eſſet, tamen ſimul non commorabantur, ſed domunculas monaſteriaque ſparſim per montes & ſaltus extructas habebant, vnde non ſolùm Monachi, ſed etiam Eremitæ, & Anachoretę meritò dicebantur. Sed poſtea viſum eſt conducibiliùs ac decentiùs, in ijſdem ædibus eos habitare, & viuere, omnia habentes inter ſe communia, quam in ſpeluncis abditos deliteſcere. Cœnobia tunc ea loca, à cōmunione vitæ, veriùs, quam monaſteria à ſolitudine, appellata fuerunt. Sed Monachi appellationem nihilo ſeciùs hi retinuerunt, quod ea conuerſatio nō multum adhuc abeſſet à ſolitudine. Vnde

Auguſtin. in Pſalm. 132. Auguſtinus: Μόνος dicitur vnus, & non vnus quomodocunque. Nam & in turba erat vnus. Qui ergo ſic viuunt in vnum, vt vnum hominem faciant, vt ſit illis verè,

Act. 4. quomodo ſcriptum eſt, Anima vna, & vnum cor, multa corpora, ſed nō multe animæ, multa corpora, ſed non multa corda: rectè dicitur Μόνος, id eſt vnus, ſolus. Verſanteſque intra vrbem abdi-

Ambroſ. epiſtola 10. cabant ſe vrbis vſu & cōuerſatione. Ideoque monaſteria pleraque in vrbibus ſunt à pijſsimis hominibus extructa. Ve-

ra enim cœnobia quandam adhuc ſolitudinem habere videntur Ioanni Trithemio homilia 7. ad fratres.

Non pauca etiam in agris, atque nemoribus tam virorum quàm virginum cœnobia reperiuntur, quæ ſuperioribus annis plurimum detrimenti acceperunt.

Quare Tridentino Concilio præceptum extat, vt monaſteria, prçſertim monialium, propter multas grauiſsimas cauſſas in vrbes & oppida, ſi fieri poteſt, transferantur. *Cœnobia in vrbes transferenda. Concilium Trident. Seſſ. 25. cap. 5.* Extructis verò cœnobijs aliqui adhuc Eremitæ fuerunt, qui ſolitudinem incolerent, vt ex œcumenica ſynodo ſexta colligitur. Vbi decretum eſt; vt tales vel cœnobium ingrediantur, ad reliquos fratres, vel extra vrbes, in ſolitudine permaneant. *Canone 42.*

A QVIBVS, ET PROPTER QVAM cauſſam fuerint extructa Monaſteria, Cœnobiaq́ȝ.

CAPVT VI.

QVoniam ſatis nunc declaratum eſt, qualiter monachiſmus fuerit ortus, quas progreſsiones & incrementa habuerit, quibusq́ue auctoribus ſit in omnes Prouincias diſpartita religio: ſequitur, vt à quibus, & quamobrẽ monaſteria cœnobiaq́ue extructa ſint ediſſeratur. Primùm

Abdias Babylonius l. 7. hiſtor Apoſtol.

Seuerus Sulpitius libr. de vita S. Martini.

Quiſque ſibi monaſteriolū extruebat.

mùm ergo ipſi religioſi monaſteria ſibi extruxerunt. Ephigenia Regina Aethiopiæ cum ſuis virginibus, quamdiu Hyrtacus viuebat, in prætorio commorabatur, diebus & noctibus diuinis rebus dedita: ſed cùm frater ſuus ad regnum perueniſſet, qui ab Apoſtolo Matthæo, cum ſorore Ephigenia, ſacrum baptiſma ſuſceperat, ipſa Eccleſijs & Monaſterijs totam Aethiopiam repleuit. Martha, Chriſti hoſpes, ad Rhodanum, in honorem Chriſti, & Mariæ illius matris, extructa baſilica, ſacrarum virginum atque ſororum collegium inſtituit, vt ipſius vita, quæ publicè in Eccleſia Catholica legitur, declárat.

Sanctus Martinus primò Mediolani monaſterium ſtatuerat, ſed inde per Auxentium Arrianum deturbatus, in Galliam venit, ibiq; aliud ſibi monaſtrium in agro Turonenſi extruxit: quo loco alij octoginta ipſius diſcipuli monaſteria ſibi quiſq; erexêre: vbi omnia ſub tanto magiſtro habebant communia: rariſſimè extra monaſterium prodibant, niſi ad locum orationis conuenirent: iuniores aliquando ſcribendo occupabantur, ſeniores ſolis orationibus vacabant. QualemNilammon ſibi ædiculam ex lapidibus

pidibus conſtruxerit, Sozomenus lib.8. ca. 19. refert. Deinde, qui fortiores ac ditiores inter illos habebantur & erant, reliquis auxilio, in conſtruendis monaſterijs fuêre. Nam Dorotheus Thebanus per integros ferè dies, à vicino mari lapides colligebat, vnde ſingulis annis vnum monaſterium extrueret pro his, qui ſibiipſis ædificare nequibant. Paula nobiliſsima ditiſsimaq; mulier Romana, quatuor monaſteria erexit in Bethleem, vnum pro viris, tria pro virginibus, quas ex diuerſis prouincijs congregarat, partim nobiles, partim medij, partim quoque infimi generis: vt operè tantum ciboq; ſeparatæ, pſalmodijs & orationibus iungerentur. Manè hora tertia, ſexta, nona, veſperi, noctis medio, per ordinem pſalterium cantabant. Die Dominico ad Eccleſiam procedebãt, ex cuius habitabant latere. Vnumquodq; agmen matrem propriam ſequebatur, atq; inde pariter reuertentes, inſtabant operi diſtributo, & vel ſibi vel cæteris veſtimenta faciebant.

Fortiores & ditiores alijs quoque ædificabant.

Sozom. l. 6. c. 29. Niceph. l. 11. ca. 35.

Hierony. in Paulæ epitaphio.

Auguſtinus monaſteriũ inſtituit, vbi cum fratribus viueret, ſecundum formam à ſanctis Apoſtolis conſtitutam, vt nemo quicquã proprium in iſta ſocietate haberet, ſed eſſent ijs omnia communia.

Quiſque ſibi monaſteriolũ Auguſtini.

Ho-

Horum aliqui in Epiſcopos electi, per ſuas eccleſias monaſteria fratribus exædificarunt. Quod alij Epiſcopi tanto ſtudio nitebantur, vt pauperes ipſi euaderent, ſicut ex Concilio Conſtantinop. in templo SS. Apoſtolorum celebrato, colligitur. Similia & Principes Chriſtiani faciebant. Nam Pulcheria Theodoſij Iunioris ſoror, multa monaſtica contubernia, perpetuis ſumptibus, ad inhabitantium alimoniam deputatis conſtituit.

Can. 1. & 7.

Sozom. lib. 9. cap. 1.

Similiter Eudocia eius vxor, plurima religioſiſsimis monachis phrontiſteria extruxit: qui communibus precationibus ad Deum, noctes & dies, teſte Euagrio, immorabantur, ita ſeipſos reſtringentes, ſicque laboribus atterentes, vt ſine ſepulchris mortui viderentur in terra.

Euagrius lib. 1. c. 21. et 22.

Ad quid fuerint instituta cœnobia.

Sozomenus de veterum Monachorum inſtituto loquens: Communis, ait, omnibus Politia hæc, vt ita dicam, erat, animos potiſsimum curare, & inſtructos reddere ad contemnendum præſentia; deinde & ad preces, ieiunia, diuinos hymnos frequentandũ, & circa iſta plurimum exercitij inſumendum. Pecunias, ciuiliumque rerum negotia, & corporis vel otium vel curã prorſus negligebant.

Sozom. lib. 6. cap. 34.

Nicephorus quoq; Calixtus: Omnium, inquit, iſtorum conſilium & inſtitutum erat,

Niceph. lib. 1. cap. 41.

erat, vt quàm maximam animæ curam gererent, eamque à rebus & ſtudijs huius vitæ per diſſuetudinem alienarét, & longioris vitæ ſuæ tempus in precationibus, ieiunijs, hymniſque & Deum decentibus laudibus, conſumerent, corpus autem, delitiarumque eius, & voluptatis ſtudium negligerent, necnon pecuniam, & negotiorũ occupationes omnino à ſe repellerent, & ad vitam angelicam imitatione contenderent. Quare Baſilius *Magnus* in monaſterijs cœnobijſque fratres habitare voluerit, capite præcedenti eſt recitatum.

Ab Audio, ſcribit Epiphanius, monaſteria facta ſunt in Gotthia, & vitæ conuerſatio inſtituta, virginitaſque ac exercitatio pietatis non vulgaris. Eſt enim re vera hic ordo in valde admiranda conuerſatione. Et alibi, de reliquis monaſterijs: Citra fatigationem, & impigrè frequentes agunt vigilias, partim in orationibus, partim in Pſalmodijs. Perpetuò autem conuentus ex more ſtatuto ordinatos faciunt, verſanturque interdiu aſſiduis iuxta interuallum horis, preces ad Deum irreprehẽſibiliter cum multa humilitate, & doloroſo eiulatu ſurſum emittentes. Notum eſt illud Melchiadis apud Gratianum: Tempore Conſtantini

Epiphanius hæreſi 70.

Epipha. hæreſi 80.

Magni, viri religioſi, ſtatim vt data ab Imperatore poteſtas erat, nó ſolùm poſſeſsiones & prædia, verùm etiam ſe ipſos Domino conſecrabant, ædificantes baſilicas, in ſuis fundis, in honorem ſanctorum Martyrum, per ciuitates ac monaſteria innumera, in quibus cœtus Domino ſeruientium conuenirent.

Monaſteria cœnobiaq; ad cultum Dei, & exercitia pietatis inſtituta fuerunt.

Si enim velimus refricare memoriam temporum, & antiquiſsimas hiſtorias perquirere, ac veterum Patrum ſcripta diligenter intueri: meridiana luce clariùs apparebit, primò quidem monaſteria, deinde cœnobia inſtituta, ac tam egregiè dotata fuiſſe: vt viri religioſi, & Deo ſacræ virgines, in ijs, pro ipſorum, amicorumque ſalute, pro felici & diuturno imperio, pro pace & ſalute publica, Deum & Dominum ſuum, cui ardentiùs quàm cæteri homines adhærebant, aſsiduè precarentur. Et ne propter inopiam, & rerum neceſſarium defectum, atque curas externas, à tam neceſſario opere auocarentur: Pecuniam, agros, prædia ipſis conſecrauerunt. Quod ex omnium Collegiorum, & cœnobiorum primis fundationibus, ex legibus atque ſtatutis, ex ædificiorum qualitate, ex omnium gentium hiſtorijs, ex religioſorum ordinum Regulis, quas ſuis ſectatoribus

toribus prǫſcripſerunt, apertè colligitur.

Ex Regula S. Auguſtini.

Ante omnia, fratres chariſsimi, diligatur Deus: deinde proximus. quia iſta præcepta ſunt principaliter nobis data. Hæc igitur ſunt, quæ vt obſeruetis, præcipimus in monaſterio conſtituti.

Primùm propter quod in vnum eſtis congregati, vt vnanimes habitetis in domo Domini, & ſit vobis anima vna, & cor vnum, in Deo. Et non dicatis aliquid proprium: ſed ſint vobis omnia communia. Et diſtribuatur vnicuique veſtrum à Præpoſito veſtro, victus & tegumentum: non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes: ſed potiùs vnicuique, ſicut cuique opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apoſtolorũ: quia erant illis omnia communia, & diſtribuebatur vnicuique, ſicut cuique opus erat.

Qui aliquid habebant in ſeculo; quando ingreſsi ſunt monaſterium, libenter velint illud eſſe commune. Qui autem non habebant, non ea quærant in monaſterio, quæ nec foris habere potuerant. Sed tamẽ eorum infirmitati, quod opus eſt, tribuatur; etiamſi paupertas eorum, quando foris erat, nec ipſa neceſſaria poterat inuenire. Tantùm, non ideo ſe putent eſſe felices, quia inuenerunt victum

t gumentū, quale foris inuenire non poterāt: nec erigant ceruicē, quia ſociantur eis, ad quos foris accedere non audebant: ſed ſurſum cor habeant, & terrena, ac vana non quærant, ne incipiant eſſe monaſteria diuitibus vtilia, non pauperibus, ſi diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur.

Rurſus etiam illi, qui aliquid eſſe videbantur in ſeculo, non habeant faſtidio fratres ſuos, qui ad illam ſanctam ſocietatem ex paupertate venerunt. Magis autem ſtudeant, non de parentum diuitum dignitate, ſed de pauperum fratrum ſocietate gloriari. Nec extollantur, ſi communi vitæ aliquid de ſuis facultatibus contulerunt: nec de ſuis diuitijs magis ſuperbiant, quia eas in monaſterio partiūtur, quàm ſi eis in ſeculo fruerentur. Alia quippe quæcunq; iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant: ſuperbia verò etiā bonis operibus inſidiatur, vt pereāt. Et quid prodeſt diſpergere dando pauperibus, & pauperem fieri: ſi anima miſera ſuperbior efficitur diuitias contemnēdo, quàm fuerat poſsidendo? Omnes ergò vnanimiter & concorditer viuite & honorate in vobis Deum inuicem, cuius templa facti eſtis.

Orationibus inſtate horis & tempori-
bus

bus cõſtitutis. In oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, vnde & nomen accepit: vt ſi fortè aliqui, etiam præter horas conſtitutas, ſi eis vacat orare voluerint, non eis ſint impedimento, qui ibi aliquid agendum putauerint. Pſalmis & hymnis cùm oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in voce. Et nolite cantare, niſi quod legitis eſſe cantandum: quod autem non ita ſcriptum eſt, vt cantetur, non cantetur.

Carnem veſtram domate: Ieiunijs & abſtinentia eſcæ & potus, quantum valetudo permittit; quando autem aliquis non poteſt ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimẽtorum ſumat, niſi cùm ægrotat.

Cùm acceditis ad menſam, donec inde ſurgatis, quod vobis ſecundum conſuetudinem legitur, ſine tumultu, & cõtentionibus audite: ne ſolæ vobis fauces ſumãt cibum, ſed aures eſuriant Dei verbum.

Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus.

Quando proceditis, ſimul ambulate, cum veneritis quò itis, ſimul ſtate.

In inceſſu, habitu, ſtatu, in omnibus motibus veſtris nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum: ſed quod ve-

ſtram deceat ſanctitatem. Veſtes veſtras in vnum habeatis, ſub vno cuſtode, vel duobus, vel quot ſufficere potuerint, ne à tinea lædantur. Et ſicut paſcimini ex vno cellario, ſic induamini ex vno veſtiario. Indumenta veſtra ſecundùm arbitrium præpoſiti lauentur: ne interiores animæ ſordes cõtrahat mundæ veſtis nimius appetitus. Aliorum ordinum Regulæ, cum hac, in fine & effectu ferè concordant. Ex quibus hæc noſtra ſententia plurimum confirmatur.

Primi monachi m[illegible] pij [illegible]octi [illegible]at. Sozomenus lib. [illegible] ca. 12. & ca. 13. Niceph. li. 8. cap. 39. cap. Hinc eſt, 16. q. 1.

Imò priſci in paganiſmo Romani, cæterarumque gentium magiſtratus, tam magnifica Deorum templa, opulentiſsimaque ſacra inſtituerunt, non vt ex ijs pueri (quorum peculiarem ſemper curam habuerunt) alerentur, aut vterentur pro Schola, & Gymnaſijs: ſed vt ſacerdotes, Deorum Dearumque miniſtri, Dijs immortalibus ſacrificia pro republica offerrrent, diuinumque ipſis numen propitium redderent.

Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores memoriæ prodiderunt, quòd monaſticæ vitæ primi auctores, ſancti quidem & pij viri extiterint, ſed qui maiorem pietatis & ſanctimoniæ, quàm rei literariæ rationem habuerint. Dionyſius Areopagita Pauli Apoſtoli, vt creditur, diſcipulus,

pulus, ſcriptum reliquit, quòd in conſecratione monachi, nec genu coram Epiſcopo, aut ſacerdote flexerint, nec Euangeliorum codex eorum capitibus fuerit ſuperpoſitus: vt iſta cæremonia diſcerent, monachorum officium eſſe, non alios adducere, ſed in ſeipſo ſubſiſtere, & ſoli Deo ardenter inſeruire. D. quoque Hieronymi clara vox eſt: Monachus nō docentis, ſed plangentis habet officium, vt ſe, & mundum lugeat, & Domini pauidus præſtoletur aduentum.

Dionyſius eccleſiaſt. hierarch. cap. 6.

Can. monachus c. hoc nequaquam 16. q. 1.

D. Auguſtinus li. 8. ca. 8. Confeſ. quando ſancti Antonij cæterorumque eius temporis monachorum hiſtoriam intelligebat, exclamauit: Surgunt indocti, & cælum rapiunt, & nos cum doctrinis noſtris ſine corde, ecce vbi volutamur in carne & ſanguine. Antonius enim ne literas quidem didicerat, neque literatos admirabatur, ſynceram mentem literis antiquiorem, omniumq́; artium inuentricem exiſtere iudicās. Cumq́; Philoſophus fortè quiſquam admiraretur, quomodo in monaſtica diſciplina perdurare poſſet, qui conſolatione, quæ ex libris petitur, careret, reſpondit: Liber meus, natura ipſa rerum creaturarum eſt, in ijs, cùm mihi viſum eſt, oracula Dei legere licet. Aliquos ex monachis

Auguſtinus li. 8. c. 8. confeſſionum.

Nicephorus l. 8. cap. 40.

Nicephorus l. 11. c. 43. & li. 12. cap. 44.

Sozom. l. 8. cap. 11.

in craſſos errores corruiſſe refert Sozomenus, quòd nimium ſimplices, & ſcripturarum imperiti eſſent. Ioannes Chriſoſtomus: Verè, inquit, lugendi domus eſt monaſterium, vbi ſaccus, & cinis, & ſolitudo eſt, vbi riſus non eſt, nec ſecularium turba negotiorum, vbi ieiunium, vbi ſtratum humi cubile. Multos quoque parentes extitiſſe ſcribit, qui liberos religionem ingredi conſenſerint, ſi priùs bonas literas atque eloquentiam in ſcholis perciperent. Si ergo ſcholæ literarum monaſteria cœnobiaque tantùm extitiſſent, profectò, iſta non in ſcholis ante religionem didiciſſent, ſed indocti & rudes literis imbuendi monaſterijs traditi fuiſſent; nullo cum dolore parentum, quos ſcirent ſeſe publico cænobij ſumptu gratis eruditos filios, maiore cum voluptate recepturos. D. Hieronymus etiam indicat, quod Ruſticus monachus bonarum artium gratia Romam, & in doctiſsimam Galliam fuerit à matre priùs ablegatus. Hortaturque monachas, vt ſibi perſuadeant, quod ingreſſæ ſint in monaſterium, tanquam in ſepulchrum, vbi mortuæ cum Chriſto, mundo, & concupiſcentijs eius, ſolæ cum ſponſo ſuo CHRISTO IESV, ſepultæ manerent, donec reſuſci-

Chryſoſto. hom. 59. ad pop. Antioch.

ſuſcitarentur ad gloriam.

Iulianus Apoſtata, vt mundo mortuus putaretur,& affectati Imperij ſuſpicionem à ſe propulſaret, religioſam monaſticamque vitam ſimulaſſe legitur. *Sozom. lib. 5. cap. 2.* Cœnobia ingreſſos, pro mortuis habitos fuiſſe, qui nec poſsidere, nec teſtari poſſent; indicat Balſamon, ad ca. 6. Concilij Conſtantinopolitani in templo SS. Apoſtolorum celebrati.

Magnus ille Baſilius, cùm monachorum officia deſcripſiſſet: Si ſic, ait, inceperis, & ſic finieris, arcta procedens via, in breui exercitationis tuæ tempore, per gratiam Dei, intrabis in Paradiſum, in ſplendore facis animæ, cum Chriſto gaudens in ſecula ſeculorum.

Theodoretus narrat, quòd monacho cuidam dicenti, quòd eſſet pro Imperio oraturus, Imperator reſponderit: Id domi remanentem, ſecundum ſolitariæ vitæ leges, facere par fuerat. *Lib. 4. hiſto. cap. 28.* Auguſtinus epiſtola centeſima nona, ad monachos apud Gratianum capite vltimo, diſtinctione quadrageſima ſecunda. In oratorio, inquit, præter orandi & pſallendi cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic, & opera iugiter impenſa concordent.

Illa Conſtantinopolitana ſynodo,

quæ in templo Sophiæ celebrata eſt, ſub Photio Patriarcha, monaſteria pœnitentiæ loca vocantur. Doctiſsimus ille Balſamon Patriarcha Antiochenus, ſacra diuinorum meditandorum loca appellat. Atque à viris doctis, admirabilis vitæ Gymnaſia, & pietatis Scholæ dicuntur.

Statuta Colonien. fol. 396.

In Concilio Prouinciali Colonienſi, virtutum ſcholæ & pauperum hoſpitalia vocantur. S. Benedictus Dominici ſeruitij ſcholas appellabat.

Claudius Eſpencæus libro tertio Digreſsionum in Epiſt. Pauli ad Timotheum, Vetera monachorum cœnobia, eruditiſsima collegia fuiſſe probat: in quibus doctiſsimi ferè Abbates diuinas & humanas literas Monachos docuerint. Vt orationi lectio, & prælectioni oratio ſuccederet. Redderenturque cœnobitæ & pij & eruditi. Vnde plurimi ad Epiſcopatus & eccleſiarum regimen euocabantur. Cœnobiaque Epiſcoporum ſeminaria exiſterent. Præcipui enim ex orthodoxis patribus monachi fuiſſe leguntur. Et magni illius Caroli tempore Monachos, Venerabiles Bedæ diſcipulos, ſacram Theologiam & humaniores literas in Anglia reſuſcitatas, eruditæ alioqui Galliæ reſtituiſſe, fideliſsimi hi-

hiſtorici memoriæ prodiderunt. Sed & nomen, & mores, & habitum monachorum nihilominus retinuerunt. Paulatimque omnia cœnobia eruditione, doctrina, & literis abundare cœperunt. Recentioribusque canonibus ſancitum reperitur, vt in cœnobijs magiſter aliquis & doctor habeatur, qui fratres iuniores erudiat: ac vt excellentiore ingenio præditi ad publicas ſcholas ſumptibus monaſterij, bonarum artium gratia, mittantur. Vt non tantùm probitate atque vitæ ſanctimonia cæteris præluceant, ſed etiam doctrina & eruditione. Sin verò Archimandrita, ſiue Abbas & cœnobiarcha id facere noluerit, canonibus imperatur, vt Epiſcopus eum compellat. Sicut in quàm plurimis monaſterijs hactenùs obſeruatur, vt non modò aliqui ad Academias mittantur, & domi Doctor quiſpiam alatur in cœnobio, ſed multorum quoque pauperum ſtudia eleemoſynis & prandijs adiuuent. Si alicubi fortè à priſco illo inſtituto longius receſſum eſt, id equidem eos ſpero emendaturos. Superioribus annis duo Abbates egregia Collegia extruxerunt in Academia Duacenſi.

Vide noſtros libros Academiarum.

Clement. 1 de ſtatu monachorum ca. 2. & ibi gloſſ. atq; DD. ext. magiſtris. Panor. conſ. 88. concilii prouinc. Colonien. part. 10. cap. 7.

Albertus Magnus, D. Thomas Aquinas, Ioannes Scotus, Coloniæ Agrippinæ

in

in cœnobijs olim humaniores literas, & ſacram Theologiam frequentiſsimo auditorio docuerunt: ſed externi auditores iſtis in cœnobijs aliti non fuêre, etſi gratis ibi prælectiones audirent. Quemadmodum hactenus ſacras prælectiones illic frequentare ſtudioſis adoleſcentibus permittitur, & doctiſsimos viros ibi tanquam in ſchola docentes audire: nec tamen propterea ſcholæ tantùm monaſteria ſunt. Vtrum monachi literis operam debeát dare, diſſerit Thomas Aquinas *2. 2.* quæſt. 88. articulo 5. S. Benedicto Romani filios ſuos educandos tradiderunt in timore Dei, Gregor. lib. 2. Dialog. Thomas. *2. 2.* quæſt. 80. art. 5.

Vidi manu ſcriptos canones, quos Abbates Aquiſgrani anno Domini 816. ſub Ludouico Pio Imperatore condiderunt, quibus apertè docetur: ſcholas in cœnobijs non haberi, niſi eorum qui oblati eſſent, atque recepti in fraternitatem. De Collegiorum ſcholis atque ſcholarchis hoc loco diſſerere, ſuperuacuum videtur, præſertim cum alibi is à me perpurgatus locus ſit. Doctiſsimi ſemper ab eo tempore, quo ad literarum ſtudia monachi ſe contulerunt, in cœnobijs viri extiterunt, qui tam ſapientia, quàm religione, ac pietate reipublicæ admirabiliter

Lib. 1. Offic. ſcholaſt. c. 17.

pro-

prodeſſent, quique multarum Eccleſiarum optimi Epiſopi atque Paſtores euaderent.

De S. Martino ſcribit Seuerus Sulpitius, quòd in Epiſcopum eccleſiæ Turonenſis electus, Epiſcopi munus ita adminiſtrarit, vt propoſitum tamen monachi virtutemque minimè negligeret, ſed adhærenti eccleſiæ cella, tanquam monaſterio fuerit vſus. Tales quoque ipſum in iſta profeſsione ſodales habuiſſe, narrat, vt vix vlla eccleſia ciuitasque fuerit, quæ non ex Martini monaſterio cuperet habere ſacerdotem. Similiter Auguſtinum cum ſuis ſodalibus vixiſſe, vt rogati eccleſiarum regimen ſuſciperent, & tunc non modo priorem ſtatum retinerent, ſed in ſuis etiam quiſque eccleſijs noua monaſteria inſtituerent, author eſt Poſsidonius. Quia diſponebam, ait ipſe Auguſtinus, eſſe in monaſterio cum fratribus, cognito inſtituto & volũtate mea beatæ memorię ſenex Valerius dedit mihi hortũ illũ, in quo nunc eſt monaſteriũ. Cœpi boni propoſiti fratres colligere, compares meos nihil habentes, ſicut ego nihil habebam, & imitantes me. Vt quomodo ego tenuem meam pauperratem vendidi, & pauperibus erogaui: ſic facerẽt & illi, qui mecum eſſe voluiſſent,

li. 1. de vitá S. Martini

Auguſtinus tractatu de communi vitá clericorum.

vt

vt de communi viueremus. Commune autem nobis erat, magnum & vberrimum prædium ipſe Deus. Perueni ad Epiſcopatum, & volui habere in iſta domo Epiſcopi, mecum monaſterium clericorum, quorum nemo quicquam haberet proprium.

In Comitijs Auguſtanis ſub Carolo V. & Ferdinando I. Rom. Imp. promulgata conſtitutio de cœnobiorum inſtitutione, atque natura, & reformatione, his verbis circumfertur: Eò maximè dolendum eſt, monaſteria multa in Germanijs exciſa & euerſa, quædam etiam ſponte deuiaſſe ab inſtituto, vt vix pauca reſtare, vt olim integra: quod monaſteria apud patres noſtros officinæ erant cultus diuini, & pauperum quædam cellaria, in quibus vnius voti ac profeſsionis homines, certis horis, die noctuque Deum pſalmodijs & laudibus colebant, horas intercalares orationi, lectioni ſcripturarum ſacrarum, meditationibus rerum cæleſtiū, & alijs ſtudijs pijs & honeſtis dabant, ieiunijs ſe caſtigabant, quod ſupererat erogabant in pauperes. Quibus ſanè vijs ad Euangelicam perfectionem contenditur. Hinc non modò leges, canones, & ipſius naturæ Iura, verùm etiam tam neceſsitas publica, quàm monaſtici inſti-

inſtituti ſanctitas efflagitant, vt reformentur, & quantum fieri poteſt reparentur, & conſeruentur.

Igitur monaſteria, cuiuſcunque ſint ordinis, quæ ab inſtitutis ſuis degenerârunt, debent ſecundùm regulas, quas profeſsi ſunt, abſque omni perſonarum reſpectu, à viſitatoribus ſuis reformari, & monachi in obedientia & regula ſui Ordinis contineri. Repugnantes verò, & reformationis impatientes, ſine exceptione ab eam ſubeundam cogi. Quòd ſi viſitatores ad hoc non ſufficiant, debent aut Ordinarij, aut Magiſtratus, aut Principis opem implorare. Aut ſi hac in re negligentes Viſitatores fuerint, horum defectum Ordinarij authoritate Apoſtolica ſiue Ordinaria adimplere teneantur. Ad hæc, debent monaſteria opulenta reſtaurare apud ſe intermiſſa ſtudia, præſertim ſacrarum literarum, vt habeant monachi quotidiè lectionem aliquam, qua deuotionem ſuam alant, ſeq; ad pietatem continuam exerceant, & ſe ad prædicationem verbi diuini aptos efficiãt. Vbi verò pauci ſunt monachi, ijdemq; inopia laborãt, debent nihilominus vnum vel duos mittere ad aliud Prouinciæ ſuæ monaſterium, vbi ſcholæ reſtitutæ ſunt, qui in literis ſacris

ſimul

ſimul & in religionis obſeruantia illic inſtituantur & proficiant. Non exerceantur monachi rebus profanis, ſed in locis, vbi ſe Deo deuouerunt permaneant, niſi fortè ad cócionandum, vel ſacra peragenda, aut ad aliud monaſterium à ſuis prælatis mittantur, aut ad curam animarum ab Ordinarijs locorum euocentur, de conſenſu ſuorum Prælatorum, ſub quorum obedientia nihilominus manere debent, qui poſsint eos corrigere, & reuocare. Sic tamen vt Prælati Ordinum, Epiſcopis in hac neceſsitate non deſint. Tempore verò quod ijs à diuinis, & lectionibus reliquum eſt, ſemper pij & honeſti aliquid agant, vt eos ſemper inueniat Diabolus occupatos. Non debent item monachi quamuis opulenti, & Regalibus dotati munificentijs, otioſos & vanos facere ſumptus, nec familiam ſuperfluam, nec equos ad faſtum & pompam potiùs quàm ad neceſsitatem, Principum more, nutrire, magisque ſecularem quam religioſam ducere vitam: ſed in humilitate viuere frugaliter, & quæ vltra neceſsitatem ſuperſunt, in pauperes & educationem ſtudioſorum, quò poſsint Eccleſiæ *Chriſti* olim vſui eſſe, vtiliter expendere. Idque cum authoritate Ordinariorũ loci, ſi illis ſint ſubdita mo-

monaſteria, aut habeant ius viſitandi eadem. In cæteris fiat hoc per eorum Prælatos. At vbi per hanc tempeſtatem vel excisa ſunt monaſteria, vel exhauſta monachis, vel deſerta, debent viſitatores initio duos aut tres benè inſtitutos, ac probæ vitæ monachos, illò mittere, qui monaſticen rurſus introducant, & quantum fieri poterit omnia reſtaurent. Quinetiam monachi profugi per Prælatos ſuos ſumma diligentia inquiri debent, & ad ſua quiſque monaſteria reduci, & obedientiæ ſuperiorum ſuorum ſubijci, eo tamen moderamine adhibito, vt ſi qui ex quacunque cauſſa in apoſtaſiam prolapſi, humiliter ſuam culpam agnoſcentes, redire velint, iuxta cuiuſq; Ordinis diſciplinam, benignè recipiantur, nec eis grauiores pœnæ, quàm quæ in ſacris canonibus & regulis ordinum expreſſæ ſunt, imponantur. Monialibus continentiam profeſsis nequaquam monaſteriorum ſuorum ſepta egredi licebit, ſed in ijs latere debent, ac ſoli Deo pudicitiæ amatori, cui ſe conſecrârunt, quemq; (repudiatis mundi amatoribus) præoptârunt, ſe conſeruare illibatas. Nec patere debet ijs virorum conſpectus, aut viris permitti, vt monaſterium ingrediantur, niſi ineuitabilis neceſsitas requi-

Cœnobia debent inſtaurari.

Reduci iubentur non exire.

H rat.

rat. Cùm autem non detur ijs ſuasmet res foris procurare, œconomum ſibi deligere poterint fidum, frugalem & honeſtum, qui debeat ijs & Viſitatori quater in anno, & quoties poſcitur, reddere negotiorum ſuorum rationem. Quòd ſi inutilem eum, aut grauem, aut infidum experiantur, poterint eo amoto alium ſurrogare.

Canoniſſæ Seculares.

Quæ verò continentiæ ſtudiũ ſectantur, abſque voti profeſsione, & vitam in collegijs ducunt religioſam, quales vocantur Canoniſſæ, etiamſi non habeant, quam tamen decentiſsimum eſſet habere, menſam communem, ſed ſuam quæque peculiarem: debent tamen commune habere dormitorium, ne pudicitię inſidiatori Sathanæ detur occaſio, ad incontinentiam tentandam. Debent quoq; à nimis exquiſito & procaci habitu abſtinere, nec ſeculariter comptis incedere veſtibus excultæ, ſed in habitu modeſto, mundo & caſto, vt ſint earum monaſteria ſcholæ pudicitiæ & virtutum, in quibus filiæ nobilium diſcant non laſciuire, non ſuperbire, ſed Deum timere & orare. Pijs aſſueſcant exercitijs ac moribus bonis. Vbi voluerint nupturæ in Domino. Talia autem Collegia, ſicubi in his virgines ob liberiorem vitam, fa-

mam

nam ſuam in periculum adducant, per ſuperiores & Epiſcopos reformentur, Canoniſſarum verò frequens & crebra in Iure Canonico fit mentio, & per ſingulos annos viſitari iubentur: Pontifices tamen apertè proteſtantur, earum ſe regulam non approbare.

Chriſtianorum Cicero Lactantius Firmianus: Sapientia, inquit, cum religione inſeparabili nexu cohæret, quia & in colendo ſapere oportet, id eſt ſcire, quid, & quomodo ſit colendum, & in ſapiendo colere, id eſt, re & actu quod ſciuerimus implere. Idcirco & in ſapientia religio, & in religione ſapientia eſt: nec poteſt ſegregari: quia ſapere nihil aliud eſt, niſi Deum verum iuſtis ac pijs cultibus honorare. Quod cùm Maiores noſtri perſpicerent, varias ſcholas atque Academias fundârunt, quibus iuuentus bonas artes & ſapientię ſtudia doceretur. Infinitas quoque parochias, innumeraq; cœnobia, & collegia erexerunt, vt omnes hominum ordines, vtrumque, religionem ſiue pietatē, & ſapientiam diſcerent, retinerent, propagarēt. Et neutrum vllo tempore in eccleſia neglectum fuit.

Lib. 4. diuinarum Inſtitut. cap. 3.

Religio & ſapientia inuicem inſeparabiliter cohærent.

Prælectiones ſcholaſticæ, & ſacræ conciones ad religionis & pietatis conſeruationem, cognitionemque in primis

neceſſariæ ſunt: Fides quippe ex auditu, & auditus per verbum Dei, omneſq; artes à magiſtris diſcuntur. Per doctrinam inſtruuntur rudiores in fide, corriguntur mali, boni in propoſito confirmantur, hæretici & falſarum opinionum magiſtri redarguuntur: ſed à pietate, & cultu Dei, atque virtutibus, ſi quis eam ſeparare voluerit, vehementer ille quidem delirat. Nam cognitio & ſapientia ſine pietate, ne ſapientia quidem appellatur, & obeſt plerumque reipublicæ, prodeſt ferè nunquam. Multoque ſatius eſt, bonos habere ciues & indoctos, quàm eruditos & improbos.

Pietas ineruditæ præſtat ſuperbæ doctrinæ.

Quamobrem veteres pietatis & religionis, magis, quàm ſapientiæ & lectionis atque doctrinæ rationem habuerunt. Vt mallent ineruditam pietatem, quàm eruditionem abſque pietate & religione, ſiue eruditionem impiam atque inflatam. Rectè enim Eccleſiaſticus: Melior eſt homo, qui minuitur ſapientia, & deficiens ſenſu in timore Dei: quàm qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem altiſsimi. Et Salomon: Qui ambulat ſimpliciter ſaluus erit, qui peruerſis graditur vijs, ccidet ſemel. Sobrietatem, modeſtiam, iuſtitiam, virtuteſq; reliquas, & æternam felicitatẽ ſine erudi-

Eccli. 9.

Prouerb. 28.

eruditione & literis poſſumus acquirere: veram eruditionem, aut eloquentiam beatitudinemque ſine probitate ac timore Dei nemo fuit, qui aſſequeretur. Virtus etſi nulla doctrina firmetur, per ſe tamen ſplendet, & optimarum rerum affluentia, beatum reddere ſuum poſſeſſorem poteſt: doctrina ſine probitate parum prodeſt.

Timor Domini, ait Iob, ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo, intelligentia. Item Deuteron. 17. & Ioſue 1. rex iubetur, non tantùm ſcire legem, ſed etiam facere eam atque cæremonias omnes obſeruare. Pulchrum eſt illud *Auguſtini*: Nunquid Domine Deus veritatis, quiſquis nouit iſta, ipſe placet tibi? Infelix enim homo, qui ſcit illa omnia, te autem neſcit: beatus autem, qui te ſcit, etiamſi illa neſciat. Qui verò & te, & illa nouit, non propter illa beatior, ſed propter te ſolum beatus eſt, ſi cognoſcens te, ſicut Deum glorificet, & gratias agat, & non euaneſcat in cogitationibus ſuis. Cumque Antonij cæterorumque indoctorum monachorum pietatem & virtutes intelligeret, exclamabat: *S*urgunt indocti, & cœlum rapiunt, nos cum doctrinis noſtris ſine corde, ecce vbi volutamur in carne & ſanguine? Rurſus ad

Iob. ca. 28.

lib. 5. Confeſſionũ ca. 4.

lib. 8. cap. 8. Confeſſionum.

Epiſtola 112. Paulinam de videndo Deo perſcriptus: Primùm, inquit, mihi videtur, plus valere in hac inquiſitione viuẽdi, quàm loquendi modum. Nam qui didicerunt à Domino Ieſu Chriſto mites eſſe, & humiles corde; plus cogitando & orando proficiunt, quàm legendo & audiendo.

Gerſon ſiue Thomas Kempis lib. 1. c. 1. & 2. de imitatione Chriſti. Huc etiam illud referendum eſt: Quid prodeſt alta de Trinitate diſputare, ſi careas humilitate, vnde diſpliceas Trinitati? Verè alta verba non faciunt ſanctum & iuſtum, ſed bona vita efficit Deo charum. Si ſcires totá Biblia, & omnia philoſophorum dicta, quid prodeſſet ſine charitate Dei & gratia? Melior eſt humilis ruſticus, qui Deo ſeruit, quàm ſuperbus Philoſophus, qui ſe neglecto, curſum cœli conſiderat. Hinc veteres ſemper cum prælectionibus, & concionibus ſacris, preces & ſacrificia coniunxerunt. Baſilius Magnus ad Nazianzenum ſcribit: Preces lectionibus ſuccedentes, fortiorem & vigentiorem animam deſiderio ad Deum commotam ſuſcipiunt. Bona eſt precatio, quæ euidentem Dei notionem animo inducit. *Epiſtola. 1.*

In docendo diligentiſsimi fuerunt ve-

teres,

teres, ſed mores quoque formârunt, vt quę didicerant auditores vita & moribus exprimerent. Vnde Hilarius: Meditatio legis non ſolùm in verbis legendi eſt, ſed in opere, & religione: neque vt libros tantùm & ſcripturas recenſeamus, ſed vt ea quæ ſcripturis ac libris continentur, geſtis rebusque meditemur, & diurna nocturnaque opera legem ſemper exerceant. Iuſtinus Philoſophus & Martyr, atque Athenagoras Philoſophus Chriſtianus, apertè profitentur, non in verbis, ſed in operibus Chriſtianam religionem conſiſtere, vt ſint eius ſectatores, & doctiores, & meliores. Parumq́;, authore Lactantio, prodeſt cognitio, niſi honeſta actio ſubſequatur. Verba quidem ſunt propter res inuenta, & ſcientia atq; doctrina propter actionem: vt inutilis exiſtat ſcientia & doctrina, ſi nihil aliud ſequatur.

Hilarius Pict. in Pſal. 1.

Chryſippus pleraque ſcripſit, ait Epictetus, non tam vt quis eum interpretaretur, quàm vt iuxta ea operaretur, & viueret. *Si habuero prophetiam*, inquit D. *Paulus, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam: charitatem autem non habuero, nihil ſum. Scientia inflat, charitas ædificat.* Concione, lectione, doctrina inſtrui-

Epict. tus enchirid. c. 64.

1. Corinth. 13. & 8.

ſtruimur: verùm oratione, eleemoſyna, ieiunio, cæteriſq; bonis operibus mundamur, ſoluimur à peccatis, & diuinum
Luc. 11. nobis numen conciliamus. Beatos demum fore Chriſtus pronunciat, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.
Roman. 2. Et Paulus: Regnum Dei non in ſermone,
Iacobi 1. ſed in virtute conſiſtit. Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores iuſtificabuntur. Idem hortatur & docet
2. Petri 1. Petrus: Miniſtrate in fide veſtra virtutẽ, in virtute autẽ ſcientiam: ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem
1. Ioan. 2. & electionem faciatis. Similiter Ioannes: In hoc ſcimus, quoniam cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in eo veritas non eſt.

Nehe. 8. & 9. Prædicantur Iudęi, quòd ex Babylonica captiuitate reuerſi, cùm legem & præcepta Dei pro concione Ezdræ attentè audiuiſſent, in perpetuum iuxta hæc ſeſe
Homilia 29. in Act. victuros receperint. Præclara Chryſoſtomi ad ſuos auditores oratio eſt: Obſecro & oro, ne hoc ſolum ſpectetis, quomodo in eccleſiam veniatis, ſed quomodo aliquid inde portantes domum reuertamini, cum pharmaco veſtrarum affectionum: ſi non totum ſimul, partem

ſal-

ſaltem hodiè, partem cras, deinde totum curetis. Sed quorſum hæc? Vt oſtendatur eam ſemper fuiſſe Eccleſiæ Dei conſuetudinem, vt pietatem cum doctrina cõiungeret, vt auditores atque filios ſuos id vita & moribus exprimere doceret, quod in templo aut in ſchola percepiſſent: nec ſcholas cum eccleſijs permiſceret. Multi religionem à ſapiẽtia, pietatem à cognitione ſeparant, ſemper docere & diſcere volunt. Conciones ſacras, & prælectiones tantoperè vrgent, vt omnem diuinum cultum, ardentiſsimas virorum & fœminarum religioſarum preces, antiquiſsimas cæremonias, & ſacros ritus, quibus populus mirificè ad pietatem inflammatur, euertere conentur. Perpetuò verbum Dei audire iubent: preces & pietatem parum curant. Semper verba & voces, nunquam pietas. In ſcientia, cognitione hærent, nec progrediuntur vlterius, ſanctimoniam, & preces parum curant.

QVARE VETERES TAM LIBENter fuerint religioſam vitã conſectati, & quàm illa ſit ad benè beateq; viuendum vtilis, & quo animo ſit appetẽda ſolitaria & religioſa Vita.

CAPVT VII.

QVemadmodum, inquit Saluianus,

Saluiani Timotheum li. 2.

nemo hominum aliquid, niſi ſalutis cauſſa, vel vtilitatis facit: ſic & nos religionem ſuſcipimus, quia nobis conueniens hóc eſſe arbitramur: cogitantes & rerum præſentium breuitatem, & futurarum æternitatem: quàm parum iſtud, quàm grande illud: cogitantes fore tremendum iudicium, æternosque cruciatus, & communem cum Deo & ſanctis iucundiſsimam vitam. Harum etiam rerum memoria ſeſe promotum ſcribit D. Hieronymus ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis, vt in eremum ſecederet.

Eccleſiaſtes vlt. Sapiē. 15. Lactant. li. 6. ca. 9. & li. 7. cap. 6. & 17.

Perſpiciebant quoque, ad hoc à Deo hominem creatum eſſe, vt Deum creatorem ſuum noſſet, timeret, coleret, mandataque illius obſeruaret, & ex toto corde, tota anima, totisque viribus amaret. Nam poſt peccatum Adami & Euæ, atque parricidium Caini, humanæ ſalutis viam Deus per Moſen demrſtaturus: Sub te, inquit, appetitus tuus erit, & tu dominaberis illius.

Geneſ. 4.

Quare Sethini veterem illam iuſtitiam, omnibusq; bonis affluentē, falicitate quam per ſuperbiam & gulam, luxuriamqueAdamus & Eua perdiderant, per humilitatem, & ieiunium, continentiamque recuperare ſtudebant: nouumque vitæ genus, monaſticum & religioſum, philoſophicumq; introduxerunt.

erunt. A quo Seth filios Dei,& viros cœleſtes, atque monachos Moſes,Ioſephus, Philo, & Comeſtor, cæteriq́ue ſacræ hiſtoriæ ſcriptores appellant. Et à quibus ſolitudo, ieiunium,caſtitas,pietatis & ſapientiæ ſtudia profluxêre. Quæ poſt diluuium Noachus in nouum orbem introduxit: & quibus in omni ætate, Patriarchæ & Prophetæ, cæteriq́ue religioſi viri & fœminæ, reliquis omnibus rebus contemptis, diligenter ſeſe exercuerunt, vt Eccleſiæ vtiliſsimi ciues, & Deo chariſsimi filij euaderent.

Didicerant etiam, quod Spiritus ſanctus per Iacobum Apoſtolum cap. 1. aſſeuerat: illam demum religionem veram, & mundam, Deoq́ue gratam exiſtere, religioſum ſeſe & immaculatum cuſtodire ab hoc ſeculo.

Imò, quod ipſe Chriſtus Matthæi 5. præcepit:Eſtote vos perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Anguſtamq́ue portam eſſe aſſeruit, & arctam viam, quæ ducit ad vitam: vt pauci eam propter corporis voluptates, curasq́ue vitæ præſentis, & nimium rerum terrenarum amorem, inueniant, ſad regnum cœlorum vim patiatur. Oportere igitur animam ſuam perdere in hoc mundo, qui in æternum illam *Matth.7.* *Matth.11.* *Lucæ.16.*

con-

Math.12. conſeruare velit. Futurùm aliquando prædixit, vt non modò facta hominum in iudicium reuocentur, ſed de omni quoque verbo otioſo homines rationem reddere cogantur, iuſto iudici Deo.
Matth. 25. 8. 13. Quando illi, qui in hac vita pietatem atque iuſtitiam coluerunt, & benè beateque vixerunt, ibunt in vitam æternam: contra verò, quotquot ſe voluptatibus corporis dediderunt, earumque ſe miniſtros præbuerunt, corporibus elapſi proficiſcentur in ignem æternum. Vbi erit fletus & ſtridor dentium, hoc eſt, vbi miris modis in ſempiternum cum Diabolo patre ſuo excruciabuntur. Vt meritò prædixerit Sophonias:
Sophoniæ.1. Diem Domini fore, diem tribulationis, & anguſtiæ, Diem calamitatis, & miſeriæ, quando nec amici, nec opes, nec poteſtas, quemquam poterint liberare ab ira & iuſta ſententia Dei. Et tunc vix iuſtus ſaluabitur, impius & peccator vbi parebit?

1.Petri 4. Præcepit ergò, vt omnes homines ad futurum iſtum tremēdi iudicij diem vigilarent,
Matth. 24. eò quòd ne hora quidem eius à quoquam præſciretur. Et qui tunc parati eſſent, atque oleum in ſuis lampadibus in tempore procuraſſent, intraturos dixit ad nuptias vitæ immortalis: imparatos verò ſeſe excluſurum, decem virginū

para-

parabola, eleganter aperuit. Quique nuptialem veſtem tunc nondum habuerit, eiectum iri, ligatis manibus & pedibus, in tenebras exteriores præmonuit. Ad hæc, de vita interrogatus: clementer reſpondit: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Et quomodo aliquis perfectus eſſe poſsit, indicauit: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, & ſequere me. Et omnis qui reliquerit Domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit. *Matth. 11.*

Hinc multi viri & fœminæ commotæ fuerunt, vt omnibus bonis externis, propriaque voluntate relicta, ſeſe totos rebus diuinis conſecrarent, vt per euangelica Dei ipſius conſilia, ad perfectiorem iuſtitiam excreſcerent. Videbant quoq; Diuum Paulum Apoſtolum non modò erudita & longa oratione virginitatem prædicaſſe: verùm etiam aſſeruiſſe, quòd baptiſati & credentes in Chriſtum, eſſent ipſi deſponſati, tanquam viro, quòdque oporteret tanto ſponſo mentem caſtam cuſtodire. Item quòd hominum in terra viuentium conuerſatio deberet *1. Corinth. 7.* *Philipp 3.*

1. Theſſal. 4. beret eſſe in cælis, quodque voluntas Dei exiſtat ſanctificatio noſtra. Hoc eſt, interprete Tertulliano, vt qui imago Dei ſumus, ſimilitudo etiam fieri ſtudeamus, id eſt, ſancti conemur fieri, ſicut ipſe ſanctus

1. Theſſal. 5. eſt. Poſtremò, quòd dies Domini ſicut fur venturus eſſet in nocte: & quando impij arbitrabũtur magnam eſſe ſecuritatem, tũc repentinus ijs ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & quod effugere nemo poterit.

Apocali. 10. Eodem referebant, quod Ioannes profitetur; vidiſſe ſe Angelum habentem vnum pedem ſuper terram, & vnum ſuper mare, voce magna exclamantem, & iurãtem per viuentem in ſecula ſeculorum: poſt illum diem non futurum tempus

lib. 4. Ezdræ cap. 7. aliud pœnitentiæ. Similiter ſanctus Angelus apud Ezdram comparat cælum vrbi plenæ omnium bonorum, ſed cuius introitus admodum anguſtus & periculoſus à ſit; dextris eius ignis habeatur, à ſiniſtris verò aqua, nec ſemita plures capiat, quàm veſtigium vnius hominis. Prædixit quoque: Nemo poterit tunc ſaluare qui perijt, neque demergere qui vicit. Et iuſti, quibus ſunt opera mul-

Eodem libro cap. 8. & 9. ta repoſita, ex proprijs operibus recipient mercedem. Qui verò non cogno-

uerunt

uerunt viuentes, beneficia conſecuti, & faſtidierunt legem Dei, cùm adhuc eſſet pœnitentiæ locus, poſt mortem in cruciatu cognoſcent.

Iam verò, multum certè refert, quibus cum homo quotidiè conuerſetur: & quo loco pietati atque ſapientiæ operam dare velit. Nam regius Propheta Dauit. Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, cum electo electus eris, cum peruerſo peruerteris. *Pſal. 17.* Dauidis prudentiſsimus filius Salomon: Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit: amicus ſtultorum ſimilis efficietur. *Prouerb. 13.* Et Eccleſiaſticus: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam: qui ſe iungit fornicarijs, erit nequam. *Eccleſ. 13. & 19.* In multitudine preſbyterorum prudentium ſta, & ſapientiæ illorum ex corde coniũgere, vt omnem narrationem Dei poſsis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. *Eccleſ. 6.* Neque fruſtra eſt, quod Scriptura ſacra deſcribit. Iobum virum Iuſtum habitaſſe in terra Hus, hoc eſt, inter homines ſceleratos & improbos bonum permanſiſſe, quod profectò difficilimum eſt. *Iob.* Tobiam quoque & Danielé prædicat, quòd cum improbis

1. Theſſal. 4. beret eſſe in cælis, quodque voluntas Dei
exiſtat ſanctificatio noſtra. Hoc eſt, interprete Tertulliano, vt qui imago Dei ſumus, ſimilitudo etiam fieri ſtudeamus, id eſt, ſancti conemur fieri; ſicut ipſe ſanctus
1. Theſſal. 5. eſt. Poſtremò, quòd dies Domini ſicut fur venturus eſſet in nocte: & quando impij arbitrabũtur magnam eſſe ſecuritatem, tũc repentinus ijs ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & quod effugere nemo poterit.

Apocali. 10. Eodem referebant, quod Ioannes profitetur; vidiſſe ſe Angelum habentem vnum pedem ſuper terram, & vnum ſuper mare, voce magna exclamantem, & iurãtem per viuentem in ſecula ſeculorum: poſt illum diem non futurum tempus
lib. 4. Ezdræ cap. 7. aliud pœnitentiæ. Similiter ſanctus Angelus apud Ezdram comparat cælum vrbi plenæ omnium bonorum, ſed cuius introitus admodum anguſtus & periculoſus à ſit; dextris eius ignis habeatur, à ſiniſtris verò aqua, nec ſemita plures capiat, quàm veſtigium vnius hominis. Prædixit quoque: Nemo poterit tunc ſaluare qui perijt, neque demergere qui vicit. Et iuſti, quibus ſunt opera multa repoſita, ex proprijs operibus reci-
Eodem libro cap. 8. & 9. pient mercedem. Qui verò non cogno-
uerunt

uerunt viuentes, beneficia conſecuti, & faſtidierunt legem Dei, cùm adhuc eſſet pœnitentiæ locus, poſt mortem in cruciatu cognoſcent.

Iam verò, multum certè refert, quibus cum homo quotidiè conuerſetur: & quo loco pietati atque ſapientiæ operam dare velit. Nam regius Propheta Dauit. Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, cum electo electus eris, cum peruerſo peruerteris. *Pſal. 17.* Dauidis prudentiſsimus filius Salomon. *Prouerb. 13.* Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit: amicus ſtultorum ſimilis efficietur. Et Eccleſiaſticus: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam: qui ſe iungit fornicarijs, erit nequam. *Eccleſ. 13. & 19.* In multitudine presbyterorum prudentium ſta, & ſapientiæ illorum ex corde coniũgere, vt omnem narrationem Dei poſsis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. *Eccleſ. 6.* Neque fruſtra eſt, quod Scriptura ſacra deſcribit. Iobum virum Iuſtum habitaſſe in terra Hus, hoc eſt, inter homines ſceleratos & improbos bonum permanſiſſe, quod profectò difficilimum eſt. *Iob.* Tobiam quoque & Danielẽ prædicat, quòd cum improbis

probis Babylonijs fuerunt probi. D. Paulus Apoſtolus in hanc ſententiam Mænandri verſum vſurpat: Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Idcirco eiuſdem ſtudij atque voluntatis viri & fœminæ, vnius authoritati & imperio ſe, ſuaque omnia in monaſterio ſubijciebant, vt omnibus curis externis, atq; impedimentis vacui, Deo & Domino ſuo liberiùs rectiusque inſeruirent. Obſeruabantque illud, quod *Chriſtus Ieſus*, & Ioannes Baptiſta crebrò ſe à turba hominum in ſolitudinem abdidiſſent: ſed veteres quoque philoſophi, ſapientię mundanæ ſtudio, vrbes & congreſſus populares atque amicos & diuitias, libenter reliquiſſent. Quàm enim ſolitudo aptus ſit pietatis & ſapientiæ exercendæ locus, ſupra ex Baſilio Magno enarraui. *Auguſtinus* religionem portus alicuius ſimilitudinem habere probant, in qua ſi non perfecta ſecuritas eſt, tutiores tamen homines ſint, quàm in ſeculo. D. Chryſoſtomus omnium præſtantiſsimum monachorum vitam exiſtere contra eius vituperatores varijs argumentis elegantiſsimè demonſtrauit. Recentius eſt illud Thomæ Kempis: Congregatio bonorum, eſt quaſi turris fortitudinis à facie inimici. Ibi namq; homo ſecuriùs viuit, vbi

Vide cap. 5.

In Pſal. 99.

Sermone 2. ad nouitios no. 1.

vbi à pluribus iuuatur: & ſi interdum ab aliquo tribulatur, ab alio rurſus conſolatur. Qui bonæ voluntatis eſt, & Deum quærit, inter Deum quærentes ampliùs proficiet, & firmiùs ſtabit. Ibi ad perfectiora verbo & exemplo trahitur, ibi ſuam imperfectionem conſiderare & lugere compellitur: ibi verecundatur eſſe vilior, ibi confunditur inueniri tardior. Ibi alterius correptio, eius fit admonitio: ibi alienum periculum proprium efficitur ſpeculum. Ibi infirmus à fortiore ſuſtentatur, & vno deficiẽte, alius locum eius ſupplet, ac ſana membra pro debilibus ſollicitantur. Ibi actiuus pro vacante laborat: ibi Deo vacans pro laborante orat. Ibi habet homo multos pro ſe orãtes, & in extremis ſe contra diabolum protegentes: ibi tot auxiliatores inuenit, quot ſocios habet, qui ipſi in neceſsitatibus aſsiſtunt. Pluribusque verbis monaſticæ vitæ præſtantiam, & vtilitates perſequitur. Quod & viui pro mortuis fratribus, & mortui pro viuis diligentiſsimè orent, vt omnes ſaluentur: & imperfectiores, propter aliorum ardentiſsimas preces, vitam & lætitiam ſempiternam percipiant. Alij religionem agrum Dominicum vocant, quod in ea vita contemplatiua ducatur; in qua ſpiritualia ſe-

Cœnobiticæ vitæ fructus & commoda.

minantur, vt fructum centuplum reddant. Anchoranus ad Clementinam, Eos, de regularibus. Quapropter Thomas Kempis ad amicum quendam ſcribens: Magnas, inquit, meritò gratias agere debes, quòd te præ cæteris ex tam turbulento ſtatu, in piam ſalutaremque ſocietatem vocare dignatus eſt. Nam dignitates, honores, officia, quibus ſocij olim tui nunc onerantur, plena miſeriarum ſunt, & citò finem habebunt: tu verò nihil vides, legis, audis præterquam vtile & ſalutare.

Satis inter omnes hoc conuenit, quòd quicunque faciunt iniquitatem & peccatum, hoſtes ſint animæ ſuæ: quodque Deus oderit, qui operantur iniquitatem. Iam verò, *tolle occaſionem, & abſtuliſti peccatum*: longè autem plures occaſiones ad peccandum habent, qui extra cœnobium, quàm qui in cœnobio concluſi, ſub obedientia, & oculis aliorum viuunt. Ideoque SS. Patres quia putabant inter tot occaſiones peccandi, vix peccatum caueri poſſe, in eremum ſeſe, aut monaſteria abdiderunt. Et ſacri canones magnis ſceleribus inſignes, ad pœnitentiam dignam inuitaturi, aptiſsimum locum eſſe indicant monaſteria, quòd omnis

nis tunc peccandi occaſio in poſterum auferatur. Baſilius Magnus religioſam vitam obſeruationis euãgelicorum dogmatum adiutricem vocat.

Præclarè etiam dixit Seneca: Nulla res magis animos induit honeſtos, & à malo reuocat in rectum, quàm bonorum virorum conuerſatio. Et: Salutare eſt, non verſari cum diſsimilibus: turba etſi non mutat, tamen impedit, vt candela quamdiu lucerna continetur ardet, ſi eximas, extinguitur.

Veteres illos Apoſtolicos viros religionem fuiſſe ingreſſos Philo refert, amore rerum cæleſtium, & beatæ atque immortalis vitæ deſiderio. Plurimique nobiles adoleſcentes in magnis opibus enutriti, in magna ſpe dignitatis & honoris educati, ſtudio tam admirabilis virtutis, quam in cœnobijs tunc cernebant, incenſi, opes deſeruerunt, honores contempſerunt, voluptates aſpernabantur, & in eorum ſocietatem, quaſi in tranquillum vitæ portum, ab aduerſa vitiorum tempeſtate, confugerunt. *Vide ſupra cap. 4.*

Haud paucæ etiam virgines, eximia ſpecie, & inſigni pulchritudine, quarum

nuptias multi iuuenes nobiles ambiebāt, omnes huius vitę blanditias cōtempſere, vt in ſanctarum virginū collegijs, multò ſuauius Chriſti ſpiritu & conſuetudine fruerentur. Vt non coactæ fuerint ad monaſteria, ſed non potuerint ex monaſterijs retineri.

Quando hunc tractatum ante complures annos conſcriptum, recognoſco, incidi in tres libros, patris Hieronymi Plati, de bono ſtatus religioſi, accuratè conſcriptos: quibus religioſum hoc vitæ genus & illius ſectatores commendaturus, & à calumnijs defenſurus, ab vtilitate, à dignitate ſiue præſtantia, & à iucunditate prædicat: & quod his tribus veteres permoti, huc ſeſe totos contulerint, & plurimi meritò ſe conferre debeant perſuadere conatur. Quod hoc vitæ genus infinitas vtilitates ſecum adferat, & à laqueis, peccandique occaſionibus, quæ ſunt in hoc ſeculo retrahat. Cum animæ ſuæ ſalus vnicuique, præ omnibus rebus, curæ eſſe debeat. Mundus verò ſit totus lubricus, & Dei ferè legibus contrarius: homo æger & infirmus: Dæmonē habeat infeſtiſsimū, & artificioſiſsimū hoſtē. Quare Regibus propheta Dauid omnibus exēplū præbuerit, clamādi in cœlū: Quis dabit mihi pennas

Vtilitatis ex lib. 1.

ſicut

ſicut columbæ, volabo,& requieſcã: ecce elongaui fugiens & manſi in ſolitudine. Varias paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ religioſæ vtilitates commemorat. Additque: Magnam in hoc ſolitario vitæ genere commodatem haberi,ad vacandum ſoli Deo, & illius voluntatem exequendum: & ad acquirendas virtutes aptiſsimum eſſe. Vbi maior gratia Dei infundatur:& maius meritum.Idem declarat, ex ductu vt gubernatione vnius Præpoſiti; ex præſcriptis legum regulis; ex bona conuerſatione & exemplis bonis, quæ ſunt rudiorum libri, & maximè docent allicuintque: ex mutua ope bonorum operum: ex vinculo votorum: ex ſecuritate mortis: ex peculiari cura Dei & patrocinio: ex interceſsione virginis Matris, & Sanctorum : quod eorũ preces Deus facilium exaudiat: quodque liberi à curis, ſollicitudinibus,& periculis, atq; laqueis ſint,quibuſcum ſeculares colluctantur: à quibus etiam immunes non ſint Clerici ſeculares, Prælati, & Epiſcopi. *Pſ. 54.*

Dignitatem & præſtantiam inde colligit: Quòd religioſa ſocialis vita Deum, & Patriarchas, Prophetas, & Apoſtolos authores habeat : quod in hunc ſtatum influant omnes virtutes : quod de glo- *Dignitas religioſæ vitæ. lib. 2.*

ria & præmijs Martyrum participet. Etſi enim tam graues cruciatus non perfert: tamen quæ tolerat ſunt longiora & diuturniora. Pergit ibi: Quòd religioſi ſint amici, filij, & ſponſæ Dei: & cum ei conſecrentur, templum Dei; ac propter ſui oblationem, perpetuum ſacrificium & holocauſtum: quòd habeant ſimilitudinem cum rege: Ex Chriſti promiſsione, qui reliquerunt omnia, & ſecuti ſunt me, ſedebunt ſuper ſedes 12. & iudicabunt 12. tribus Iſrael. Ex gloria quam in cælis conſecuturi ſunt religioſi: Quod viri ſanctitate & doctrina inſignes, aut miraculis clari ferè religioſi extiterint: ſummi Pontifices, Epiſcopi, Prælati, & Reges, Principeſque plurimi, hinc exorti, vel huc ſeſe contulerint: maxima commoda, & lætiſsimos fructus reipublicæ contulerint: Multos populos ad Chriſtum adduxerint, quòd ſtatus religioſus aptiſsimus ſit, ad hoc opus perficiendum: quòd infiniti religioſi doctrina & eloquentia excelluerint, monaſteriaque fuerint ſeminarium doctorum virorum, & religioſi faciliùs doctrinam aſſequantur: plurimumque ornamenti reipublicæ attulerint religioſi ordines: ideo-

ideoq́ue magnus honor illis in hac, & in futura vita exhibeatur

Iucunditatem, & delectationes corporis religioſi tan quam vanas & fluxas non curent religioſi, animæ delectatiónes quæ in Deo ſunt conſectentur. Iucunditas eorum ſit, quod diuinis ſaciati bonis, careant ſecularibus moleſtijs, curis, periculis, & vitę ſecularis laborioſæ & turbulentę incommodis: ex ſpiritualium fratrum ſimilium conuictu; ex oratione, & plurimis gaudijs ſpiritualibus, occultis oblectationibus & delitijs: ex ſtudijs literarum quas colunt. *Iucunditas religioſæ vitæ lib. 3.*

Ex centuplo præmio promiſſo: quòd religioſus ſtatus ſit ſimilis paradiſo cæleſti, horto voluptatis, & delitiarum, ipſius Dei ſapientiſsimi artificis manu cõſita, vt in eo homines feliciſsimam vitam agerent.

Concludit ex iſtis, (quæ ſingula copioſè ibi ediſſerit) Religioſa vita nihil vtilius, nihil dignius, pręſtantiusq́;, nihil iucundius, nihil felicius, quæ cæleſti vitæ tam ſimilis ſit, vt nunc futuram illam beatitudinem quaſi largiſsimè prægustet: & propterea hoc vitæ genus amplectendum eſſe.

Aliqui fortaſsis non recta voluntate, ad

religioſum vitæ genus accedunt, ergóne omnes religioſi, & ipſe ordo, ex hoc abuſu, vituperabitur? Angelus Dei Tobiæ c. 6. profitetur, eos, qui propter inſanam potius libidinem, quàm filiorum procreationem matrimonium contrahunt, grauiſsimè in officio peccare: ac cùm Deum à ſe menteque ſua excludant, in Diaboli poteſtatem venire. Hoc verò etſi multi coniuges faciunt, ideone matrimonium reprehendetur? Præſertim cùm illos qui alia voluntate ingrederentur, grauiſsimè ſemper Eccleſia caſtigarit. Nam in concilio Prouinciali Colonienſi, ſub Hermanno 5. parte 10. cap. 4. decretum extat: Qui monaſterium ingreditur alio affectu, quàm ſimplici amore Dei ductus, veluti ſpem vel promiſsionem Abbatiam conſequendi habens, vel in otio viuere affectans, vel lucris temporalibus inhians, vel honores ab hominibus appetẽs: quiſquis talis eſt, non Dei filius, aut monachus, ſed planè mercenarius eſt. Ideoque *Chriſtus* cuidam illum ſequi volenti reſpondit: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius hominis non habet, vbi caput reclinet.* Ambroſius priſcas Ro. Veſtales redarguit, quod non caſtitatis & religionis amore, ſed propter priuilegia & immunitates
iſtud

iſtud continentiæ genus ſubirent. Indignum ergò eſſet Chriſtianis religioſis, ſi eſum potiùs quàm *Ieſum*, otium magis quàm pietatis ſtudium hic ſectarentur.

DE OFFICIO PARENTVM ERGA *illas proles, quas religioſæ vitæ deſtinarunt, & quòd nemo ad ingreſſum cogendus ſit, nemo etiam prohibendus contra ſuā voluntatem.*

CAPVT VII.

QVantum vniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ interſit, vt nati atque in lucem editi infantes, rectè à teneris per parentes, & cognatos, nutrices atque magiſtros educentur inſtituanturque: & quantoperè omnes parentes diuino Iure promiſcuè id facere teneantur: ac quantum omnes gentes, quæ bonos ciues habere cupiebant, olim in eo ſtudij atque laboris poſuerint: alibi à me eſt ex profeſſo ediſſertum. Nunc futurum monachum deſcripturus, parentes in primis admonendos duxi, plurimùm referre, quomodo iam inde à principio habeatur, qualemque magiſtrum, quos conſodales accipiat, qui ſolitariæ & religioſæ, vereque philoſophicæ vitę generi deſtinatur. Rectè enim dixit Salomon: Adoleſcens

Vide l. 2. officiorum, & in hiſtoria Ariſtææ quæſt. 41. & l. 1. Academiarum.

Prouerb. 22. dixit Salomon: Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit non recedet Threnor. 3. ab ea. Et Hieremias: Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum Domini ab adoleſcentia ſua. Ac quàm difficilè eſt, Aethiopes mutare pellem, tanta cum difficultate coniunctum affirmat ſcriptura, agere benè, & virtutes amplecti, qui à teneris didicerit malè, & varijs cupiditatibus eſt deprauatus. Debent ergo parentes vel amici, quos Deo conſecrauerunt, in primis curare, vt hoc paulatim à teneris doceãtur, quod ad iſtud vitæ genus pertinet: præſeruentur autem ab ijs rebus, quæ nocituræ videbuntur, abſtineantque ab eorum conſuetudine, qui malis moribus pręditi, diuerſa ſibi ſtudia propoſuerunt. Id quod D. Hierony. Sãpſonis, Samuelis, Ioannis Baptiſtę exemplo, ad Lætã de inſtitutione Paulę, quã prius ait Chriſto conſecratam fuiſſe, quàm naſceretur, eleganter demonſtrat. Vbi grauiſsimus vir conſulit, vt in virginum monaſterio futura virgo nutriatur, cæteraque omnia, quæ ad virginis rectam educationem pertinent, deſcribit.

Iudicum 13. peculiarem Sampſonis educationem Angelus parentibus deſcrip-

ſcripſit. Et Michas, Iudicum 17. cùm puerum quendam Leuitici generis futurum ſacerdotem, honeſtiſsimè diligentiſsimeque aleret, Nunc, inquit, ſcio, quòd benefaciet mihi Deus, habenti *Leuitici* generis ſacerdotem. B. Ambroſius Euſebium prædicat, quòd Ambroſiam filiam Deo ſacram diligentiùs curaret; Commendas, inquit, mihi pignus tuum Ambroſiam Deo ſacram, & pio eius affectu tibi aſſeris præſtantiorem. reliqua ſobole ſollicitudinem. Et verè ita eſt apud mentem fidelem. Cæteros enim inſtituis, vt emittas domo, & aliis copules: iſtam tecum ſemper habebis. In cæteris quoque paternæ vteris pietatis neceſsitudine, in hac vltra patrem procedis, votoque & ſtudio progrederis, vt placeat Deo. Quæ cum ſit præſtantior cauſſa votorum, ſola tamen ſoluat, quicquid pro ſe, & pro omnibus filiis debes. Hoc eſt ſacrificium quod Abel obtulit ex primitiuis ouium ſuarum fœtibus.

Ambroſ. l. 1. de Inſtitutio.

Iam verò, futuris militibus aut mercatoribus optimus magiſter, lectiſsima ſchola, magnis ſumptibus procuratur: futurus monachus, & Dei miniſter, vel ſponſa, parum à multis curatur. Ne dicam, quòd non amore Dei, nec pro natura

tura, aut ingenio, ſaluteque liberorum, ad cœnobia eos perducant, ſed vt claudis, cæcis, turpibus, ſæpeque improbis paruo precio liberentur, id agant. Quos grauiſsima oratione meritò perſtringit Hieronymus: Solent miſeri parentes, & non plenæ fidei Chriſtiani, deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere, Tanti (vt dicitur) vitrum, quanti margaritum. Certè, qui religioſiores ſibi videntur, paruo ſumptu, & qui vix ad aliementa ſufficiat, virginibus dato, omnem cenſum in vtroque ſexu ſecularibus liberis largiuntur. Idque ſuo tempore crebrò eueniſſe profitetur, vt ſecularium luxui & delitijs abundè prouiderent, religioſas verò inopes relinquerent.

Ad Demetriadem de virginitate ſeruanda.

Vtrumque, proh dolor, nimis crebrò iam, euenit, vt reliquis ditiſsimis ea prorſus negligatur, quæ pro parentibus, totaque familia, diebus & noctibus precatura eſt: aut talis ad cœnobium veniat, vt oneri ſit & dedecori. Ex quo fonte magna ex parte mihi prouenire videtur, quòd longè florentior olim religio, puriorque Clerus, atque nunc eſt, apparebat. Tunc enim rectè priùs æducati & inſtructi ad cœnobia col-

legia-

legiaque perducebantur: nunc verò malis moribus & falſa religione deprauati ex aulis Principum, ex militia, & rebus mundanis huc extruduntur, à quo natura abhorrent, vel ſaltem nunquam delectati fuerunt.

Omnes autem Canones ſeneriſsimè prohibuerunt, ne inuiti ad hoc ſacrum vitæ genus cogerentur, vel reciperentur.

Concilium Tridentinum omnes cuiuſcunque qualitatis, & conditionis fuerint, etiam qualibet dignitate fungentes, *ſeſſ. 25. c. 18.*
anathemati ſubijcit, ſi quomodocunque coegerint aliquam inuitam, præterquam in caſibus in Iure expreſsis, ad ingrediendum monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque religionis, vel ad emittendam profeſsionem: quiq; conſilium, auxilium, vel fauorem dederint, aut ſcientes eam non ſponte ingredi, aut habitum ſuſcipere, profeſsionemque emittere, hinc actui quoque modo præſentiam, conſenſum, vel authoritatem interpoſuerint. Libertatique virginum conſulere volens Concilium, ſtatuit, ne vlla habitum ſuſcipiat, nec profeſsionem ædat, priuſquam illius voluntas rectè exploretur: an coacta an ſeducta, an ſciat, quid agat.

Coge-

Verùm in his omnibus oportet pactum abeſſe, ne ſcilicet aliquid promittatur, vel detur pro ingreſſu in religionem ca. Quam pro 1. q. 2. 5. Tho. 2.2. q. 100. A.3. Alioqui enim totus in religionem ingreſſus ſimonia labe fœdabitur. Sed illud minimè diſsimulandum eſt, aliquos interdum labi & decipi, cum plus quàm par ſit, paſsim adoleſcentulos ad religionem capeſſendam inducunt, ſolicitant, & vrgent aſsiduè, ac id faciunt magno ſtudio, ac tandem ſuadent, vt ſimplex religionis votum faciant Alij contra à Religione deterrent, auocant, abducunt, & prohibent multis, & malis artibus impediunt & remorantur, plus æquo, quos poſſunt, quorum vtrumque eſt in vitio & quod reprehendi Iure poſsit, ac debeat. Nam eos qui ab ipſo Deo vocati magno deſiderio religionem appetunt, prohibere, piaculum Sancti patres cenſuerunt. De vtroque hoc loco; de tentatione ex parentibus, & propinquis, ne ingrediantur religionem: & contra illos, qui liberos vel propinquos à religione reuocant, pulchrè tractauit. P. Hiero, Platus Libro 3. de bono ſtatus religioſi, capite 34.

Ecce autem aliud dæmonis telum aduerſus religioſam vocationem ex tenerio-

riori affectu in ſuos: quod meritò Hieronymus arietem pietatis appellat, quia duobus quaſi cornibus ad hăc ſalutis munitionem quatiendam inſtructum eſt. Alterum eſt enim amor & charitas illa naturalis, quæ etiam iure ijs deberi exiſtimatur, à quibus quiſque genitus ſit, vel qui ex ijſdem geniti ſint. Alterum inſuper omnia complectitur, quæ à propinquis ad hanc voluntatem labeſactandam adhiberi ſolent, preces, obſecrationes, lachrymas, argumenta etiam ex domeſticis rationibus deprompta & reliqua id genus. *Epiſt. 16.*

Contra hănc inimici noſtri ſubdolam ſimul, & tamen acrem ac vehementem (vtrumque enim hic coniunctum eſt, quod in alijs rarò cõtingit) tentationem ita nos armari oportet, vt hoc teneamus certum & fixum, cùm ſemel de Dei voluntate nos ad religionem vocantis conſtiterit, quocunq; modo conſtiterit, quicquid deinde proponatur, quod ab hoc diſtrahat, aut auocet, non poſſe niſi à dæmone proficiſci. Quare illa omnia, quæ parentes, amici, propinqui, aut alij quiuis (omnium enim eadem eſt cauſa) in hoc genere vel loquantur, vel faciant, ita audienda, itaque accipienda ſunt, vt ab illo auctore conflata, qui omnibus quidem *Abac. 1.*

ria & præmijs Martyrum participet. Etſi enim tam graues cruciatus non perfert: tamen quæ tolerat ſunt longiora & diuturniora. Pergit ibi: Quòd religioſi ſint amici, filij, & ſponſæ Dei: & cum ei conſecrentur, templum Dei: ac propter ſui oblationem, perpetuum ſacrificium & holocauſtum: quòd habeant ſimilitudinem cum rege: Ex Chriſti promiſsione, qui reliquerunt omnia, & ſecuti ſunt me, ſedebunt ſuper ſedes 12. & iudicabunt 12. tribus Iſrael. Ex gloria quam in cælis conſecuturi ſunt religioſi: Quod viri ſanctitate & doctrina inſignes, aut miraculis clari ferè religioſi extiterint: ſummi Pontifices, Epiſcopi, Prælati, & Reges, Principeſque plurimi, hinc exorti, vel huc ſeſe contulerint: maxima commoda, & lætiſsimos fructus reipublicæ contulerint: Multos populos ad Chriſtum adduxerint, & quòd ſtatus religioſus aptiſsimus ſit, ad hoc opus perficiendum: quòd infiniti religioſi doctrina & eloquentia excelluerint, monaſteriaque fuerint ſeminarium doctorum virorum, & religioſi faciliùs doctrinam aſſequantur: plurimumque ornamenti reipublicæ attulerint religioſi ordines: ideo-

ideoque magnus honor illis in hac, & in futura vita exhibeatur

Iucunditatem, & delectationes corporis religioſi tan quam vanas & fluxas non curent religioſi, animæ delectationes quæ in Deo ſunt conſectentur. Iucunditas eorum ſit, quod diuinis ſaciati bonis, careant ſecularibus moleſtijs, curis, periculis, & vitę ſecularis laborioſæ & turbulentę incommodis: ex ſpiritualium fratrum ſimilium conuictu; ex oratione, & plurimis gaudijs ſpiritualibus, occultis oblectationibus & delitijs: ex ſtudijs literarum quas colunt. *Iucunditas religioſæ vitæ lib. 3.*

Ex centuplo præmio promiſſo: quòd religioſus ſtatus ſit ſimilis paradiſo cælesti, horto voluptatis, & delitiarum, ipſius Dei ſapientiſsimi artificis manu cõſita, vt in eo homines feliciſsimam vitam agerent.

Concludit ex iſtis, (quæ ſingula copioſè ibi ediſſerit) Religioſa vita nihil vtilius, nihil dignius, pręſtantiusq́; nihil iucundius, nihil felicius, quæ cæleſti vitæ tam ſimilis ſit, vt nunc futuram illam beatitudinem quaſi largiſsimè prægustet: & propterea hoc vitæ genus amplectendum eſſe.

Aliqui fortaſsis non recta voluntate, ad

 religio-

religioſum vitæ genus accedunt, ergóne omnes religioſi, & ipſe ordo, ex hoc abuſu, vituperabitur? Angelus Dei Tobiæ c. 6. profitetur, eos, qui propter inſanam potius libidinem, quàm filiorum procreationem matrimonium contrahunt, grauiſsimè in officio peccare: ac cùm Deum à ſe menteque ſua excludant, in Diaboli poteſtatem venire. Hoc verò etſi multi coniuges faciunt, ideone matrimonium reprehendetur? Præſertim cùm illos qui alia voluntate ingrederentur, grauiſsimè ſemper Eccleſia caſtigarit. Nam in concilio Prouinciali Colonienſi, ſub Hermanno 5. parte 10. cap. 4. decretum extat: Qui monaſterium ingreditur alio affectu, quàm ſimplici amore Dei ductus, veluti ſpem vel promiſsionem Abbatiam conſequendi habens, vel in otio viuere affectans, vel lucris temporalibus inhians, vel honores ab hominibus appetẽs: quiſquis talis eit, non Dei filius, aut monachus, ſed planè mercenarius eſt. Ideoque *Chriſtus* cuidam illum ſequi volenti reſpondit: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius hominis non habet, vbi caput reclinet.* Ambroſius priſcas Ro. Veſtales redarguit, quod non caſtitatis & religionis amore, ſed propter priuilegia & immunitates

iſtud

iſtud continentiæ genus ſubirent. Indignum ergò eſſet Chriſtianis religioſis, ſi eſum potiùs quàm *Ieſum*, otium magis quàm pietatis ſtudium hic ſectarentur.

DE OFFICIO PARENTVM ERGA illas proles, quas religloſæ vitæ deſtinarunt, & quòd nemo ad ingreſſum cogendus ſit, nemo etiam prohibendus contra ſuã voluntatem.

CAPVT VII.

QVantum vniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ interſit, vt nati atque in lucem ęditi infantes, rectè à teneris per parentes, & cognatos, nutrices atque magiſtros educentur inſtituanturque: & quantoperè omnes parentes diuino Iure promiſcuè id facere teneantur: ac quantum omnes gentes, quæ bonos ciues habere cupiebant, olim in eo ſtudij atque laboris poſuerint: alibi à me eſt ex profeſſo ediſſertum. Nunc futurum monachum deſcripturus, parentes in primis admonendos duxi, plurimùm referre, quomodo iam inde à principio habeatur, qualemque magiſtrum, quos conſodales accipiat, qui ſolitariæ & religioſæ, vereque philoſophicæ vitę generi deſtinatur. Rectè enim dixit Salomon: Adoleſcens

Vide l. 2. officiorum, & in hiſtoria Ariſteæ quaeſt. 41. & l. 1. Academiarum.

Prouerb. 22. dixit Salomon: Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit non recedet *Threnor. 3.* ab ea. Et Hieremias: Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum Domini ab adoleſcentia ſua. Ac quàm difficilè eſt, Aethiopes mutare pellem, tanta cum difficultate coniunctum affirmat ſcriptura, agere benè, & virtutes amplecti, qui à teneris didicerit malè, & varijs cupiditatibus eſt deprauatus. Debent ergo parentes vel amici, quos Deo conſecrauerunt, in primis curare, vt hoc paulatim à teneris doceâtur, quod ad iſtud vitæ genus pertinet: præſeruentur autem ab ijs rebus, quæ nociture videbuntur, abſtineantque ab eorum conſuetudine, qui malis moribus prędiiti, diuerſa ſibi ſtudia propoſuerunt. id quod D. Hierony. Sãpſonis, Samuelis, Ioannis Baptiſtę exemplo, ad Lætã de inſtitutione Paulę, quã prius ait Chriſto conſecratam fuiſſe, quàm naſceretur, eleganter demonſtrat. Vbi grauiſsimus vir conſulit, vt in virginum monaſterio futura virgo nutriatur, cæteraque omnia, quæ ad virginis rectam educationem pertinent, deſcribit.

Iudicum 13. peculiarem Sampſonis educationem Angelus parentibus deſcrip-

ſcripſit. Et Michas, Iudicum 17. cùm puerum quendam Leuitici generis futurum ſacerdotem, honeſtiſsimè diligentiſsimeque aleret, Nunc, inquit, ſcio, quòd benefaciet mihi Deus, habenti Leuitici generis ſacerdotem. B. Ambroſius Euſebium prædicat, quòd Ambroſiam filiam Deo ſacram diligentiùs curaret; Commendas, inquit, mihi pignus tuum Ambroſiam Deo ſacram, & pio eius affectu tibi aſſeris præſtantiorem. reliqua ſobole ſollicitudinem. Et verè ita eſt apud mentem fidelem. Cæteros enim inſtituis, vt emittas domo, & alijs copules: iſtam tecum ſemper habebis. In cæteris quoque paternæ vteris pietatis neceſsitudine, in hac vltra patrem procedis, votoque & ſtudio progrederis, vt placeat Deo. Quæ cum ſit præſtantior cauſſa votorum, ſola tamen ſoluat, quicquid pro ſe, & pro omnibus filijs debes. Hoc eſt ſacrificium quod Abel obtulit ex primitiuis ouium ſuarum fœtibus. *Ambroſ. l. 1. de Inſtitutio.*

Iam verò, futuris militibus aut mercatoribus optimus magiſter, lectiſsima ſchola, magnis ſumptibus procuratur: futurus monachus, & Dei miniſter, vel ſponſa, parum à multis curatur. Ne dicam, quòd non amore Dei, nec pro natura

tura, aut ingenio, ſaluteque liberorum, ad cœnobia eos perducant, ſed vt claudis, cæcis, turpibus, ſæpeque improbis paruo precio liberentur, id agant. Quos grauiſsima oratione meritò perſtringit Hieronymus: Solent miſeri parentes, & non plenæ fidei Chriſtiani, deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere, Tanti (vt dicitur) vitrum, quanti margaritum. Certè, qui religioſiores ſibi videntur, paruo ſumptu, & qui vix ad aliementa ſufficiat, virginibus dato, omnem cenſum in vtroque ſexu ſecularibus liberis largiuntur. Idque ſuo tempore crebrò eueniſſe profitetur, vt ſecularium luxui & delitijs abundè prouiderent, religioſas verò inopes relinquerent.

Ad Demetriadem de virginitate ſeruanda.

Vtrumque, proh dolor, nimis crebrò iam, euenit, vt reliquis ditiſsimis ea prorſus negligatur, quæ pro parentibus, totaque familia, diebus & noctibus precatura eſt: aut talis ad cœnobium veniat, vt oneri ſit & dedecori. Ex quo fonte magna ex parte mihi prouenire videtur, quòd longè florentior olim religio, puriorque Clerus, atque nunc eſt, apparebat. Tunc enim rectè prius æducati & inſtructi ad cœnobia collegia-

legiaque perducebantur: nunc verò malis moribus & falſa religione deprauati ex aulis Principum, ex militia, & rebus mundanis huc extruduntur, à quo natura abhorrent, vel ſaltem nunquam delectati fuerunt.

Omnes autem Canones ſenerißimè prohibuerunt, ne inuiti ad hoc ſacrum vitæ genus cogerentur, vel reciperentur.

Concilium Tridentinum omnes cuiuſcunque qualitatis, & conditionis fuerint, etiam qualibet dignitate fungentes, *ſeſſ. 25. c.* 18. anathemati ſubijcit, ſi quomodocunque coegerint aliquam inuitam, præterquam in caſibus in Iure expreßis, ad ingrediendum monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque religionis, vel ad emittendam profeßionem: quiq; conſilium, auxilium, vel fauorem dederint, aut ſcientes eam non ſponte ingredi, aut habitum ſuſcipere, profeßionemque emittere, hinc actui quoque modo præſentiam, conſenſum, vel authoritatem interpoſuerint. Libertatique virginum conſulere volens Concilium, ſtatuit, ne vlla habitum ſuſcipiat, nec profeßionem ædat, priuſquam illius voluntas rectè exploretur: an coacta an ſeducta, an ſciat, quid agat.

Coge-

Cogere igitur, vel impellere, aut ſeducere prohibitũ eſt: hortari, aut bonis rationibus perſuadere licet. Sicut amplioris dotis ſpe inuitare ad nuptias non eſt contra libertatem matrimonij: ſic legatum filiæ ſi monaſterium intret, vel monaſterio ſi eam recipiat, non eſt ſymonia, ſed inuitatio ad piam cauſam. Petrus Anchoramus ad cap. Nemo poteſt. de reg. Iur. in 6.

Ioannes Azorius Lorcitanus parte 1. lib. 12. Moralium inſtitutionum cap. 1. Quæritur inquit: Vtrum liceat nobis ad religioſum inſtitutum capeſſendum quempiam inducere: Reſpondeo cum S. Thom. 2.2. q. 189. art. 9. & 10. & Mai. in 4. diſt. 38. q. 16. §. dubitatur, licere: is enim cui religioſæ vitæ inſtitutum perſuademus, hac ratione à mundanæ vitæ periculis propè innumeris auocatur, & ad Chriſti conſilium amplexendum adducitur. At tria, inquit S. Thomas, in hoc aliquando peccantur: Primò, cùm quis minis, metu, atque terroribus id genus vitæ ſuſcipere atque amplecti compellitur: qua ratione interdum parentes, fratres aut cognati ſuas in monaſteria detrudunt. Deinde, cùm quis muneribus per ſimoniã datis, & acceptis pertrahitur, *Vide cap. 11.*

Cap.

Cap. Quam pio 1. Queſt. 2. Poſtremò, cùm quis mendacijs, aut fraudibus, & alijs malis artibus permouetur, aut impeditur, quò minùs ſe ad religioſam vitam conferat. in cap. præſens 20. q. 3. Cautum eſt, ne vllo modo quis per vim ad habitum religionis ſuſcipiendum, aut vitam monaſticam profitendam trahatur.

Quæres, quid ſi abſque vllo pacto cuipiam munuſcula tribuas, vt eius beneuolentia & voluntate conciliata ad religioſæ vitæ genus eligendum & ſectandum moueas, & flectas, allicias & attrahas?

Reſpondeo: id fieri ſine vllo peccato, vt expreſsè docet S. Thom. 2. 2. q. 100. a. 3. quemadmodum etiam fas nobis eſt, Ethnicos ad fidem & religionem Chriſti traducere muneribus, ac donis gratuito ac liberaliter propoſitis, oblatis, & datis vt ait Silu. verbo Iudæus q. 6.

Pari ratione Ius nobis eſt adoleſcentes ægenos alere, vt deinde religionem ſuſcipiant; ſic etiam admittere, vt ad tempus in ipſo religioſorum domicilio gratis inſeruiant, quò ſic poſtea in eorum familiam & ſodalitatem cooptentur.

Verùm

Verùm in his omnibus oportet pactum abeſſe, ne ſcilicet aliquid promittatur, vel detur pro ingreſſu in religionem ca. Quam pro 1. q. 2. 5. Tho. 2.2. q. 100. A. 3. Alioqui enim totus in religionem ingreſſus ſimonia labe fœdabitur. Sed illud minimè diſsimulandum eſt, aliquos interdum labi & decipi, cum plus quàm par ſit, paſsim adoleſcentulos ad religionem capeſſendam inducunt, ſolicitant, & vrgent aſsiduè, ac id faciunt magno ſtudio, ac tandem ſuadent, vt ſimplex religionis votum faciant Alij contra à Religione deterrent, auocant, abducunt, & prohibent multis, & malis artibus impediunt & remorantur, plus æquo, quos poſſunt, quorum vtrumque eſt in vitio & quod reprehendi Iure poſsit, ac debeat. Nam eos qui ab ipſo Deo vocati magno deſiderio religionem appetunt, prohibere, piaculum Sancti patres cenſuerunt. De vtroque hoc loco; de tentatione ex parentibus, & propinquis, ne ingrediantur religionem: & contra illos, qui liberos vel propinquos à religione reuocant, pulchrè tractauit. P. Hiero, Platus Libro 3. de bono ſtatus religioſi, capite 34.

Ecce autem aliud dæmonis telum aduerſus religioſam vocationem ex tenerio-

riori affectu in ſuos: quod meritò Hieronymus arietem pietatis appellat, quia duobus quaſi cornibus ad hãc ſalutis munitionem quatiendam inſtructum eſt. Alterum eſt enim amor & charitas illa naturalis, quæ etiam iure ijs deberi exiſtimatur, à quibus quiſque genitus ſit, vel qui ex ijſdem geniti ſint. Alterum inſuper omnia complectitur, quæ à propinquis ad hanc voluntatem labefactandam adhiberi ſolent, preces, obſecrationes, lachrymas, argumenta etiam ex domeſticis rationibus deprompta & reliqua id genus. *Epiſt. 16.*

Contra hanc inimici noſtri ſubdolam ſimul, & tamen acrem ac vehementem (vtrumque enim hic coniunctum eſt, quod in alijs rarò cõtingit) tentationem ita nos armari oportet, vt hoc teneamus certum & fixum, cùm ſemel de Dei voluntate nos ad religionem vocantis conſtiterit, quocunq; modo conſtiterit, quicquid deinde proponatur, quod ab hoc diſtrahat, aut auocet, non poſſe niſi à dæmone proficiſci. Quare illa omnia, quæ parentes, amici, propinqui, aut alij quiuis (omnium enim eadem eſt cauſa) in hoc genere vel loquantur, vel faciant, ita audienda, itaque accipienda ſunt, vt ab illo auctore conflata, qui omnibus quidem *Abac. 1.*

Abac.1. inſidiatur, ſed vt latro, multo magis vbi maior eſt præda, & de quo ſcriptum eſt, Cibus eius electus. Is enim quos per ſe ipſum expugnare non potuit, eos ſæpè huiuſmodi inſtrumẽtis, quibus, vtpote gratioribus, molliores ſunt ad pectora noſtra aditus, expugnauit.

Vetus autem eſt ars iſta diaboli, quæ illi in parente noſtro Adamo nimium benè proceſsit. Nam quid intereſt (ait Auguſtinus in hac ipſa re) vtrum in vxore,
Epiſt.38. an in matre, dum tamen Eua in qualibet muliere caueatur? Nam iſta vmbra pietatis de folijs illius arboris venit, quibus ſe primum parentes noſtri damnabili pietate texerunt.

Grad.3. Rectè ergo Climachus: Melius eſt, inquit, contriſtare parentes, quam contriſtare Dominũ Ieſum. Hic enim nos creauit, & ſaluauit: illi ſępè ſuos amando perdiderunt. Amor Dei, ipſiuſque ſanctum deſiderium extinguit in anima carnalem parentũ amorẽ: qui autem vtroſq; amores in vno corde claudi poſſe putet, is ſeipſum decipit. Ne te moueãt tuorũ lachrymæ, ne tu tibi ipſi æternas lachrymas parias. Cũ te parẽtes & propinqui circũdant ſicut apes, imò ſicut veſpæ, plangentes, & lamẽtãtes, tu tibi propone peccata tua, vt dolorem dolore vincas. *Hęc* Climachus.

Sed

Sed tamen quia ab ignaris,atq; indoctis naturæ ius,ipſumque Dei præceptum de parentibus honorãdis ſæpe prætenditur, videndum eſt quam hoc vim habeat. Eſt autem hoc pro certo ponẽdum ex communi Theologorum ſententia, nullam ijs in hoc genere obedientiam deberi,idque ob triplicem cauſam: *Primam* licet *2.2.4.104.* ſumere ex B. Thoma, qui in ijs, quæ ad *art. vlt.* corporis naturam pertinent,omnes homines pares eſſe affirmat, atque in eiuſmodi rebus nec ſeruum eſſe inferiorem domino,nec filium patre,vt ſunt quę vel ad corporis neceſsitatem, vel ad prolem gignendam pertinent. Ex quo ille effici vult,nullam eſſe rationem,cur vllus cogi poſsit,vt ex alterius,etiam parentis arbitrio vel matrimonium ineat; vel ſe ſeruet continentem.

Simile eſt quod ex naturæ princi- *9. Eth.cap.2.* pijs docet Ariſtoteles, qui cum multa de filiorum obligatione aduerſus parentes dixiſſet, ad extremum tamen quærit, num in omnibus omninò officijs,ita ex eorum obedientia viuendum ſit, vt nunquam ab ea liceat diſcedere? Reſpondet autem non in omnibus: nam ſi filius ægrotet, magis eum medico obtemperare debere in ijs, quæ ad ſanitatem conferunt: ſi militet, po-

tius duci in ijs, quæ ad bellicam diſciplinam ſpectant.

Quòd ſi quis veteris legis præceptum obijciat, quo parẽtes honorare iubemur, reſpondebimus idem quod olim Auguſtinus Adimanto hæretico, cuius impietas eò vſque eruperat, vt ob hanc cauſam Euangelium calumniari non vereretur, quaſi Decalogo à Deo dato contrarium. Reſpondet enim, & honorandos eſſe parentes, & tamen propter annunciandum regnum Dei nulla impietate poſſe contemni: quoniam honor ille in ſuo gradu ſeruandus eſt, ſed in diuina amoris comparatione, præſertim ſi parentes hunc amorem impediant, exui, abijcique oportere.

Lib. contra Adim. cap. 8.

Altera ratio eſt, quòd cum paternum ius in liberos nihil ſit aliud, quam participatio quædam eius auctoritatis, quæ eſt in Deo, à quo, vt ait Paulus Apoſtolus, eſt omnis paternitas, ex eo fit, vt vicaria tantùm, & delegata poteſtate nitatur. Quare ſi ita accidat, vt aliud Deus, aliud parentes præcipiant, cui dubium ſit, quin tum ceſſet patria iuriſdictio, quoniam eius voluntati repugnat, à quo ea accepta eſt? Idem enim eſt, ac ſi Rex familiæ ſuę, vel vrbi quempiam ſuo nomine pręfecerit, ac deinde aliquid præfectus iſte

Ephe. 3.

impe-

imperet, Rex autẽ contrarium: qui enim illi pareat, hic in Regem contumax, & periurus habeatur.

Quam ob rẽ Bernardus in ea Epiſtola, quam Helyę monachi ſui nomine ad eius parentes ſcripſit: Sola, inquit, cauſa, qua non liceat obedire parentibus, Deus eſt. Ipſe enim dicit: Qui amat patrẽ, & matrẽ pluſquã me, nõ eſt me dignus: Si me verè vt boni & pij parentes diligitis, ſi fidelem erga filiũ pietatem habetis, quid me patri omnium Deo placere ſatagentem inquietatis, & ab eius ſeruitio, cui ſeruire regnare eſt, abſtrahere tentatis? Verè nũc cognoſco, quia inimici hominis domeſtici eius. In hoc vobis obedire nõ debeo, in hoc vos non agnoſco parẽtes, ſed hoſtes. Epiſt. 111. Matth. 10.

Tertia etiã cauſa huius eſt, quia ſi vere, quaſi rationibus ſubductis, ſupputare velimus, quid parẽtibus noſtris debeamus, tam parum nos ab eis accepiſſe cognoſcemus, vt Dei reſpectu verius nihil ſit. Nam cum homo animam habeat & corpus, in anima quidem, quæ pręcipua in homine pars eſt, ac penè totus homo, conſtat nullam eos partem, ne minimã quidem habere: hæc enim tota à Deo creatur, nec vlla vis ineſt vel homini, vel etiam Angelo, qua eius effectionem attingere queat. Reſtat ergò corpus, quod etiamſi totum

ab homine compingeretur, tamen paulò amplius ei deberemus, quam ſi veſtē nobis, aut inſtrumētū aliquod ad aliquid faciendum, aut vās ad aliquid capiendum confeciſſet. Hęc enim prꝑſtat corpus animæ, & certè paulò plus: quin etiā in multis eam impedit, & perturbat, & obtūdit, vt ne perfecti quidē inſtrumenti ad omnia animæ opera peragenda vim habeat. Itaque, vt dixi, etiam ſi totum corpus ſoli nobis homines dediſſent, tamen quota pars noſtri illa eſſet? Nunc verò in ipſo quoq; corpore quā prope nihil eſt, quod parentes de ſuo conferunt? Vt enim ſi cū quis in terram ſpuiſſet, de illo ſputo Deus ſtatim vel ſtatuam, vel aliam rem efformaret, vter illius rei auctor diceretur, Deus an is qui caſu in terram expuerat? Sic enim Dominus Deus informem materiā ab homine exciſam ad corpus cōformādum adhibet: ipſe fingit, ipſe diſtinguit, ipſe ex vna illius parte neruos; ex alia verò oſſa & ſanguinem, & cætera membra compaginat, quæ tantum abeſt vt homines efficiant, vt & quo modo ea fiant, & an fiant, non intelligant: quod apparet, quia ſæpè cùm maximè prolem cupiunt, eam tamen habere non poſſunt.

Scitè ergo Auguſtinus: Iſtis, inquit, generan-

nerátibus Deus creat. Nam ſi tu creas, dic quid tua mulier paritura ſit? Quid dicā? tu dic. Dicat ipſa, quæ quod portat ignorat. *Pſalm. 70. Conc. 2.*

Accedit etiam illud, quod quidquid illud eſt tam exiguum, quod illi de ſuo cō ferunt, ne ſuum quidem iure appellare poſſunt, quoniam illud ipſum à Deo accipiunt, veriuſque Dei eſt, quam illorum. Benè hoc agnoſcebat Beat⁹ ille Iob, *Iob 10.* qui ſui corporis, ac ſingularum eius partium confectionem ita Deo tribuebat, quaſi nullius hominis opera, illius tantū manibus digitiſque, vt ille loquitur, totū in circuitu plaſmatum eſſet. Nonne, inquit, ſicut lac mulciſti me, & quaſi caſeū coagulaſti, oſsibus & neruis compegiſti me, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meū? & alter Propheta, Tu pater noſter, *Eſai. 63.* & Abrahā neſciuit nos: quaſi diceret. Quid nobis dedit Abraham, vt ei progenitoris nomen debeatur? Omnium verò apertiſſime & grauiſsimè ipſe Dominus, & Saluator noſter, Nolite vobis patrem vocare ſuper terram: vnus eſt enim Pater veſter, qui in cælis eſt. *Matth. 22.*

Quanquam hæc quidem omnia ad naturalem vitam pertinent, quæ vix vita, & certè ſi ſola ſit, ne vita quidem appellanda eſt, quoniam mortua eſt. Vera enim vita eſt illa, quā in nobis efficit Dei

gratia: in qua conferenda quis locus fuit vel patri, vel matri, quæ nos poti⁹ in pec-
Pſalm.30. catis, vt Dauid queritur, concepit, vt ante damnati, quam nati eſſemus? Quod cum adeò verum ſit: hic ſolus erit pater noſter, à quo duplicẽ hãc vitã accepimus, illi ſoli vt patri obediendum, & obſequendũ, & gratificandum. Huc enim reſpicit illud Hieronymi præceptum ad Furiam matronam. Contriſtabitur pater, ſed lætabi-
Epiſt.10. tur Chriſtus. Lugebit familia, ſed Angeli gratulabuntur. Faciat pater quod vult de ſubſtantia ſua. Non es eius, cuius nata, ſed cui renata, & qui te grandi pretio redemit ſanguine ſuo.

Quam ob cauſam non ſolùm licebit, ſed etiam decebit vnumquemq; religio-
Epiſt.411. ſum ea dicere, quæ Helias ille apud Bernardum ad parentes ſuos ſibi infeſtos dicit: Quid à vobis habeo, niſi peccatum & miſeriam? Hoc ſolum, quod geſto corruptibile corpus, de veſtro habere me fateor, & agnoſco. Non ſufficit vobis, quòd me in hanc ſeculi miſeriam miſeri miſerum induxiſtis, quod in peccato, & peccatorẽ peccatores genuiſtis, quod in peccato natũ de peccato nutriſtis, niſi etiã inuidendo mihi miſericordiam, quam conſequutus ſum ab eo, qui nõ vult mortem peccatoris, filiũ inſuper gehennę faciatis? Diuer-

Diuerſis quoq; authoritabus & exemplis declarat: parentibus, propinquis, & amicis periculoſum fuiſſe, à religionis ingreſſu arcere vel impedire eos qui à Deo vocabantur.

Omniaque pacta & ſtatuta quæ prohibent, vel retrahunt ab ingreſſu religionis, tanquam impia, non valere, aſſerit Didacus Couarruuias ad cap. Quamuis, de pact. in 6. part. 3. §. 2.

Pleraſque virgines, ait Ambroſius, cognoui, velle ſequi, & prohiberi à matribus, Nempe ſi hominem amarent filiæ veſtræ, per legem poſſent eligere, quem vellent: Deum non licet? Et alibi: At certè ipſis gentilibus inter aras & focos venerabilis ſolet eſſe virginitas, & in quibus nulla meritorum eſt pietas, nulla mentis integritas, in ijs tamen carnalis virginitas prædicatur. A profanis igitur cæremonijs virgines nemo prohibebit, ab Eccleſia Dei virginitas arcebitur? Illic coguntur quod non docentur, hic interdicitur, quod non licet non doceri? Illic præmijs reuocantur à nuptijs, hic ad nuptias coarctabuntur iniurijs? Illic violentia fit vt capiantur, hic fiet violentia, ne profiteantur?

Ambroſ. l. 1. de virg. to. 1.

li. 3. de virg.

D. itaque Hieronymus, Lætæ præcipit, vt Paulam Deo conſecratam filiam

non exornet, ora depingat, nec collum auro vel margaritis premat, ſed habitus & veſtitus doceat eam, cui promiſſa ſit.
Ad Letam de inſtitut. filiæ. to. 1. Et memorabili exemplo parentes deterrere conatur, ne proles ſuas ſoli Deo adhærere, religionẽ ingredi, Chriſtiq; ſpõſas euadere impedire auſint. Prætextata nobiliſsima fœmina, iubẽte viro Hymetio, qui patruus Euſtochij virginis fuit, habitum eius cultumque mutauit, & neglectum crinem mundano more pexuit, vincere cupiens, & virginis propoſitum, & matris deſiderium. Et ecce tibi, eadem nocte, in ſomnis cernit veniſſe ad ſe Angelum, terribili voce minitantem pęnas, & hæc verba frangentem: Túne auſa es viri imperium præferre Chriſto? tu caput virginis Dei tuis ſacrilegis attrectare manibus? quæ iam nunc areſcent, vt ſentias excruciata quid feceris, & finito menſe quinto, ad inferna duceris. Sin autem perſeueraueris in ſcelere, & marito ſimul orbaberis & filijs. Omnia per ordinem expleta ſunt, & ſeram miſeræ pœnitentiam velox ſignauit interitus. Sic vlciſcitur Chriſtus violatores templi ſui, ſic gemmas & pretioſiſsima ornanamenta defendit. Quæ Hieronymi oratio etiam illis expendenda erat, qui à religionis ingreſſu publico edicto prohibent,

bent, pudicitiæ ſepta reuellunt, cænobiaque euerti, vt nullæ amplius in eis ſacræ virgines continentiam profiteantur, imperant.

Ioannes Chyſoſtomus author eſt, multos grauiter tuliſſe, quod filij atque amici monachis coniungerentur: ipſe verò indignum ait exiſtere, filios ad ciuilium rerum, & humanæ ſapientiæ ſtudium inicitare, à diuinarum & cœleſtiũ rerum perueſtigatione, ſempiternæque beatitudinis cura, arcere. Illos denique parentes parricidis immaniores, atque ſceleratiores pronunciat, qui liberos non modo à virtutum ſtudio ac religione auertunt, verumetiam per fidelem educationem bonos facere negligunt: quod vnà cum corpore animam trucident. Omnibus prætereà parentibus ſuadet, vt filios ſuos Deo ſeruire, religionem colere, monachos fieri hortentur: quippe cum huiuſmodi reliquis omnibus & ditiores, & honoratiores, beatioreſque euadant, parentes autem à Deo maximam ſint hinc mercedem conſecuturi. Nam ſi is, inquit, qui athletas ciuitatibus nutrit, vel exercet ad regis obſequium milites, maximis honoribus fruitur: quanta nos munera, quot coronas accepturi ſumus, qui tam magnos & eximios

l.2.contra vituperatores vitæ monaſt.

lib.3.

lib.3.in fi.

eximios viros, dicam veriùs Angelos, Deo educamus? Paremus igitur Deo miniſtros idoneos, & probatiſsimos famulos. Sicque & filios noſtros probatiſsimos videbimus, & ipſi vna ex illorum

Seſſ. 25. c. 18. præclaris actibus illuſtriores erimus.

Contra prohibentes verò, extant varij Canones ſacrorum Cóciliorum, præſertim Concilij Tridentini: Anathemati ſubijcit ſancta ſynodus eos, qui ſanctam virginum & aliarum mulierum voluntatem veli accipiẽdi, vel voti emittendi, quoquo modo, ſine iuſta cauſſa, impedierint. Extat egregia Imperialis conſtitutio in Codice Iuſtiniani: Hoc etiam cognitum nobis correctione noſtra dignum eſſe iudicamus: vt ſi quis in parentum poteſtate conſtitutus, vel conſtituta, vel forſitan huiuſmodi Iure abſolutus, vel abſoluta, elegerit ſe vel monaſterio, vel clero ſociare, & per reſiduum vitæ ſuæ tempus ſanctimonialiter degere voluerit: non liceat parentibus, vel eaſdem perſonas quocunque modo abſtrahere, vel propter hãc tantum modò cauſam, quaſi ingratum ingrataumúe, à ſua hæreditate vel ſucceſsione repellere.

lib. vlt. C. de Episc. & cleri. §. 2. Repetiit Gratianus c. vlt. 19. q. 3.

Quòd veterum contra cœlibes legem, ne hæreditatem adirent, Conſtantinus Magnus abolerit, teſtatur Euſebius.

Euſeb. lib. in vita Conſtãt.

Quod

Quòd ſi parentes vel amici acquieſcere tam pio ſtudio noluerint: oportere Deo magis obedire, quàm hominibus, affirmat Hieronymus: Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet ſparſo crine, & ſciſsis veſtibus, vbera, quibus te nutrierat, mater oſtendat, licet in limine pater iaceat: per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus eſt, in hac re eſſe crudelem. Veniet, veniet poſtea dies, quo victor reuertaris in patriã, quo Hieroſolymam vir fortis coronatus incedas. Rurſus: Crudelitas iſta, pietas eſt. Imò quid tam pium, quam ſanctæ matri ſanctum filium cuſtodire? Optat & illa te viuere, & non videre ad tempus, vt ſemper cum *Chriſto* videat. Dicatur cum *Chriſto*: Mater mea, & fratres mei hi ſunt, qui faciunt voluntatem patris mei. Iterum: Honora patrem tuum, ſed ſi te à vero parte non ſeparat: tam ſcito ſanguinis copulam, quàm diu ille ſuum nouerit creatorem. Et Ambroſius: dotem negabunt parentes? habes diuitem ſponſum, cuius contenta theſauro, patriæ ſucceſsionis emolumenta non quæras. Quãto dotalibus præſtat compendijs caſta paupertas? Et tamen quam audiſtis aliquando propter ſtudium integritatis legitimæ

Hiero. epiſt. 1. ad Heliodorum.

Ad Ruſticũ monachũ to. 1 vide Thomã de ingreſſu religionis c. 9 & 2. 2. q. 189.

Lib. 1. de virginibus in fi.

gitimæ factam ſucceſsionis extorrem? Contradicunt parentes? ſed volunt vinci: reſiſtunt primò, quia credere timent: indignantur frequenter, vt diſcas vincecere: abdicationem minantur, vt tentent, ſi potes damna ſeculi non timere: quæſitis adblandiuntur illecebris, vt videant, ſi variarum mollire te non queat blanditia voluptatum: Exerceris virgo dum cogeris. Vince prius puella pietatem, ſi vincis donum, vincis & ſeculum. Narratque ſuo tempore virginem nobilem, cùm à parentibus & cognatis vrgeretur ad nuptias, ad ſacroſanctum altare confugiſſe, prohibentique matri reſpondiſſe: Num melius tu me, quam altare velabis, quod ſanctificat ipſa velamina? Plus talis decet flammeus, in quo caput omnium Chriſtus quotidie conſecratur? Quid agitis vos propinqui? quid exquitendis nuptijs ſollicitatis animum? Iam dudum prouiſas habeo. Sponſum habeo cui nemo ſe comparet: diuitem mundo, potentem imperio, nobilem cœlo: ſi talem habetis, non refuto optionem, ſi non reperitis, non prouidetis mihi, ſed inuidetis. Cumque cæteris ſilentibus vnus inclamaret: Si pater tuus viueret, innuptam te manere pateretur? illa maiore religione: Et ideò fortaſſe defecit, ne quod

impe-

impedimentum poſſet afferre.

Etſi verò nullo Iure, vt iam eſt comprobatum, à ſucceſsione hæreditatis religioſi viri & fœminæ ſunt excludendæ: ſi tamen fortè excludantur, (quod aliquibus in locis hoc tempore fit) nonne caducarum & fragilium diſpendia facultatum, ſcribit eodē loco Ambroſius, futura cœli regna compenſant? Quanquam ſi verbis cœleſtibus credimus, nemo eſt, qui reliquerit domum, aut parentes, aut fratres, vxorem, aut filios, propter regnum cœlorum, & non recipiat centies, tantum in hoc tempore, in ſeculo tamen venturo vitam ęternam poſsidebit. Contra verò, Chriſtus ipſe profitetur: Veni ſeparare hominem aduerſus patrem ſuū, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam. Inimici hominis domeſtici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus. Idem ſimilitudo de exſcindendo oculo ſcandaliſante, amputandaquē manu ſignificat. Si tamen parentes egeni ſint, nec aliter quam per filios videantur ali atq; conſolari poſſe: tunc non licet ijs, omiſſo Dei pręcepto, de honorādis parētibus religionem intrare, vt author eſt D. Thomas. Idē iuris eſſe in parētib⁹, ſi filios habeant graui ægeſtate laborātes, aſſerit.

Matth. 19. *Luca 18.*

Matth 10. *Luca 18.*

P. Io:

P. Io. Azorius Lorcitanus lib. 12. c. 1. moralium inſtitutionum: vt filiorum indigẽtiæ priùs prouideant. Niſi fortè ambo Monaſterium ingredi poſsint, pater & filius. In fratribus verò & ſororibus hoc non obtinere, ait, quos frater alimentare non tenetur.

Si ſoror Iuuenis & pauper ſit, de cuius pudicitia periculum metuatur: tunc charitatem ſuadere dicit, vt fratris ingreſſus tam diu differatur, vel ſoror cõmittatur alicui fidæ & honeſtæ perſonę. De vtroque Mandoſius ſuper ſignatura gratiæ, verbo Licentiæ.

QVID FVTVRO VERO MONAcho ante cogitandum ſit: ac de expurgando prius animo à vitijs: & ne nimium diu differatur.

CAPVT IX.

QVi religionem ingredi decreuerunt, tria ipſis obſeruanda eſſe, Archiepiſcopale Bononienſe Palęoti affirmat. Primum antequam profeſsionem emittant. Secundum in ipſo actu profeſsionis. Tertium poſt profeſſionem emiſſam.

Primus ad pietatem atque ſapientiam gradus eſt, ſe ipſum noſſe. Qui enim ſe-

ipſum

ipſum nouit, non hoc tantùm perſpicit, quemadmodum ad Dei imaginem creatus, & in hanc lucem venerit, quodque diuinum quiddam in ſe habeat, quo homo dicatur, & cæteris animantibus præſtet: ſed intelligit etiam, quòd Dei & Domini ſui colendi cauſſa potiſsimum natus ſit, ideoque humana natura indignum exiſtat, peccatis & turpium rerum ſtudio ſeſe contaminare. Præterea etiam animaduertit, quos igniculos, quanta inſtrumenta & adminicula habeat à natura, ad adipiſcendas virtutes, primamque iuſtitiam & beatitudinem, quam in *Adamo* & Eua, primis omnium hominum parentibus, per peccatum amiſit, recuperandam: ſi quantum conniti animo poteſt, tantum, adiutore Deo, ſtudio & labore contendat. Homo quidem ex animo conſtat & corpore. Corpus ex terra, cæteriſque elementis quæ cernimus, & tangimus, conſtat, & in ea, vt & reliquorum animantium corpora, quando creatori & opifici ſuo Deo viſum erit, reſoluetur, vt nimiam eius curam gerere non ſit neceſſarium. Mens verò cuiuſque, authore Cicerone, eſt quiſque. Quę cum ſpirituale quid & diuinum exiſtat, ſemperque cum Deo & Angelis, ac ſanctis ſpiritibus victura, hanc virtutibus &

Cognitio ſui ipſius primus ad pietatem & ſapientiã gradus eſt.

Cicero in ſomno Scipiõ.

ſapientia exornare ac confirmare opor-
tet. Suprema enim hominis felicitas & beatitudo in agnitione Dei, & fructu bonæ operationis, teſte Ambroſio conſiſtit. Nam noſſe Deũ cõſummata iuſtitia eſt. Sacræ inquit Lactantius Firmianus, legis caput eſt, Deum noſſe, ſoli obtemperare, ſolum colere. Idcirco mundus factus eſt, vt naſcamur, ideo naſcimur, vt agnoſcamus factorem mũdi, ac noſtri, Deũ ideo cognoſcimus, vt colamus, ideo colimus, vt immortalitatem pro mercede laborum capiamus. Quoniam maximis laboribus cultus Dei conſtat: ideo præmio immortalitatis afficimur, vt ſimiles angelis effecti, ſummo patri ac Deo in perpetuum ſeruiamus, & ſimus æternum Deo regnũ. Corpus verò etſi animi quoddam mancipium eſt, cuius ſeruitiô talibus in rebus vtatur, cuique & natura ipſa, & ratio, & Deus id eſſe ſubiectum voluerunt, vt mortale & brutum immortali ac diuino: minimè tamen negligendum eſt. Nam ſine hoc ne vita quidem ipſa cõſiſtere poteſt. Iuſtinus animi corpus domicilium vocat, quod propter Dominũ creatũ eſt, & proter Dominũ honorãdũ, propterq; Dominũ vitã æternã, ſi obedierit, cõſequitur. Lactãtius vas fictile, appellat, quo animus verus homo, cõſeruetur.

Paulus Apoſtolus corpora noſtra ter-

lib. 2. off. c. 2. Sap. 15. Ioan. 17. Lactant l. 6. c. 9. l. 7. ca. 6.

Iuſtinus quæſt. 18. Lact. præfat. li. de opiſic. Dei.

reſtrem domum nominauit, continuamque inter carnem & ſpiritum pugnam eſſe ait: vt quiſquis ſecundum carnem, & corporeas voluptates vixerit, neceſſario moriatur. Honorandum ergo corpus propter Dominum, tanquã domus propter Dominum, non propter domum Dominus. Et ſi animo & ſpiritui in colendo Deo obtemperauerit corpus in æternum viuet: contra verò, ſi ſpiritũ à Deo & virtutibus ad contraria vitia pertraxerit, idcirco morietur. Tractandum autem corpus erit, vt ſe nõ dominum, ſed ſeruum animi eſſe ſentiat; nec ſibi paſcere & viuere, ſed alteri. 2. Corinth. 5. Galat. 5. Rom. 8.

Hoc ſi fortè ſpiritum ab officio, ad otium illiberale, atque voluptates, & vitia abducere conetur, reſpondeat ei ſpiritus iiſdem verbis, quibus olim Tobias *Saram* vxorem affatus eſt. Exurge, deprecare nunc Deum; filij ſanctorum ſumus. Tobiæ 8. Vbi ſeipſum per ætatem vtcunque norit, (quod omnibus hominibus in primis neceſſarium eſt, altero loco tunc ſequitur, vt aſsiduis ardentiſsimis precibus Deum oret, vt ipſi pro ſua bonitate inſpirare dignetur, in quo vitæ genere illi ſit optimè ſeruiturus: addatque gratiam tantam, quantam hõc requirit. *Si* ad religioſam vitę genus certo ſe vocari

intelligit, minimè negligat, ſed præparet animum ſuum. Nam in maleuolam animam nec virtus vlla, nec ſapientia eſt introitura. Quam hoc futuro philoſopho neceſſarium eſſet, vt ab omnibus vitijs, atque erroribus vacuam mentem, ad ſapientiæ ſtudia acceſſuri adoleſcentes adferāt, alibi eſt apertè pluribus verbis declaratum. Idem futuro monacho vel in primis neceſſarium forè puto.

Sapient. 1.

Nam Moſes à Deo in montem Oreb vocatus, calciamenta pedum priùs exuere, propter loci ſanctitatem iubebatur. Ioſue cùm in terram promiſſam aliquando tandem ingreſſurus erat, ſimile ab Angelo præceptum accepit. Et Iob Deum loquentem auditurus, præcingere lumbos, ſicut vir iubetur. Iudæis antequam in terram promiſſam venire liceret, primò mare, deindè Iordanem tranſire oportuit.

Exodi 3. *Ioſuè cap. 5.* *Iob 38.* *Exodi 14.* *Ioſuè 3.*

Ezdras ſcripturam ſacram reſtituturus, & ſecretiſsimas res contemplaturus, ieiunare, orare, in campum, ab hominum conſortio egredi, & ſuper fœnum, id eſt, carnem ſuam, ſedere cogebatur. Ac Hieroſolymam poſt reditum ex Babylone inſtauraturus prædixit Iudas, oportere prius omnem humum, inutilemque materiam exportare, vt nouo & firmo

lib. 4. Ezd. c. 9. & 14. *Nehe. 4.*

firmo loco, muri fundamentum collocaretur. VtGedeon, antequam Deo viuo altare nouum extrueret, aram Baal prius euertere cogebatur. *Iudic. 6.*

Hoc Ambroſius indicat: Comminuit atque excutit prius anima proficiens, paſsionum ſuperflua, vt fructus ſuos demonſtrare poſsit in ipſa ſegete. Quæcunque aduerſa ſunt, quæ partus impediunt bonos, hæc prius extirpanda ſunt, ne his fructifera internecentur animæ ſata. *Epiſtola 12. lib. 5. to. 3.*

Et Baſilius Magnus: Oportet quemadmodum qui ad blaneum ingrediuntur omni amictu nudantur, ſic etiam eos qui ad exercitatoriam vitam accedunt, omni materia ſeculari nudatos, intra philoſophicam vitam conſtitui. Primariumq; eſt, vt à vitijs malitiæ denudetur, per quæ anima inquinatur. Et alibi: Præparatio cordis eſt, dediſcere doctrinas, quæ ex praua conſuetudine ipſum præoccupauerunt. Neque enim in cera ſcribere poſsibile eſt, niſi prius inſitis characteribus deletis: neque animæ diuina dogmata apponi, anticipationibus ipſius ex conſuetudine nō prius exemptis. Nec tamen in præceptis Dei omninò priùs exercitatum eſſe futurum monachum oportere, Matthæi Apoſtoli ex- *Serm. 5. exercitatorio.* *Epiſtola. 2.*

Tho. 2.2. q. 189. art. 1. emplo probat D. Thomas: qui ex telonio ſecutus eſt Chriſtum. Animo, quantum licuerit, expurgato, rebusque externis rectè compoſitis, audacter, & citò, quod diu deliberauit, in Chriſti nomine aggrediatur, nec differat de die in diem: quod copioſè, & eleganter Chryſoſtomus perſcripſit l. 3. contra vituperatores vitæ monaſt. D. Thomæ Aquinati hoc adeò verum eſſe apparet, vt nec diu quidem, nec cum multis, deliberãdum exiſtimet. Quoniã Petrus & Andreas vocati à Chriſto, ſtatim relictis retibus ſecuti ſunt eũ: Iacobus quoque & Ioannes relictis retibus, & patre Zebedæo, Chriſto adhærebant. Idem ſeipſum feciſſe Matthæus cõmemorat, vt abſque vlla deliberatione telonium relinqueret. Vbi Chriſoſtomus: Diſce vocati obedientiam: neque reſiſtit, neque domum abire rogauit, vt ſuis hoc communicaret. Cùm Martha nunciaſſet ſorori ſuæ Mariæ Magdalenæ: Dominus adeſt, & vocat te, ſtatim illa ſurrexit citò & venit ad eum. Io. 11.

De ingreſſu religionis c. 9 & 2.2. q. 89. art. 10.

Matth. 4. & 9

Matth. 8. Lucæ 9.

Qui tantiſper Dominum acquieſcere rogabat, vt prius domum iret, & demortuum patrem ſepeliret: hoc tantum à Chriſto reſponſi accepit: *Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Cumque alter diceret: *Sequar te*

Do-

Domine, ſed permitte mihi primum renunciare his, quæ domi ſunt: ait ad illum Ieſus: Nemo mittens manũ ſuã ad aratrũ, & reſpiciẽs retro, aptus eſt regno Dei. Eaque non ad iſtos tantum pertinere, ſed ad omnes homines promiſcuè referri, profitetur Hieronymus, & ſi non ab ipſo Chriſto, ſed per Chriſtum interius vocentur: & periculoſiſsimum ait exiſtere, quiſquis vocationi Spiritus ſancti reſiſtit. Auguſtinus refert, duos milites, lecta S. Antonij vita, hoc cæleſtis vitæ deſiderio exarſiſſe: quorum alter ad ſocium dixerit: Ego Deo ſeruire ſtatui, & hoc ex hac hora, in hoc loco aggredior. Deplorat quoque Auguſtinus, quod ipſe conuerſionem ſuam procraſtinarit. Cumque dubitare videretur, an quod tentabat obſeruare poſſet: ipſa continentia blanda manus auxiliatrices porrigens, irriſione exhortatoria his verbis prouocarit: Ibi tot pueri, & puellæ, ibi iuuentus multa, & omnis ætas, & graues viduæ, virgines, anus, tu non poteris quod iſti & iſtæ? An vero iſti & iſtæ in ſemetipſis poſſunt, ac non in Domino Deo ſuo? Dominus Deus eorum me dedit ijs. Quid in te ſtas, & non ſtas? Proijce te in eum, noli metuere, non ſe ſubtrahet, vt cadas;

lib. 8. confeſ. cap. 6.

Auguſtinus lib. 8. cap. 11. confeſſ.

proijce te ſecurus, excipiet & ſanabit te. Sin verò tanta ſit cauſę alicuius magnitudo, vt alios conſulere oporteat, quomodo iſta rectiſsimè tranſigantur, qualiterque ſit in religionem intrandum: in conſilium adhibere vult, qui nec à religione auerſuri credantur, & prudentia conſilioque ſint inſtructi. Inimici autem hominis domeſtici eius. Quare S. Benedictus in deſertum abiturus, non nutrici ſuæ, verùm Romano monacho propoſitum ſuum aperuit. Tantæ namque diaboli fraudes ſunt, vt cùm ſe à pijs viris repelli intelligit, per eos impedire conetur, quorum amor, oratio, atque voluntas plurimum apud eos ponderis habet. Illorum quoque argumenta, qui diu & multum ante religionis ingreſſum cum amicis deliberandum putant, ſubtiliter refellit D. Thomas. Pulchrè admonet Eccleſiaſticus: Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. D. Hieronymus ad Heliodorũ ſcribens, ait: Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet ſparſo crine, & ſciſsis veſtibus vbera, quibus te nutriuerat mater oſtendat, licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus

Matth. 10.

Gregor. lib. 2. dialog. & li. 3. moralium.

Eccli. 5.

nus eſt, in hac re eſſe crudelem. Facilè rumpit hæc vincula amor Dei, & gehennæ timor. Helias tamen Propheta Dei, permiſit Eliſæo, vt patrem & matrem ſuam, antequam ſequeretur illum, oſcularetur. *Lib.3.Reg. cap.19.*

Ante profeſsionem religionis, Archiepiſcopale Bononienſe Palæoti, religioſos hortatur; vt exemplum Magorum ſapientiſsimorum Regum intueantur; quem itineris curſum ſeu quam vitæ rationem illi fuerint ſecuti, vt ad Chriſtum peruenirent. Magi autem ſtella quæ ipſis in cælo apparuit, excitati fuerũt. Ita religioſus vir vel fœmina, ſibi perſuadeat principium ſuæ conuerſionis, ſi verè ad Deum conuerſa eſt, à lumine quodam interiore, atque cæleſti quadam inſpiratione deſcendiſſe: ideoque Deo gratias agat, quod nullis meritis ſuis, ſed diuina tantum benignitate, tam excelſum ſit donum conſecutus. Sicut Petrus Apoſtolus non abſimili propoſito aiebat: Virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vocauit vos in admirabile lumen ſuum. Deinde Magi viſa ſtella ſtatim domo egreſsi ſunt ad quęrendum & inueniendũ Saluatorem Mundi. Sic religioſus & monialis, concepta inſpiratione diuina, de mundo vt fallaci deſerendo, non diu cunctetur, *Parte 7. ſerm. 14. ad moniales.* *1. Petri cap. 2.*

Thom.2.2.q. & vocantem Dominum ſequi deliberet.
189.art.1. Quemadmodum Apoſtoli leguntur re-
& 6. lictis retibus & patre ſtatim ſecuti fuiſſe
Saluatorem. Magi obliti honorum gra-
Math.4. duumque ſuorum ingrediuntur paruam
domum, & ibi Deum infantem inueni-
unt. Sic religioſus & moniales propo-
Thom.2.2.q. nere ſibi debet, quod relictis abdicatiſ-
186.art.3. que omnibus anguſtum monaſterium
ingreſſura vbi ſe totam dedicet Deo, &
humilem Chriſtum ſemper præ oculis
habeat. Magi vt debitum Deo cultum
præſtent, deſcendunt ex equis, miſſam
faciunt turbam comitum & ſeruorum:
ingrediuntur, genua flectunt, ſeque alios
ab eo qui ante erant, oſtendunt. Sic reli-
gioſus & monialis conſideret: habitum ſe
exuere ſecularem, præſcindere capillos,
Thom.2.2.q. præcingere lumbos, veſtem induere ru-
187.art.6. dem, omniaque ſua immutare, vt arctius
ſe cum Deo coniungat.

De non differendo nimium religio-
nis ingreſſu, erudite ſcripſit Pater Hie-
ronymus Platus lib.3.ca.33. de bono ſta-
tus religioſi.

Et P. Azorius Lorcitanus l.12..ca.1. In-
ſtitutionum Moralium: animaduerten-
dum, inquit, eſt. Ingreſſum in religio-
nem aliquando appellari, cùm quis per
profeſ-

profeſsionem in religioſorũ ſodalitium admittitur: ita vt ingreſſus huiuſmodi nihil aliud ſit, niſi Religionis profeſsio, quâ quis verè, & propriè & ſimpliciter Religioſus efficitur: & hoc modo ſumitur in cap. Quia ingredientibus, 19. q. 3. & in authent. Ingreſsi C. de Sacroſan. Eccleſ. Sed interdum ingreſſus, & cum quis Religionis habitum ſuſcipit, & inter Tyrones ac Nouitios cenſetur, ad probationem receptus, & de hoc in Religionem ingreſſu in præſentia diſputamus.

Primò quæritur. An in Religionem ingreſſum debeat cõſultatio diuturna præcedere. Hanc quęſtionem tractat S. Thomas 2. 2. q. 189. ar. 10. vbi quærit, vtrum ſit laudabile, ſi aliquis Religionem ingrediatur, abſque multorum cõſilio, & diuturna deliberatione. Et reſpõdet: de ipſo Religionis ingreſſu per ſe nihil conſultari oportere: nam Religionis inſtitutum Chriſti Domini cõſilium eſt, & ingreſſus in religionem eſt melioris vitæ ſuſceptio: qui de hoc dubitat Chriſti Domini auctoritati derogat, qui de religioſa vita amplectẽda conſilium dedit. Nec, inquit, S. Thomas conſultare quis debet, an vires habeat ad Religionis iugũ deferẽdũ, quia qui religionis inſtitutũ capeſſunt, non ſuis viribus innituntur, ſed auxilio Dei.

Iuxta

Iuxta illud Iſaiæ 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, ſicut aquilę, current & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Si tamen, ait S. Thomas, ſit aliquod ſpeciale impedimentum, puta infirmitas corporis, vel onera alia, qualia ſunt debita, vel aliqua alia ſimilia, in his requiritur deliberatio, & conſilium cum ijs, de quibus ſperatur, quod proſint, & non impediant: in quibus tamen non eſt diuturna deliberatio habenda. Vnde Hieron. in epiſtola ad Paulinum ait: Feſtina, quæſo te, & hærenti in ſalo nauicula funem magis præcide, quàm ſolue. Tertio modo conſiderari poteſt modus Religionem intrandi, & quam Religionem aliquis ingredi debeat, & de talibus poteſt haberi conſilium cum ijs qui non impediant.

Profectò ego nõ dubito quin aliquando multi fallantur dum varias morę cauſas interponant, vt à ſalutari religioſæ vitæ conſilio (quo diuinitus inuitatur) auocentur. Clamant S. Patres: Rumpendas eſſe moras, nihilque omnino cunctandum. Dum tibi feruens eſt hic amor, inquit Chriſoſt. hom. 57. ad pop. abi ſtatim, ad illos ipſos Angelos, eumq́: magis accende. Ne dicas, alloquar prius propinquos, reſque meas expediam. Torporis initium

initium eſt hæc dilatio. Patrem ſepelire diſcipulus voluit, nec id Chriſtus permiſit. Quid ita? quoniam acer inſtat diabolus, vt ſe in animum inſinuet, etſi vel breuem arripuerit vacationem, vel prorogationem, ad magnum inducit teporem. Ideo quidam admonet, ne differas de die in diem. Auguſt. lib. 8. Confeſ. cap, 5. ſuam illam tarditatem & cunctationem pręteritam luget. Et cap. 6. duos illos fratres maximè collaudat, qui lecta Antonij vita adeò exarſerunt ad imitandũ, vt ex illa hora, illo ipſo quo legerãt loco, Deo ſeſe conſecrarint. Anſelmus epiſt. 1. Feſtina ad tantum bonum, quia nullo bono perficacius peruenies ad ſummũ bonum. Plures vidi promittentes, & differentes, quos ita mors tulit, vt nec id perficerent, quo ſe impediebant, nec id inciperẽt, quod promittebant. S. Bernardus ſerm. ſuper illud. Ecce nos reliquimus omnia. Quantos mundi ſapientia ſupplantat & cõceptum in eis extinguit ſpiritum, quem voluerat Dominus vehementer accendi. Hæc ibi Azorius. Fuſiusque eo loco pertractat: Quatenus liceat aliquem beneuolis ſermonibus, munuſculis, ad religioſum inſtitutũ capeſſendum allicere, ex Thoma 2. 2. q. 89. & q. 100. & Concil. Tridentino ſeſſ. 25. can. 18 de regularibus.

Quod

Quod maior 14. annis (inuito patre) religionem ingredi poſſit. Q. Mandoſius ad regulam Cancellariæ. 19. q. 2. ætas enim diſcretionis in viris eſt annus 14. in fœminis 12. ſed malitia aliquando ſupplet ætatem, Anchoranus Clement. Liceat, de regularibus.

DE DELIGENDO IDONEO MAgiſtro & Doctore, certaq; Sodalitate, ordine atque cœnobio.

CAPVT X.

Gregorius li. 1. dial. ca. 1. Pat. r Bernardin. Roſig. li. 1. ca. 1 de diſciplina Chriſtianæ perfectionis.

QVanquam ſpiritus ſancti donum lege nulla conſtringitur; & reperiuntur aliquando nonnulli, qui ita per magiſterium ſpiritus intrinſecus docentur; vt etiamſi exterius humani magiſterij diſciplina non acceſſerit, magiſtri intimi cenſura non deſideretur. Sic Moſes in eremo edoctus, mandatum ab Angelo didicit, quod per hominem non cognouit. Et Ioannes Babtiſta Magiſtrum habuiſſe non legitur. De S. Antonio refert Athanaſius, à Deo ſolitum fuiſſe edoceri. Pluresq; alios ſanctiſsimos viros elegit Deus, vt multorum in Chriſto patres & inſtitutores eſſent, quos tamen non legimus hominis alicuius diſcipulos fuiſſe.

Attamen iſta propoſita eſſe ait Gregorius, vt veneremur, non vt imitanda pute-

putemus. Vſus enim, inquit, rectæ conuerſionis eſt, vt præeſſe non audeat, qui ſubeſſe non didicerit; alioqui fiet, vt dum ſe quiſquã ſpiritu ſancto impletum præſumit, diſcipulus hominis eſſe renuat, & magiſter erroris fiat. Ad quam præſumptionem euitandam Deus ipſe, qui Apoſtolum Paulum vocauerat, non ſtatim eum docuit viam perfectionis, quod facilimè poterat, ſed mittit ad Ananiam, vt ab eo illam cognoſcat. Illum, ait Caſsianus, Ananiæ prius doctrina quam ſua inſtitui volens, ne quod rectè geſtum fuiſſet in Paulo, poſteris malum præſumptionis præberet exemplum. Ob quam etiam cauſam, affirmat idem, Apoſtolum longo interuallo ad conferendum Euangelium quod prædicabat, quodque à Deo acceperat, eiuſdem Dei iuſſu, aſcendiſſe Hieroſolymam ad ſuos anteceſſores & Coapoſtolos. Vndè Caſsianus concludit, & P. Bernardinus Roſignolius lib. 1. cap. 1. de diſciplina Chriſtianæ perfectionis approbat: Nulli à Deo viam perfectionis oſtendi, qui habens vnde valeat erudiri, doctrinam ſeniorum vel inſtituta contempſerit: parui pendens illud: Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, ſeniores tuos & dicent tibi.

Act. 9. *Galat. 2.* *Deut. 32.*

Equi-

Equidem alia duo exempla euidentiſſima Religioſis à ſpiritu ſancto in ſcriptura ſacra demonſtrata opinor.

Quorum prius in veteri lege, in libro Tobiæ reperitur. Vbi Tobias ſenior filio ſuo Tobiæ iuniori pręcepit: Inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum, & viam demonſtret tibi, & perducat te ad Gabelum in Rages, ciuitatem Medorum: vt pecuniam illi à me commodatam recipias. Hoc ad tyronem religioſę & ſolitariæ vitę vel in primis pertinere videtur. Nimirum, vt idoneum, & peritum Magiſtrum, ſacrique itineris ducem quærat ille, qui non pecuniolam aliquam, ſed animæ ſuæ ſalutem inquirit.

Archiepiſcopale Bonon. Paleoti part. 7. ſerm. 14.

Alterum exemplum ſuppeditant, gentium primitiæ, & Doctores, tres Reges, qui Magi in nouo teſtamēto nuncupantur. Illi enim ſtella duce ad natum Chriſtum peruenerunt: & ſtella ad iter illud arripieēum excitati fuerunt, vt cito & intrepidè mundi ſaluatorem adorarent. Quod ad perfectionis doctrinam percipiendam neceſſaria ſit idonei Magiſtri opera, ſex argumentis aſtruit P. Bernardinus Roſinolius. *Primo*, ex Dei voce & exemplis. Secundo ex conſuetudine & recepta praxi eccleſiæ: vt nemo

viam

viam perfectionis ingrediatur, aut pergat, ſine duce & magiſtro. Tertiò, ex cōſtante SS. Patrum conſenſu. Quartò, cum aliæ artes, quæ ſolummodo vitæ huius commodis proſunt, abſq; docentis opera non comprehendantur: minus hæc inuiſibilis, occulta, cæleſtis, abſque Doctore percipiatur. Quod argumentum in libris officiorum ſcholaſticorum ante annos 28. pertractaui. Quintò, ex varijs vtilitatibus, ab huiuſmodi viri conſilijs, & auxilijs, atque conſolationibus. Sexto, ad præcauendas Satanę inſidias, in quas ferè incidant, qui in via perfectionis, aliorum conſilia repudiant, & ad propria ſe conſilia quaſi ad normam dirigunt. Quo alluſit Salomon: Qui cauet laqueos, ſecurus erit. Hoc autem in iunioribus difficilè eſt, niſi ſub tutoris & magiſtri cuſtodia perſeuerent. Qualis etiam Magiſter & Dux doctrinæ perfectionis adhibendus ſit, ſancti Patres demonſtrauerunt. Qui ſit vir pius, & integer, Deum amans, & timens, virtutibus & doctrina ornatus, minimè auarus, vel iracundus, ægentium verò ſtudioſus, iniuriarum immemor, natura propenſus ad docendum eos qui ad ipſum accedunt, quem gloria inanis non inflet, ſuperbia non extollat, adulatio non frangat, cum ſeueri-

Mag. Baſil. oratione de abdicat.

P. Bernard. Roſignol. l. 1. c. 2. de diſcip. Chriſtian. perfect.

Magiſtri qualitates.

tate mitis & conſtans, diſcretus, & aliorum infirmitatum compatiens, qui perſpiciat vultum internum, & ſtatum animarum quas regēdas ſuſcipit, vt propenſionibus ſingulorū ſpirituale remedium adhibere queat. Varia etenim ſunt hominum ingenia, & propenſiones diuerſæ: vt ad omnes animi morbos depellendos vnum medicamentum non ſufficiat. Si tali, ait Baſilius Magnus, viro te credideris, virtutibus multis inſtructo, ſine dubio, omnium quæ in ipſo bona fuerint, hæres remanebis, ęquè apud Deum & apud homines beatiſsimus iudicaberis. Si verò (quod cum corpore tuo mitius agere volueris) magiſtrum aliquem quæſieris tecum ſe ad tua vitia demittentem, fruſtra mundanis rebus nuncium remittendi laborem ſuſcepiſti, & cæcum tibi ducem aſciuiſti, cuius ductum ſecuto in foueam tibi ſit procidendum. Quam materiam quoq; in libris officiorum ſcholaſticorum fuſiùs declaraui.

Orat. de abdicat.

Porro, ſicut ſapientiſsimi illi Magi ſtellam itineris ſui fideliſsimum ducem nacti, inſtruere ſe ſubinde cœperūt: Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudęorum? ſic religioſi talem ſodalitatem, & ordinem eligant, qui naturæ & ingenio ſuo maxime congruat: taleq; monaſterium ingrediatur,

tur, vbi obſeruantia maximè vigeat, vbi ſint conſtitutiones tutiores, & alia, quibus melius poſsit Deo ſeruire.

Ordinum diuerſitas vnde.

Etſi enim omnium religioſorum vnus ſcopus, & vnum inſtitutum eſt: perfectior Dei amor, & mandatorum ipſius obſeruatio, & bene merendi de tota republica Chriſtiana voluntas; varij tamen ordines, pro ingeniorum humanorum, donorumque ſpiritus ſancti diuerſitate, paulatim introducti fuerunt. Partim, quod charitatis erga proximum exercendæ diuerſa opera exiſtant: partim etiam quod varijs modis ſe quis ad pietatem exercere, & prauas cupiditates, atque voluptates corporis cohibere poſsit. Conſtituuntque triplex religionum genus, quorum primum externa tantum opera cõplectatur, quæ hominibus quidem exhibentur, ſed in Deum redundant: alterum in contemplatione, & in ſola mentis agitatione conſiſtat: tertium mixtum. Primus debet eſſe Deus, qui eſt ſummum bonum; proximi homines, eadem nobis natura coniuncti. Mixtum vtrique deſeruit, vt omnia eorum opera in terris dirigantur ad gloriam Dei, & hominum ſalutem propagandam. Religionis, inquit Platus libro primo, proprium eſt, vt Deo reddat cultum Maie-

Hieron. Plat. de bono ſtatus eccleſiaſt: lib. 2. cap. 34. & 24.

ſtati debitum: tum ob illius præſtātiam, tum ob beneficia, quæ perpetuo ab illo accipimus. Qui cultus partim eſt in animo interior, partim in exterioribus quibuſdam officijs cæremoniarum, rituum, ſacrificiorum continetur. Qui in his muneribus verſantur, ſeque huic rei totos impendunt, ij religioſi appellantur. Certiſque operibus diuini obſequij ita applicant, vt ſe à reliquis omnibus quæ impedire poſſent, iuxta doctrinam D. Pauli penitus remoneant & ſegregent. Status quidam ad Chriſtianam perfectionem tendens, in Dei amore, repudiatis omnibus, conſiſtens: vt mentem purgatam Deo offerant ſine macula.

Vnaquæque religio aliquid proprij & præcipui habet quod ſpectet, & quod ſequatur, pro ætatis & ingenij cuiuſque natura. Ordines verò præcipui ſunt Baſilij, Auguſtini, Canonicorum regularium, Benedicti, Franciſci, Dominici, Bernardi, Cruciferorum, Carthuſianorum. Quibus cum tempore alij acceſſerunt, virorum & fœminarum. De ſingulorum origine, natura, & circumſtantijs ex profeſſo tractarunt. Polydorus Virgilius libro ſeptimo de Inuentoribus rerum. P. Hieronymus Platus de bono ſtatus religioſi, Carolus Tapias tractatu de reli-

religioſis rebus. Renatus Choppinus in libris de Iure cœnobitarum. Io.Baptiſta Signius Bononien. de ordine & ſtatu Canonico. P. Azorius Lorcitanus Moralium inſtitutionum lib. 12. & 13. de Eremitis, Anachoretis, & Cœnobitis, deque ſingulis ordinibus Monachorum, de Canonicis regularibus & ſecularibus, & differentijs eorum, de mendicantibus, deq; militaribus Ordinibus, & quatenus ſint abſolutè religiones, atque de inſtitutione & priuilegijs Societatis Ieſu, ex profeſſo perſcripſit.

Veſte quidem hic ordo ab iſto differt, longius alter ieiunat, orat prolixiùs alter, pro maiore gratia ſibi à Deo conceſſa: fide tamen omnes ſtudioque conueniunt, vel conuenire debebant. Vnum idemque ſalutis fundamentum habere oportet omnes religioſos, non veſtem, ſed mortem Chriſti: omniaque eorum ſtudia huc proficiſci debent. Vnde ſi quis diuerſitatem religionis colligere voluerit, non minus abſurda ipſius oratio apparebit, quam ſi quis ita argumentetur.

Alter Chriſtianorum ardentius longiusque altero orare, ieiunare poteſt, hic pileo ille tegmine, hic talari veſte, ille pallio vtitur, ergo Chriſtiani in religio-

ne ſua diſcrepant. Quod cùm abſurdum eſſe procul dubio inclamarent, deſinant quoque diuerſas religioſorum ſodalitates idcirco calumniari.

Alius ordo alijs vel durior atque rigidior, vel laxior, remiſsiorque eſt: & ſinguli peculiare quiddam habent, quo ſe præ cæteris exerceant. Diuerſitas enim religionum, pro diuerſitate operum charitatis, quæ ſinguli ordines ſibi propoſuerunt, exorta fuit. Alij gratiſsimum opus Deo, ſibi, & reipublicæ Chriſtianæ ſalutare facturi credebantur, ſi erga peregrinos hoſpitalitatem exercerent, alij ſi captiuos viſitare & redimere conarentur, alij ſi contemplationi, alij ſi actioni, alij ſi vtrique operam darent, vt auctor eſt Nicolaus Boerius in tractatu de Eremitis, & Volaterranus libro vigeſimoprimo.

Tempore ſancti Martini diuerſos monachorum ordines fuiſſe indicat S. Sulpitius in vita eius libro tertio. Cumque plures exorirentur, ſancitum eſt: ne quis nouam, & à Pontifice non approbatam religionem inſtitueret vel profiteretur, capite vltimo ext. de religioſ. domi & cap. 1. eod. tit. in 6.

Ordinem nouum introducere nõ licet.

Ordo qualis eligendus.

Prout igitur naturæ & viribus ſuis ordinem quis conuenire intelligit, Spirituque

tuque ſancto ducitur, intret: paulatim, ſi videbitur, alium ſuſcepturus rigidiorem.

Monaſteriorũ delectus

Varia quoque eiuſdem ordinis cœnobia extant, inter quæ non eſt mediocris differentia, vt & hic deliberationem ſuſcipere oporteat. Maior tamen pietatis & ſanctimoniæ, atque monachorum vel virginum, quæ in eo commorantur, ratio habenda erit, quam ſtructuræ ſplendidioris, diuitiarum, otij, aut libertatis.

Kempis epiſt. vlt.

In epitaphio Paulæ.

Olim Paula, teſte Hieronymo, virgines ſuas, quas ex diuerſis Prouincijs congregarat, tam nobiles, quàm medij & infimi generis, in tres turmas, diuerſaque monaſteria diuiſit. Similiter quædam adhuc cœnobia nobilibus, quædam plebeis attributa cernuntur, non pauca etiam promiſcuè inhabitantur, pro voluntate ſuperiorum: rectiùs tamen paribus quiſque, propter varias cauſas, ſeſe coniunxerit.

Nobiles ſanguine cũ nobilibus, & plebeæ rectius cum plebeis degunt.

Nobilitas enim generis, auctore Gregorio, ſæpe parit ignobilitatem mentis, vt minùs ſe exerceant in cœnobio, quæ plus cæteris ſe fuiſſe meminerunt in ſeculo.

Gregorius li. 2. dial. ca. 23.

Rectè concilium Hiſpalenſe iudicauit: Cohærere atque coniungi non poſſunt,

quibus ſtudia & vota ſunt diuerſa: quod repetit Gratianus, can. In noua actione. 16.q.7.

In illo autem ordine atque monaſterio, in quod ſemel ingreſſus eſt, diligenter ſe quiſque ad pietatem exerceat: niſi propter ingens bonum, vel magnam neceſsitatem in rigidiorem ordinem, arctiuſque monaſterium emigrare malit. Hoc enim tribus de cauſsis iure, cum ſuperioris licentia, permittitur. Primò quidem, ſi tantum in pietate atque virtutibus profecerit, vt grauioribus & perfectioribus charitatis operibus, per Dei gratiam, ſtudere auſit. Deindè, ſi ordo vel monaſterium ab inſtituto ſuo degeneret, tunc vel inferius rectè conſtitutum, præterire licet. Poſtremò, ſi corporis infirmitas tantum rigorem tolerare nequeat.

Can. Virgines 20. q. 4. cap. licet, de regularibus. Equinas 2. 2. quaeſt. 189. art. 8.

Si iſtos gradus quibus ad perfectiorem vitam incedendum eſſe, S. Patres docuerunt, non ſatis ante quis mente complexus fuerit: non ideo tamen mentem deſpondeat, ſed diuinæ miſericordiæ firma ſpe concepta, nouū ſpiritum aſſumat, cęteraque rite adimpleat, & eo alacriore mente plenioreque opere omiſſa compenſare ſtudeat.

DE

DE RECEPTIONE TYRO-
num,& veſtitu.

CAPVT XI.

VEteres Philoſophi ad humanæ ſapientiæ ſtudium non recipiebant, ſine magno delectu: verum ex ſignis corporis ingenium, & mores, naturamque prius coniectabant: patriam, locum natiuitatis, educationis & ſtudij intuebantur, & receptos aliquot annis explorabant. Diogenes mirabatur, quod homines ollam aut operculum ſine experimento non emerent, hominem iudicare ſolo aſpectu. Veteres in deligendis ad bellũ militibus, magnam curã poſuerunt, vt quæſtione 5. Ptolomæi Philadelphi, apud Ariſtæum, declaraui. Gedeon contra Madianitas prælio decertaturus, formidoloſos atque timidos, & quotquot aquam bibituri in genua procumberent, vt ignauæ & molles beſtiæ, repudiare iubebatur. Vt ex ingenti virorum multitudine, trecẽti ſolummodò retinerentur. Iudicum 7. Hoc ad ſacram militiam non inelegãter referri poterit. Pium quidem eſt volentem Deo inſeruire non repellere, quin etiam ad id hortari & incitare, meritorium iudicat Aquinas, 2.2. quæſt. 189. Sed quia vnus ſæpè homo totam ſoda-

Non recipiendi ſine delectu & experimento.

Vide li. 1. Academiarum. & li. 1. offic. ſcholaſt.

Laertius lib. 6. de vitu philoſo.

litatem perturbat, atque corrumpit, ſaluberrimum Baſilij Magni præceptum nequaquam eſt hoc tempore negligendum. Cùm benignus erga homines Deus, & ſaluator noſter *Ieſus Chriſtus* prædicet, ac dicat: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, ego reficiã vos: non vacat periculo, repellere eos, qui per nos ad Dominum accedunt, & ſuaue ipſius iugum ſubire volunt. Non tamen illotis pedibus ſancta dogmata adire permittere oportet. Sed quemadmodum Chriſtus accedentem adoleſcentem de priori vita interrogauit, cumque perciperet, quod eam rectè tranſegiſſet, id quod ad perfectionem deerat, adhuc explere præcepit, & tunc ſequi permiſit: ita nimirum etiam nos præteritam vitam accedentium conſiderare conuenit, & his qui aliquid rectè fecerunt, perfectiores doctrinas tradere, eos verò qui ex vita praua tranſeunt, aut ex indifferente ad exactam cognitionis Dei vitam procedunt, diſcernere oportet, quibus moribus præditi ſint, num inſtabiles, & ad iudicia facilè mobiles. De quibus tamen non ſtatim deſperandum eſt, ſed ducere ipſos ad conuenientia exercitia oportet, vt per tempus, & per laborioſa exercitia experimentum iudicij ipſorum ſuma-

Baſilius quæſt. 10. Fuſa.

ſumamus: & ſi quid firmi circa ipſos inuenerimus, citra periculum ipſos admittamus: ſin minus, vt dum extra adhuc ſunt, ablegentur, quo experimentum citra fraternitatis detrimentum contingat. Pueros quoque à parentibus oblatos, non tamen ſine teſtibus, recipiendos ait, verum diligenter ante probandos, quam inter fratres numerentur, ne opprobria ex fruſtrato ipſorum ſucceſſu ad religioſam vitam referantur. De qua re, D. Thom. 2. 2. quæſt. 189. articulo 5. ex profeſſo diſſeruit: qualiter pueri ad religionem recipiendi ſint. Minimè tamen in ſignis & corporis forma, & anteacta vita nimis rigidum eſſe oportet: multi enim peſsimam naturam ſtudio correxerunt, vt de Socrate narrat Cicero: Plato gibboſus, & Ariſtoteles bleſus, ſummi Philoſophi euaſerunt: ac Maria Magdalena, Maria Aegyptiaca optimæ & pijſsimæ monachæ, cùm deploratiſsimæ aliquando fuiſſent, extiterunt. Solon quidam ex mercatore pius monachus fuit. Imò aliqui ex latronibus atque homicidis inſignes monachi euaſiſſe leguntur.

Quæſt. 15. fuſa.

Cicero de fato.

Sozome. li. 6. ca. 31. & 29. Nice. l. 11. ca. 35.

Rectè igitur Gregorius Magnus apud Gratianum, in ca. Monaſterijs 19. q. 3. Monaſterijs omnibus fraternitas veſtra diſtri-

diſtrictius interdicât, vt eos quos ad conuerſionem ſuſceperint, prius quam biennium in conuerſione compleuerint, nullo modo audeant tonſurare, ſed hoc ſpacio, vita moreſque eorum ſollicitè comprobentur. Ne quis eorum aut non ſit contentus eo quod voluit, aut ratum nõ habeat, quod elegit. Nam dum graue ſit inexpertos hominum obſequijs ſociari, quis poſſet dicere quanto ſit grauius ad Dei ſeruitium improbos applicare? Quibus addatur elegans locus c. 5. Concilij Conſtantinop. in templo SS. Apoſtolorum. Hinc prudenter admodum à Maioribus anni probationis introducti ſũt. Probationis anni olim tres fuerunt in ignotis, can. Si quis incognitus in alijs biennium, can. Monaſterijs 19. q. 3. vt monaſterium ingredientis mores, & ingrediens naturam & rigorem regulæ cognoſceret. Concilium Tridentinum, ſeſſ. 25. can. 15. vno anno contentum eſt, à die quo habitum ſuſcepit. Statutumque, ne ſolus præfectus præfectaque aliquos reciperet, abſque conſilio & voluntate fratrum ſororumue, Neque plures recipiantur, quam honeſtè alere queant: vt ex Concilio Arelatenſi cap. I. ext. de Inſtitut. cap. Quoniam, ext. de vita & honeſtate cleric. cap. 1. §. 2. de ſtatu regularium

Anni probationis.

Baſilius quæſt. 112. compend.

rium in. 6. concilij Trident. ſeſſ. 25. ca. 3. docetur.

Vt autem, ad imitationem Apoſtolici Collegij ſingula cœnobia minores duodecim fratres ſororeſue haberent, non placebat Baſilio Magno, ſermone 4. excitat.

Vt in omni monaſterio ad minus quinque ſunt, vult Paulus Citadmus in tractatu de Iure patro. parte 3. nu 7.

Neque ſolus Abbas neque ſolum Monaſterium, ſed vtrumque ſimul recipiũt nouitios, niſi aliter ex priuilegio vel cõſuetudine introductum ſit. Boerius deciſ. 260. nu. 29. Abbas corripiendus cenſetur, qui ante annos probationis, habitum profeſsionis confert. Menoch. de arb. Iud. caſu 332.

Hodiè ante receptionem quęritur, an morboſi, an corpore integro, an ære alieno grauati, legitimè nati, fama illæſa, & liberi exiſtant. Nam huiuſmodi vitijs obnoxij, ne apud veteres quidẽ in Paganiſmo Romanos Deorum miniſtri aſſumebantur, ſicut in Academia Romana declaraui. Ne ſerui præter Dominorum voluntatem recipiantur, ſynodus Chalcedonenſis cap. 4. decreuit: repetitque Gratianus c. Qui verè. 16. q. 1. & diſt. 53. Nec illos recipiendos eſſe, qui publicis magi-

magiſtratibus atque officijs præfuerunt, niſi redditis rationibus, omni obligatione ſoluantur, conſtitutum eſt, ca. 3. diſt. 53.

De his autem, an ſerui, vel alijs obligati, vel qui matrimonium ante contraxerũt, vel Epiſcopus, vel cleric⁹ in minori dignitate conſtitutus; aut curæ animarum præfectus, vel impuberes vel natalium vitio notati recipiendi ſint data opera pertractauit, P. Io. Azorius Lorcitanus Inſtitutionum Moralium lib. 12. cap. 1. & ſeq. Quod Nouitij ante profeſſionem ad prælaturam ſuæ, vel alterius religionis non eligantur. Idem ca. 2. per cap. Nullus, de elect. in 6. Nec ad ordines admittantur, per cap. Monaſterijs, 19. q. 3. Quatenus teſtamenta condere queãt. Quod beneficia eorum non vacent ante profeſsionem: Ibidem cap. 3. per c. Beneficium, de regular. in 6. Quomodo bona eorum ante profeſsionem decedentium deuoluantur ad monaſterium: quatenus gaudeant nomine & priuilegijs religioſorum.

Vnde cap. 9.

Quomodo Epiſcopus vel prelatus, vel curæ animarũ alligatus ſacerdos poſsit religionem ingredi, etiã diſſerit Iacobus Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 4. Similiter canones prohibuerunt, ne inter

ter ſacras virgines recipiantur, conſecréturue, quæ vel ante vel poſt baptiſmum corruptæ fuerunt.cap.2.diſtinct.26.& ibi DD.

Sed pro lapſis peculiaria monaſteria habētur. Singulorum cœnobiorum fundationes,& conſtitutiones obſeruentur: & pro ſolis nobilibus atque ciuibus erecta conſeruentur. Alioqui in monachis atque monialibus non tam generis nobilitatem,aut locum natiuitatis, cognatus an alienus, ciuis an externus ſit, conſiderāt ſacri canones,quam pietatē,eruditionem atque virtutes: cap.Illud, diſtinct. 40.cap.penult.ext.de Præbend.cap.5. de inſtitut.Ingreſſus enim religionis abolet omnem maculam peccati.Felyn.conſ.37. Nobilitas quidem per ingreſſum religionis nō perditur,teſte Baptiſta Villalóbos,in commu. opinionibus, verbo nóbilitas: tamen in ea religioſum gloriari non decet. textus, & gloſſa,cap.Scribit nobis,27.q.2. Summa apud Deum nobilitas eſt,clarū eſſe virtutibus, teſte *Hiero.* ad Celantiam: nulli te vnquam de generis nobilitate præpoñas, nec obſcuriores quaſlibet te inferiores putes; neſcit religio noſtra perſonas,nec conditiones hominum ſed animas inſpicit. Ibidem, Ille clarus, ille nobilis eſt, qui à vitijs nō ſupera-

Corruptæ non recipiãtur inter virgines.

ſuperatur, neque eis ſeruit: quid prodeſt ei quem ſordidant mores generatio clara? Chryſoſto. in Matth. Bonus vir mihi nobilis videtur: qui vero non iuſtus eſt, licet à Ioue genus ducat, ignobilem cenſeo. Demoſt. *1.* Olynth. Generoſus animus ad honeſta & ad virtutes cōcitetur. Seneca in epiſtolis. Quiſquis autem hic maiorem ſanguinis, quam pietatis & religionis rationem habet, illi conſiderandum eſt, quod prudenter olim Perſæ ad Regem Aſſuerum retulerunt: Oportere ipſum Vaſthi vxoris amorem ſaluti publicæ poſtponere. Heſter c. 1. & *2.* Et quod Innocentius III. in c. *5.* de Inſtitutionib. reſcripſit.

Vide ſupra 44. 8.

Pro loco, vel pro ingreſſu, abſque Simoniæ labe, pecuniam dare, vel accipere non licet, pro alimentis, vbi cœnobia pauperiora ſunt, accipere permiſſum eſt. Felyn. conſ. *3.* ex Thoma *22.* q. 20. art. *3.* Capella Toloſana quæſt. *312* Conſtantinus Rogreius ad L. *19.* de donat. text. & gloſſ. cap. Non ſatis, e[illegible]. de Simonia.

Semper ob oculos verſetur aureum Innocentij III. verbum, in cap. penult. De ętate & qualitate ord. Melius eſt paucos habere bonos, quam multos malos Dei miniſtros.

Pro-

Prouinciale Concilium Mediolanenſe,poſt concilium Tridentinum,de puellis ad religionem recipiendis, ſanciuit: Cùm primùm puellæ ad ſuſcipiendum ſacrum habitum offeruntur, Præfecta parentes,vel hos, quorum curæ commiſſæ ſunt, admoneat excommunicationis, quæ propoſita eſt à ſacro concilio Tridentino ijs, qui ſuas, vel etiam alienas puellas cogunt inuitas eum ſuſcipere, aut profiteri religionem: Idem à ſuperiore fiat, cùm illius conſenſus requiritur. Præfecta verò & Moniales de puella earum ſuffragijs ad ſuſcipiendam religionem admittenda quicquam polliceri, aut Capitulum cogere non audeant: priuſquam libro loco, ab Epiſcopo, vel ab eo, cui ipſe hoc munus delegabit, puella ſecretò examinata, ac probata, facultatem ſuſcipiendi in eo monaſterio religionem,ſcripto conſecuta fuerit, conſentiente etiam illius Monaſterij Superiore. Ab ijs autem omnibus priùs diligenter inquiratur, de moribus, vita, ætate: quæ maior ſit duodecim annis, ac de libera, & pia voluntate puellæ: quæ anno ſaltem,antequam examinetur,& Monialium Capitulo admittenda proponatur, propoſitum religionis ſuſcipiendæ in Seſſ.25.c.18

N eo Mo-

eo Monaſterio, & Epiſcopo, & Monialibus, earumque Superiore patefecerit, vt interim huiuſmodi inquiſitio maturè fieri poſsit. Quo etiam tempore ſemel ſingulis menſibus peccata ſua confiteatur, ſacroſanctamque Euchariſtiam percipiat, ac perſæpè moniales alloquatur, vt ab ijs tum explorari accuratiùs, tum admoneri meliùs poſsit, de omnibus quæcunque illi agenda & ferenda erunt religionis cauſſa in monaſterio, ne vllo vnquam tempore conqueri, & inſcitiam excuſari poſsit.

Quod ſorores & conſanguineæ ſimul recipiendæ.

In ijs monaſterijs, in quibus moniales pauciores ſunt quinquaginta, duæ tantum germanæ ſorores, aut tres, quæ ſint vnius generis ac familiæ recipi poſſint? Vbi verò plures ſunt quinquaginta, ibi tres tantummodo ſorores, aut quatuor eiuſdem familiæ recipi liceat, ſi ita Capitulo monialium videatur. Addit: vt receptæ, omnes ſtatim veſtiuſa delitias, & ornatum deponant: & nigro, aut fuſco, alboque veſtitu vtantur: nec tamen monialium veſtibus induantur, niſi ſex menſibus poſtquam receptæ fuerint: Liceat tamen Epiſcopo & Præfecto ſemeſtre illud producere, aut contrahere pro ratione. Concilium Tridentinum ita decreuit: Libertati profeſsio-

Seſſ. 25. c. 17.

nis

nis virginum Deo dicandarum proſpiciens ſancta ſynodus, ſtatuit atque decernit, vt ſi puella, quæ habitum religionis ſuſcipere voluerit, maior duodecim annis ſit, non ante eum ſuſcipiat, nec poſtea ipſa, vel alia profeſsionem emittat, quam explorauerit Epiſcopus, vel eius Vicarius, vel aliquis eorum ſumptibus ad hoc deputatus, virginis voluntatem diligenter: an coacta ſit, an ſciat quid agat: & ſi voluntas eius pia ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requiſitas, iuxta monaſterij illius & ordinis regulam, nec non monaſterium idoneum liberè ei profiteri liceat. Cuius profeſsionis tẽpus ne Epiſcopus ignoret, teneatur Præfecta monaſterio eum ante menſem certiorem facere: quod ſi non fecerit, quam diu Epiſcopo videbitur, ab officio ſuſpenſa ſit. Nihil etiam à Nouitijs ante profeſsionem Monaſterium accipiat, præter victum & veſtitum. Seſſ. 25. c. 16.

Quem Canonem quidam, præſertim in Hiſpanijs, intelligere voluerunt: quaſi ante duodecimum ætatis annum, ad vitam monaſticam, & in cœnobia puellas recipere non licet. Verum hoc patribus in mentẽ veniſſe pernegat Michael Medina qui Concilio Tridentino inter-

rum rerum, quarum dudum oblitæ erãt, memoria refricetur, & ſi fortè ex pio affectu eas lachrymari contigerit, aſtans populus idcirco id fieri arbitrabitur, quòd non libenter, nec ex animo renuntiet. Nec pompa opus eſt his, qui *Angelos* Dei tripudiatores, habent.

Poſt ſuſceptum habitum in anno probationis omnia diligẽter conſiderent, ne quid eorũ, quę aliquando neceſſariò ſeruanda erũt, lateat: oreturq́; Deus, vt auxilium pręſtet. Ad mores aliorum fratrum ſororumue atque monaſterij ſeſe componant potiùs, quàm ſuos retinere velint. *P*aulatim periclitandæ vires erunt, quid valeant humeri, quid ferre recuſent.

Habitus autem religionis olim triplex erat. Probationis qui dabatur Nouitijs; Conuerſionis, qui Conuerſis; Profeſsionis, Profeſſorum proprius. De quibus gloſſ. cap. 1. 27. q. 1. verbo apparuerunt. Archidiac. Ioan. Andr. cap. Conſtitutionem, de reg. in 6. Nouitij olim toto probationis tempore priſtino vulgari habitu vtebantur: paulatim introductum eſt, vt nouitij probationis tempore priſtinam vulgarem veſtem deponerent, & religionis habitu induerentur. Vnde natum, ait P. Azorius

Baſilius c. 26. Conſt. exerc.

Azorius lib. 12. cap 1. & 2. Inſtitut. Moral.

Monachũ non habitus ſed profeſsio facit. Qui de horum habituum natura, & differentijs fuſius diſſeruit. Habitumque vocat veſtimenti genus, quo religioſi, ex inſtituto Maiorum vtuntur.

Enchridij cap. 34.

Attendant, quid Epictetus futuro philoſopho præceperit: Conſidera priùs initia, & conſequentia, atque ita rem aggredere Conſidera primò, quænam aut qualis ſitea res, quam aggredieris: deindè naturam tuam conſule, vtrum id tolerare poſsis. Quod aureum Philoſophi verbum cum ſcriptura ſacra egregiè concordat. Chriſtus enim duabus ſimilitudinibus idem ſignificaſſe videtur, de expendendis ante ædificium ſumptibus, & numerando ante prælium milite.

Luca 14. Baſil. epiſt. 181. Colo. ſtatuta ſynodalia fol. 295.

Pergit Epictetus: Si philoſophiam cupis: præpara te, vt irridearis, vt ſubſanneris à multis, vt dicant: hic repentè nobis Philoſophus emerſit, & vnde nobis hoc ſupercilium? Tu verò ſupercilium quidem ne habe. Quæ tibi optima videntur, ita retine tanquam ſis à Deo in hac acie collocatus. Quod ſi perſiſtes in iiſdem: qui te priùs deridebant, ijdem poſtea admirabuntur: ſi verò ijs terga dederis, duplici irriſione afficieris. Si quando eue-

neris,

nerit, vt ad ea quæ extra ſunt te conuertas, veliſque cuipiam placere, ſcito te de ſtatu decidiſſe. Satis tibi in omnibus ſit, philoſophum te eſſe: ſi tamen videri etiam vis, tibi ipſi videare, & ſatis erit. Ad eundem ferè modum Baſilius Magnus: Si cœleſtium conuerſationum es amator, & angelicæ vitæ negotiator, ſanctorumque Chriſti diſcipulorum commilito fieri cupis; confirma teipſum ad tribulationes tolerandas, & viriliter monachorum cœtum adi, & in principio renunciationis tuæ viriliter te gere, vt ab affectione cognatorum ſecundum carnem non diſtraharis, ſed in permutatione mortalium ad immortalia fortis ſis. *Cap. 28.* *Sermone 1. exercitatorio.*

Fuiſſe olim in Clero, ſcribit Ambroſius, quibus inimicus obrepere ſtudebat, huiuſmodi cogitationes inſerendo: Quid mihi prodeſt in Clero manere, ſubire iniurias, labores perpeti? quaſi non poſſit ager meus me paſcere, aut ſi ager deſit, quaſi aliter exercere ſumptũ nequeã. Videndum ergo Monachis & Monialibus eſt, ne huiuſmodi cogitationibus ab officio retrahantur. Thomas Kẽpis ſcribit ad quendam amicum: *C*aue, ne aliquando permittas maligni ſpiritus conſilium intrare in cor tuum, vt con- *li. 4. epiſt. 17.*

gioſarum virginum conſecratio, longo tempore olim ſolis Epiſcopis propria fuiſſe videtur. Nam in Aethiopia Regis filiã Iphigeniam eſſe ab ipſo Mattheo conſecratam accepimus: Theclam à Paulo in Grecia: Romæ Domitillam à Clemente. Paulatim conniuentibus Epiſcopis, quando innumeræ virgines per omnia ferè loca offerebantur, ad Archimandritas, Abbates, ad Monachos, atq; ſacerdotes, id munus peruenit. Hoc enim ex Concilio Carthaginenſi II. & III, probat Gratianus, 26.q.6.c.Si iubet, & c. Presbyter, &c.

De Miniſtro.

Poſt alios P. Hiero. Platus l. 1. c. 21.

In concilio Carthaginenſi quarto decretum extat: Sanctimonialis virgo cùm ad conſecrationem ſui Epiſcopo offertur, in talibus veſtibus applicetur, qualibus ſemper vſura eſt, profeſsioni & ſanctimoniæ aptis. In ſynodo etiam ſexta Conſtantinopolitana, Epiſcoporum munus eſſe docetur, ingredientes in monaſteria examinare, probare, recipere, vel repudiare. Idem ex Leonis I. epiſtola ad Germaniæ Galliæque epiſcopos liquet. Vbi multa quidem cum Epiſcopis communia habere fatetur choriepiſcopos & presbyteros, plurima verò ſolis Epiſcopis conuenire: inter quæ virginum conſecrationem enumerat. Hanc

c. 2. Gratian. c. ſanctimonialis diſt. 23.

Can. 40.

c. vidnitatis 27.q.1.

Tandem Abbatiſſæ, adeoque ſimplices ſacræ virgines, hoc ſibi munus vſurparūt: ſed per canones prohibitæ fuerunt. Eutichianus enim reſcripſit: Statuimus, vt ſi Abbatiſſa, aut quælibet ſanctimonialis poſt hanc diffinitionem in tantam audaciam proruperit, vt viduam, vel puellam virginem velare præſumat, iudicio canonico vſque ad ſatisfactionem ſubdatur. Similis ferè conſtitutio Innocentij 3. extat, cap. Noua, ext. de pœnitentijs & remiſſ.

Certis quoque temporibus, niſi neceſſitas aliter poſtularet, olim conſecratio fiebat, vt non modo ex Ambroſij ſupra recitatis verbis colligitur, ſed Pij etiam 1. epiſtola declarat: Virgines non velentur ante viginti quinque annos, niſi fortè neceſsitate periclitantis pudicitiæ virginalis: & non ſunt conſecrandæ, niſi in Epiphania, & in Sabbato Paſchæ, & in Apoſtolorū natalitijs, niſi mortis cauſa vrgēte. Similiter Gelaſius I. Deuotis virginibus, niſi aut in Epiphaniarum die, aut in albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum Natalibus, ſacrum velamen minimè imponatur, niſi forſan, ſicut de baptiſmo dictū, graui languore correptis. Ne autem ſine hoc munere de ſeculo exeant, implorantibus non negetur. Qui tamen mos paulatim

De tempore profeßionis.

Can. Virgines 20. q. 1.

Ca. Deuotis 20. q. 1.

diuiſibilibus omnibus non ſolùm vitis, verùm imaginibus quoque & phantaſijs. Deindè exponit illi perfectiſsimam vitam, illud apertè conteſtans, oportere illum medio longè antecellere. Vbi verò iſta omnia intentè promiſerit, conſignans eum crucis ſigno ſacerdos, tondet, trinas diuinæ beatitudinis perſonas inclamans: exutumque veſte omni aliâ induit, & cum ſanctis alijs, qui aſtant, viris ipſum ſalutans, diuinorum myſteriorum participem efficit.

Quæ ſic idem ille Dionyſius exponit, vt dicat, illam cæremoniā, quòd neutrū genu ponat, nec Euangelia eius capiti imponantur, ſignificare Monachorum Ordinis officium non eſſe alios adducere, ſed in ſe ipſo ſubſiſtere crucis ſignaculum, mortificationem omnium carnalium cupiditatum deſignet. Crinium decuſſio, veſtiumque tam in cōſecratione, quàm in Baptiſmo (facit enim comparationem) mutatio, indicium ſit, quòd ad perfectiorem vitam, puram & mundam; ſine externo ornatu aſpirent. Salutatio iſta, gratulatio erat, & fraterni amoris declaratio. Euchariſtia Monachis & Clericis ordinatis tradebatur, vt hinc colligerent, quantam eſſent à Deo præ cæteris mercedem accepturi.

Profeſſio dicebatur alter baptiſmus.

Am-

Ad virgi. ne lapſam c.5. Ambroſius indicat, quod ſolennibus illis feſtis ſeſe virgines Epoſcopo, ad altare obtulerint, coram frequenti populo velandas. Chriſtoque ſpiritualibus nuptijs copulandas. Cumque ijs propo-
Pſal.44. ſitum fuiſſet illud Dauidis: Audi filia & vide, inclina aurem tuam, & obliuiſcere domum patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Deus tuus: velamen acceperint, populo acclamante: *Amen.* D. quoque Hieronymus: Seculum, inquit, reliquiſti, & ſecundo poſt baptiſmum gradu, iniſti pactum cum Aduerſario tuo, dicens: Renuncio tibi diabole,& ſeculo tuo,& pompæ tuę, & opibus tuis.

De reſecatis etiam iſto tempore virginum ſacrarum crinibus perſcripſit: Moris eſt in Aegypti & Syriæ monaſterijs, vt tam virgo, quam vidua, quæ ſe Deo vouerint, & ſeculo renunciantes omnes delitias ſeculi conculcarint, crines monaſteriorum matribus offerant deſecandum. Non intecto poſteà, contra Apoſtoli voluntatem inceſſuræ capite, ſed ligato pariter ac velato. Nec hoc quiſquã præter tondentes nouit & tonſas, niſi quod, quia ab omnibus fit, penè ſcitur ab omnibus. Hoc autem duplicem ob cauſſam de conſuetudine verſum eſt in naturam:

rum: vel quia lauacrum non adeunt, vel quia oleum nec capite, nec ore norunt, ne à paruis animalibus, quæ inter cutem & crinem gigni ſolent, & concretis ſordibus opprimantur. Quæ Hieronymi ratio externa eſt, profundiorem retuli ex Dionyſio. Et Cælius Rhodoginus crinium decuſsionem ait ſignificare, temporalium & externarum rerum cõtemptum, quod regna mundi, & omnem ornatum ſeculi, propter amorem *Ieſu Chriſti* libenter reliquerint.

lib. 18. lectionum antiquarum ca. 38. Vide c. duo, 12. q. 1.

Concilium Nicænum canone 66. iuxta editionem Alphonſi Piſani, monachis atque monialibus imperat, vt tondeant caput, in modum coronæ. Iulianum Apoſtatam ad cutẽ vſque tonſum fuiſſe Sozomenus lib. 5. ca. 2. Vrſpergenſis in chronicis, cæterique hiſtorici commemorant. Sinarumque ſacerdotes ex antiqua couſuetudine tonſi erant, antequam Luſitani eo venirent. Adeo honeſtum olim erat tonderi, & habitu monaſtico vti, vt multi ſanctitatis opinionem inde quærerent. Quare ſynodus Conſtantinopolitana, quæ in templo SS. Apoſtolorum fuit, certum tondendi modum canone 2. præſcripſit. Et Balſomon ad canonem 2. ſynodi Conſtantinopolitanę in templo Sophiæ celebratæ, tonſuram

magni

magni atque Angelici habitus amictum vocat.

Synodus VVladiſlauienſis, poſt concilium Tridentinum celebrata, anno 70. parte 3. cap. 1 tonſuram ait ſignificare *Chriſti* coronam ſpineam. Vt iſta cæremonia diſcerent, ſic eſſe ex animis prauas cupiditates reſecandas, vt crines præſcinduntur. Hinc eſt, quòd cùm aliæ regulæ monachorum alijs rigidiores ſint, plus etiam minuſue de crinibus deponant. Concilium Toletanum 4. cap. 40. magnam etiam à Clericis coronam in capite requirit. Porrò dexteram ſacerdotes virginibus conſecrandis impoſuiſſe, & velum prius in altari conſecraſſe, indicat Ambroſius libro 1. de virginibus. Ac vt certæ fierent de diuina mercede, pronuntiabatur illud Dauidis Pſal. 118. *Suſcipe me Domine iuxta eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea.* Ideoque annulum accipiebant, cum iſta Profeſſione: *Annulo ſuo ſubarrauit me, Dominus meus Ieſus Chriſtus.* De conſecratione cum ſacrificio, & Letania, in c. Ex parte, ext. De conuerſione coniugatorum, videre eſt. De benedictione veſtium, cap. Statuimus, lib. 3. & cap. 1. lib. 6. Decretalium, de Regularibus docetur.

Quod

Quòd ex ſcripto Profeſsionem facere debeant, Concilium Toletanum decreuit: Omnes fœminæ venientes ad ſacram religionem, pallio capita ſua contegant, conſcriptam roboratamque profeſsionem faciant: poſtquam ſcripturam non ſinantur relabi ad præuaricationis audaciam. Rurſus: Vidua, quæ ſanctæ religionis propoſitum obtinere voluerit, ſacerdoti vel miniſtro ad quem aut ipſa venerit, aut quem ad ſe venire cõtigerit, ſcriptis profeſsionẽ faciat, à ſe aut ſigno aut ſubſcriptione notatam; continentem, ſe religionis propoſitũ velle, & hoc pereniter inuiolatè ſeruare. In Concilio Abbatũ Aquiſgranenſi, tempore Ludouici Pij Imperat. huiuſmodi forma reperitur.

Profeſsio ex ſcripto cur fiat ſub manu propria vel ſigno.

Can. omnes fœminæ 2. q. 1.

can. virgines. cap. Vidua 20. q. 1.

Ego N. initium conuerſionis meæ diligenter attendens, conſidero, quod petitionibus meis primùm non facilis conceſſus eſt introitus, ſed dum mihi pulſanti vix hoſpitij locus eſt miſericorditer attributus, in quo per paucos dies demoratus, nouitiorum ſum donum progreſſus, in qua mihi dura & aſpera primùm à ſeniore ſunt prædicata, & ſtabilitatis meæ promiſsio expetita, & ter in anno lecta, atque tradita regula, cum admonitione dicentis: *Ecce lex, ſub qua militare vis, ſi potes obſeruare, ingredere: ſi non*

Forma profeſſionis, ſub Ludouico Pio Imp.

potes, liber diſcede. Hoc ergo videns, ordinatiſsimum atque moroſum mihi ſpacium attributum, dubitationis aditu prætermiſſo, vt me veſtro corpori ſociare dignemini humiliter depoſco. Ego tamen huius regulæ inſtituta, Domino iuuante, ſeruare promitto, & propter vitæ æternæ præmium, coram Domino & angelis ei humiliter militaturũ ſubijcio: Ita vt ex hac die mihi non liceat, collum de ſub iugo excutere regulæ: quia ſub annali optione. aut excuſare licuit, aut ſuſcipere. Et vt hæc profeſsionis meæ petitio à vobis firmiter teneatur, ad nomen ſanctorum, quorum hic reliquiæ continentur, & præſentis Abbatis, conſcriptam trado, in perpetuum habendum, & manu mea roboratam, ſuper altare pono, in hoc monaſterio perhenniter reſeruandam.

Cur autem in ſcriptis fieri profeſsio debeat, rationem reddit, gloſſa penult. cap. 49. Cùm in magiſtrum, de Elect. vt ſi aliquando reclamare voluerint, obuiet eis propria profeſsio in ſcriptis facta, per cap. ſaluberrimum. 1. q. 7. cap. Legum, 2. q. 1. cap. per tuas, de probat. l. generaliter. C. de non nu. pecu. Addens: Non habitum, ſed profeſsionem monachum facere, per cap. Porrectum, ext. de Regul.

gul. Profeſsio liberat à patria poteſtate. Mandoſius ad Cancellariæ regulam 19. q. 2. Deferens per annum habitum nouitiorum cenſetur profeſtus. Ibidem. Felynus Sandæus conſilio 47. profeſsionem duplicem conſtituit, expreſſam videlicet, quæ fit per tria ſubſtantialia vota, & tacitam, quæ fit per ea, de quibus loquitur c. Vidua. ext de regula ca.1.& cap. Conſtituit, eodem in 6. Ex promiſſione obedientiæ, neque expreſſam neq; tacitã profeſsionẽ induci affirmat. Quatenus inducatur profeſsio per verba: Pro mitto abedientiam reuerentiam & loci ſtabilitatem, conuerſionemq; morum. Felinus D. conſ. 47.

Poſt editam profeſsionem receptumque velum, Epiſcopus vel ſacerdos peculiari oratione Deo eas commendabat. Matthæus Apoſtolus cum Ephigeniam Reginam Aethiopum, cæteraſque illius virgines, conſecraſſet, tali propemodum oratione vſus fuiſſe perhibetur.

Deus plaſmator corporum, afflator animarum, qui nunquam ſpernis ætatem, non ſexum reprobas, tu has famulas tuas protectionis tuæ ſcuto circumtege, vt quas ad omne opus virtutis & gloriæ præparaſti, vincentes carnis illecebras, licitaq; connubia recuſantes, inſolubilem filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti copulam *mere-*

Abdias Babylo. lib. 7. historia Apoſtolica.

mereantur. His petimus domine arma ſuggeras ſpiritualia, vt te ſenſus earum & membra muniente, in corpore illarum non poßit dominari peccatum: nihil ſibi defenſor malorum, & hoſtis bonorum de his vaſis iam tuo nomini conſecratis, valeat vendicare. Omnem genuinũ calorem, imber gratiæ tuæ cœleſtis extinguat, lumẽ verò perpetuæ caſtitatis accẽdat. Facies ſcãdalis pudica non pateat, nec incautis occaſionẽ præbeat negligentia delinquendi: ſitq; in ijs cauta virginitas & ornata pariter, & armata fide integra, ſpe certa, & charitate ſyncera: vt præparatis animis ad continentiam virtus tanta præſtetur, quæ ſup reet diaboli vniuerſa figmenta. Contemnendo præſẽtia, futura ſectentur, ieiunia epulis carnalibus præferãt, & lectiones ſacras cõuiuijs & potationibus anteponãt. Deniq; præſta, vt inoffenſum curſum virginitatis implere valeant: per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Extat quoq; D. Ambroſij celebris oratio, quam dixit in conſecratione cuiuſdam virginis.

Ambroſius de Inſtitutione virginis c. vlt.

Nunc a d te pater gloriæ vota conuerto, cuius pietati inceſſabiles gratias agimus, quod in virginibus ſacris angelorum vitam videmus in terris, quam in paradiſo quondam amiſeramus. Te quæſo, vt tuearis hanc famulam tuam, quæ tibi ſeruire, tibi animam ſuam, tibi integritatis ſuæ ſtudium dicare præſumpſit. Quam ſacerdotali munere offero, affectu patrio commendo,

vt

vt propitius conferas ei gratiam, quò cæleſtium thalamorum immorantem adytis ſponſum excutiat, mereatur videre, introducatur in cubiculum Dei ſui Regis, mereatur audire dicentem ſibi: ades huc à Libano ſpõſa, ades huc, &c. In omni tempore ſint veſtimenta ſua candida, & oleum in capite non deſit, quò faces ſuas myſticas poſſit accendere, vt cùm venerit ſponſus, inter ſapientes, & cæleſti thalamo dignas virgines numeretur, quæ deuotionis ac fidei grauitatisq́; lumine, munus ſacræ profeſſionis illuminant. Tuere ancillam tuam pater charitatis & gloriæ, vt quaſi in horto clauſo, & fonte ſignato teneat clauſtra pudicitiæ, ſignacula veritatis. Inueniat quem dilexit, teneat eum, ſemper parata diebus & noctibus, toto ſpiritu mentis inuigilet. Sit in corde ſimplicitas, in verbis modus, erga omnes pudor, pietas erga propinquos, circa egenos & inopes miſericordia: quod bonum eſt teneat, ab omni ſpecie abſtineat mali: ſit confirmata in omni verbo & opere bono, gloriam tuam induat, & in tua gratia conuerſetur in hoc mundo. Sanctifices eam in veritate, in virtute confirmes, in charitate connectas, atq; ad illam cæleſtem gloriam, pudicitiæ & integritatis coronam illibatam immaculatamq́; diuino tuo fauore perducas, vt illic agni tui ſequatur veſtigia. Egredere tu domine Ieſu in die ſponſalium tuorum, ſuſcipe iam dudum deuotam tibi ſpiritu, nunc etiam profeſſione Cant. 4.

ne, imple agnitione voluntatis tuæ, aperi manum tuam, & imple animam eius benedictione: vt ſaluum facias ſperantem in te, & fiat vas in honorem ſanctificatum, vtile Domino, ad omne opus bonum probatum. Amen.

Quam idcirco fuſius ſcriptam reliquiſſe Ambroſium credo, vt poſteri formam & modum conſecrandi, & benedicendi ſacras virgines haberent.

Conſtat ergo nunc, quòd ſolennis profeſsionis cæremoniæ antiquiſsimæ ſint, & ab orthodoxis Patribus diligenter obſeruatæ. Hactenus enim virginis voluntas exquiritur, regulæ difficultates exponuntur, deponunturque & crines, & veſtimenta: coram frequenti populo, & ſororibus, ad altare, ſacerdoti, alta voce, ex ſcripto proprio ſuam profeſsionem edunt. Prælatus vel ſacerdos de virginitatis excellentia, qualiter ea potiſsimum rectè obſeruetur, vel ſimile quiddam ediſſerit: cumque earum profeſsionem, tanquam Dei miniſter, receperit, ſacrum velamen imponit, orat ipſe Deum pro illis, & populum orare iubet, vt fauſtæ ſint nuptiæ, vt Chriſtus eas confirmet, ſponſam ſuam amet, conſeruet, tulatur atque defendat. Tandem ſanctam ipſis Euchariſtiam porrigit: qua percepta, in altera manu ſcriptam Profeſsio-

feſsionem ſuam, in altera candelam ardentẽ geſtantes virgines, ad ſorores ſuas clauſtrũ ingrediuntur, cum iſto hymno: *Regnũ mundi, & omnẽ ornatũ ſeculi contempſi, propter amorẽ Domini mei Ieſu Chriſti: quem vidi, quem amaui, in quem credidi, quem dilexi.*

Religionẽ ingreſſus intra quod tempus profiteri deberet, variç opiniones fuerũt, quas refert Iacob. Menochius, de arb. Iud. li.2.ca.56. Prudẽter Baſilius Magnus præcepit, vt profeſsionẽ edituro tempus deliberandi cõcedatur, ne vel rapi vel perſuaderi vulgo putetur. Ante decimum quartum annum editam profeſsionem non valere aſſerit Mandoſius ad Cancel. regul. 19. q. 2. Concilum Tridentinum prohibet ne ante decimum ſextum ætatis annum expletum, profeſsio fieri permittatur, & non niſi per illum, qui per annum poſt ſuſceptum habitum religioſum in probatione ſteterit: probationis autem tempore finito, vel profeſsionem edant, vel extra Monaſterium eijciantur: ac ante profeſionem diligenter inquiratur: ſponte ne an coactè illibenterq; faciant. Addit Concilium Prouinciale Mechilinienſe, vt profeſsio fiat ſolenniter, & verbo expreſſo, in manu profeſsionem recipiendi poteſtatẽ habentis. Si quis eam recipere, cùm legitimam po-

Baſil. quæſt. 15. fuſi.

Titulo de regularibus c.7

 teſtatem

teſtatem non habeat, tentauerit, iuxta Canones puniatur. Conciliũ verò Prouinciale Mediolanenſe decreuit: vt Epiſcopus non ſolùm eas ante profeſsionem examinet, verùm etiam demonſtret, quam grauis res ſit, & quam multa religionis vota requirant: vt vinculi vim intelligant, quo ſe obſtringere volunt. Examen verò non intra Monaſterij ſepta, ſed in publica eius Monaſterij Eccleſia fiat, vt liberè ac fidenter voluntatem ſuam exponere poſsint. Nec ad Profeſsionem recipiantur, quæ congruè legere, & officium ſuum dicere neſciant. Peculiaris præterea liber habeatur, quo Profeſſionis diei & anni, quo facta eſt, memoria conſeruetur, manu eius monialis quæ ſcribæ officio fūgitur: adhibita ſubſcriptione eius quæ profeſſa eſt, ſi ſcribere norit, & ſuperioris qui eā admiſit. Poſtrèò, quo die profitentur, vel ſacrum habitum induunt, in foriſterijs ædibusque monialium ab eius propinquis aut amicis conuiuia ne fiant, neue bellaria dentur. Sicut ſplendidiora conuiuia in receptione & cõſecratione ſacrarum virginum, extrauagans cõmunis prima, de Simonia, iam ante prohibuerat. Quod per iſta multi à religionis ingreſſu deterreantur, aliaque incommoda inde proficiſcantur.

Parte 3. de Nouitijs ad Profeſsionem recipiendis.

Libro peculiari dies profeſsionis annotetur.

Conuiuia tempore profeſsionis ne fiant.

Dici-

Dicitur autem profeſsio, certæ religionis firma promiſsio, & reciproca obligatio inter eum qui aptus eſt ad profitendum ab ætate, à libertate, à natalibus, & ab alijs rebus, & illum qui profeſsionem recipit. Quorum ille ad obedientiam obligatur, hic verò ad tutelam & alimenta.

Sicut eſt diſtinctio perſonarum in matrimonio carnali: cap. ſi inter, de ſponſ. Inter baptiſantem & baptiſatum. c. debitum, de bigam. Inter inſtitutum & inſtituendum ca. fin. de Inſtitut.

Eſtque duplex profeſsio: tacita & expreſſa. De vtriuſque forma multiplici, & circumſtantijs atque effectu, latè P. Ioannes Azorius Lorcitanus Inſtitutionum Moralium lib. 12. & Carolus Tapias, de religioſis rebus cap. 5. 6. 7. 8.

Ætas profeſsionis Iure communi fuit in maſculis, 14. annus expletus, in fœminis 12. can. 1. 20. q. 1. cap. 1. de regul. in 6. cap. Conſtitutionem. eodem in 6. At verò Iure nouo Concilij Tridentini ſeſſ. de regular. cap. 15.

Decernitur: Vt in quacunque religione tam virorum quam mulierum profeſsio non fiat ante 16. annum expletum: nec qui minor e tempore, quã per annũ, poſt ſuſceptũ, habitũ in probatione ſte- P. Azorius li. 12. c. 4. q. 2.

terit, ad profeſsionem admittatur. Profeſsio ante facta ſit nulla, nullamq́; inducat obligationem, ad alicuius regulæ, vel religionis, vel ordinis obſeruationem, vel ad alios quoſcunque effectus. Et hic in fœminis malitia non ſupplet ætaté, ſicut in matrimonio facit. Tempus eſt, poſt expletum annum probationis. Perſona, cui de Iure vel conſuetudine competit. In ipſo actu profeſsionis quid agendum ſit, Magorum exemplum proponit Archiepiſcopale Bononienſe Paleoti. Etenim Magi in ſignum ſubiectionis tria obtulerũt Chriſto: Aurum, Thus, & Myrrham. Quæ referunt tria religionis vota. Auro reſpondet votum paupertatis: Thus exprimit votum obedientiæ, cùm thure ſacrificetur Deo, cui parendum eſt: Myrrha præſeruat corpus à corruptione, ideò declarat votum caſtitatis. Magi aurum obtuliſſe dicuntur apertis theſauris: vt ſic moniales diſcant, omnia ſua plenariè detegenda ſuo ſuperiori, & monaſterio in cõmunem vſum reſignanda. Quod dicitur, obtulerunt: ſignificat prompto, libentiq́; animo, ac puro corde, id factum fuiſſe, vt Deo placerent. Theſaurus, rem maximè charam deſignat, aggregationemq́; pecuniæ ſiue opũ: vt cùm opus fuerit in meliorem vſum expro-

Part. 7. ſerm. 14.

expromatur. Oblatio incenſi: reſpondet voto obedientiæ. Nam ſicut thure ſacrificatur Deo, ita voto obedientiæ, voluntas Deo conſecratur. Magi procidentes obtulerunt, deinde adorauerunt: ſic religioſi obedientia humili, intimaque animi deuotione & ſubiectione, ſuperioribus tanquam Dei miniſtris obedire diſcant: & ſicut Magi viſa ſtella ſtatim ſe dederunt itineri, prompteq; omnia executi ſunt: ita religioſi alacriter celeriterque exequantur quod ſuperiores iuſſerunt. Myrrha corpus à putrefactione cõſeruat virginitas omnem impuritatem expellit.

Ad hoc, *Magi* delitias *Regias* reliquerũt, quęrẽtes Dominum, & occaſiones, quibus retrahi vel impediri poſſent declinant, laqueoſque Herodis, ne à Chriſti obſequio retraherentur, vel in errores mitterentur, effugiunt: ita religioſi luxum, delitias, & irritamenta carnis atque ſenſus deſerant, ſolumque Chriſtum quærant: *A*llocutoria, lubricas mundi illecebras, & inuiſibilis, milleque artiũ magiſtri, hoſtis retia totis viribus deuitet. Magi ſolitudinẽ amplectũtur, intrãt domũ, lętantur cõgreſſu pueri, & matris eius: ita religioſi ſolitudinẽ quęrant, mortificationẽ carnis diligant, orationi, meditationi incumbant, colloquia miſcere conentur cum

Chriſto cæleſti ſponſo ſuo, & cum ſuauiſsima matre eius.

De pœna eorum qui ante iuſtam ætatem ad profeſsionem admittunt, de metu, fraude, dolo, ira, aliaue animi perturbatione, vel ob malum finẽ emiſſa profeſsione deque pacto appoſito: quod liceat retinere bona ſua. P. Ioannes Azorius lib. *12.* Moralium Inſtitutionum cap. *4.* & *5.* Carolus Tapias, tracta. de religioſis rebus cap. *12.* & ſeq. & alij plures.

DE VESTIBVS RELIgioſis.

CAPVT XIII.

CONſequens iam eſt, vt de veſtibus ipſis perquiramus: cur religioſi peculiarẽ habitum gerant, qualis ille ſit, quidue ſignificet: & quam imprudenter illum quidam perſtringant.

Quotquot ergo ardentius Deo ſeruire decreuerant, peculiarem quoque veſtitum ſumpſerunt: qui & ipſos officij admonerent, & per quem ab alijs hominibus diſcernerentur. Nam amictus corporis, riſus dentium, & inceſſus hominis enunciant de illo, teſte Eccleſiaſtico. *Eccle. c. 6.* Doctiſsimi certè viri memoriæ prodiderunt, quod Noach poſteris ſuis talem *Noachi pileus.* pileum

pileũ gerendũ tradiderit, ex cuius forma diluuij ſemper recordarẽtur, eiuſdemq́; memoria, vitia & turpitudines propter quas vniuerſus terrarum orbis, iuſto Dei iudicio, perierat, cauerent, & virtutes quæ Noachum cum ſuis à diluuio præſeruarant, amplecterentur.

Moyſi præcepit Deus: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, vt faciant ſibi fimbrias per angulos quatuor palliorum, ponentes in ijs vittas hyacinthinas: quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec ſequantur cogitationes ſuas, & oculos perres varias fornicantes: ſed magis memores præceptorum Domini faciant ea, ſintque ſancti Deo ſuo. Peculiares quoque ſacerdotum & Leuitarum veſtes ex mandato Dei praſcripſit. Helias, Heliſæus, & filij Prophetarum, Iudith & Ioannes Baptiſta, cæterique veteris Teſtamenti monachi ſingularem habitum geſſerunt. Ac periculoſiſsimis temporibus iram Dei deprecaturi, ſacco atque cilicio, pœnitentiæ ſigno vtebantur. Saccum conſui, ait Iob, ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam. Et Dauid: Cùm mihi moleſti eſſent, induebar cicilio. Rurſus: Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia. Poſt reditum

Numer. 15. Deuter. 22.

Exodi 28. & 29.

Zachar. c. 3.

Iob 16.

Pſal. 34.

Pſal. 29.

ex Babylone, conuenerunt filij Iſrael in ieiunio, & in ſacris, & humus ſuper eos.

Iudith. 8. Iudith religioſam & monaſticam vitam ſuſceptura, exuit veſtes iucunditatis ſuæ,& induit cilicium. Mardochęus quoque Heſter reginæ nutritius, ſpargens cinerem ſuper caput ſuum, ſacco induebatur, quando Aſſuerus Rex Iudæos perdere decreuerat. Daniel in ſacco & cinere Deum precabatur. Idem Niniuitæ & Machabæi fecerunt, Iudęiſq; hoc quaſi vernaculum fuiſſe indicat Eſaias, vt cilicio & ſacco, pœnitentiam acturi, vterentur. Iam verò monachiſmus perpetua quædam pœnitentia vocatur. Veteres quoque Monachi, D. Paulo Apoſtolo teſte, circumierunt in melotis, & pellibus caprinis.

Heſter ca. 4. *Daniel. 9.* *Ionæ 3.* *Eſaiæ 15. & 58.* *Hebr. 11.*

Prætereà, Romanorum Veſtales virgines,& Athenienſium γεραραὶ omniumque gentium ſacerdotes peculiarem habitum geſſere. In omni denique hominum memoria ſemper obſeruatum eſt, vt ſinguli ordines peculiarem veſtitum, certaque ornamenta gererent, quibus à reliquis diſcernerentur,&officij dignitatiſque ſuæ conmonefierent. Illi verò qui à rebus terrenis animum ſuum reuocare, & ſapientiæ virtutumque ſtudia ſectari decreue-

decreuerant, ita veſtiebātur, vt inde Philoſophi eſſe apparerent. Iulius enim Capitolinus author eſt, quòd M. Antoninus Imperator anno duodecimo habitum philoſophicum ſumpſerit. Et Iuſtinus Philoſophus & Martyr fatetur, quòd ipſum ex habitu philoſophum eſſe quidam ſtatim agnouerit. Minimeque mirandum ait Lucianus, ſi ab his differrent habitu, à quibus differebant inſtituto: contra verò, indecorum putat exiſtere, quòd peculiaris veſtis cytharædo, tibicini, atque tragedo tribuatur; viro autem bono & ſapienti cultus habitusque non attribuatur niſi cum vulgo communis. Non abs re igitur Maiores noſtri Eccleſiæ Chriſtianæ ac Catholicæ religionis primi fundatores, peculiarem habitum ſacris hominibus conſtituerunt.

Iuſtinus Dialogo cum Triphone.

D. Hieronymus de educanda virgine ſanctimoniali ſcribens: Ipſe, inquit, habitus & veſtitus docet eam, cui ſit promiſſa. Rurſus: Solent quædam cùm futuram virginem ſpoponderint, pulla tunica eam induere, & furuo operire pallio, auferre linteamina, nihil in collo, nihil in capite auri ſinere: re vera bono conſilio, ne habere diſcat in tenero quod poſteà ponere compellatur.

Ad Lætam de inſtitut. filiæ. ad Gaudentium de educat. infātulæ.

Aſel-

Aſellamque prædicat, quòd Romæ tanquam in eremo monacha vixerit, & religioſam veſtem ſumpſerit. Marcellam verò huiuſmodi veſtes ſumpſiſſe ſcribit, quæ ſepulchri & mortis eam admonerent. Veſtes enim eſſe pietatis ſignum, declarat ad Furiam, de viduitate ſeruanda. Laudat autem Paulinum, quòd tunicam cum animo mutarit: Deploratque quoſdam ſeculo renunciare veſtimentis duntaxat: & vocis profeſsione, non rebus. Paulæq; virgines vnum omnes habitum geſtaſſe narrat.

De inſtitutione monachi ad Ruſticum, ad Furiam, eo. 1. eo. 1.

li. 3. de virginibus.

B. quoque Ambroſius ſorori in memoriam reuocat, qualiter virginitatis profeſsionem veſtis quoque mutatione ſignaſſet. Et ad virginem lapſam: In illo conſecrationis tuæ die, ſacro velamine tecta es: quomodo tibi in actu iſto ignominioſo non venit in mentem habitus virginitatis? Rurſus ad virginem deuotam: Ambula in habitu ſancto, cum verecundia, & ſobrietate & grauitate.

Cap. 5. & 6.

Cap. 3.

Epiſtola 185.

Similiter Baſilius Magnus virginem quandam lapſam caſtigat: Vbi eſt venerandus ille tuus habitus? Ideoque certis veſtibus ſacros homines indigere probat, vt cùm diligentiſsimè ab alijs ordinibus eorum vita, & actus obſeruentur, per eas in officio retineātur, & à vitijs

Queſt. 22. fuſa.

vitijs abſtineant. Ac quemadmodum, inquit, proprium quiddã eſt, militis in veſtitu, & alius eſt ſenatoris, alius alterius, ex quibus vt plurimum dignitates ipſorum conjectamus: ſic etiam quandam eſſe Chriſtiani proprietatem, in veſtitu decorum eſt. Loquitur verò ibi præcipuè de monachis. Huc pertinet illud cõcilij Carthaginenſis 4. c. 11. Sanctimonialis virgo cùm ad conſecrationem ſuo Epiſcopo offertur; in talibus veſtibus applicetur, qualibus ſemper vſura eſt, profeſsioni & ſanctimoniæ aptis. Fuit ergò per Africam obſeruatum, vt ſacræ virgines ſacram veſtem acciperent. Nam eodem concilio Carthaginenſi IIII. docetur: quòd viduæ, ſi ſe deuouerint Deo, & veſte laicali abiecta, ſub teſtimonio Epiſcopi, & Eccleſiæ in religioſo habitu apparuerint, eum abijcere, atque ad nuptias tranſire nõ poſsint. In Hiſpanijs quoque id iam olim tenebat. Nam concilio Toletano 10. c. 4. præcipitur, vt profeſſę & conſecratæ virgines religioſam & ſacram veſtem à ſacerdote traditam vſurpent. Non diuerſi coloris, aut diuerſæ partis, ſed pallio purpureo, vel nigri coloris caput contegant ab initio ſuſceptæ religionis, in ſignum probabilis ſanctitatis: Synodus Conſtantino-

Gratianus ca. 1. & ſeq. 27. q. 1.

Grat. ca. vlt. 20. q. 1.

Canone 1. & ibi Balſomon. ſtantinopolitana, quæ in templo SS. Apoſtolorum congregata fuit, profitetur: quòd religioſa veſtis olim adeò honorata fuerit, vt multi propterea eam induerent, vt ex habitu, & tonſura, pietatis opinionem conſequerentur. Ideoque diabolum ablaboraſſe ait, vt venerabilem iſtum habitum probroſum redderet. *Can. 4.*

Doctiſsimus ille Balſamon habitum Angelicum vocat, nec ante diligens examen alicui facile tribuendum aſſerit. Magnum illud Concilium Nicænũ primum can. *66.* iuxta editionem Alphonſi Piſani: Religioſi, inquit, viri & fœminæ habeant alia indumenta, & alios mores quàm laici, tondeant caput in modum coronæ, & cingant ſe, neque ferant crumenam ad latus ad oſtentationem, ſicut faciunt magnates populi, neque cultellos vt milites, aut mercatores cùm iter faciunt. Tonſuram verò magni & Angelici illius habitus amictum appellat. Quibuſdam in monaſterijs alio habitu nouitij in anno probationis, alio religionem apertè profeſsi vtebātur: in quibuſdam verò habitus omnium idem & ſimilis habebatur. Paulus Eremita geſtabat pallium ex folijs palmarum. S. Martini ſectatores, etiam viri nobiles, *cap. 1. de regular in 6. Clement. 2 eodem 11.*

came-

camelorum ſetis induebantur, authore Sulpitio. Ac ſanctus ille vir moriturus conantibus diſcipulis vilia quędam ſtramenta ſupponere, reſpondit: *Non decere monachũ niſi in cilicio & cinere mori.* Aphraates magnus cucullo tempore Valentis Imperatoris vtebatur. Quòd virgines tempore Hieronymi cucullos geſtarint, teſtatur cap. *31.* & *38.* regulæ monacharum.

Theodoretus l.4.c.16.hiſt.

Cucullus

Conſtat ergo, quòd tam veteris quàm noui teſtamenti monachi peculiares veſtes vſurparint: nunc quales eæ fuerint, & quamobrem introductæ, breuiter edifferam. Quemadmodum diuerſæ monachorum ſodalitates, varijque Ordines, pro naturę ac ingeniorum humanorum diuerſitate, extabant: ſic etiam ſingulorum ferè Ordinum authores, peculiarem habitum ſuis ſectatoribus præſcripſère. Omnes tamen hoc diligenter primò cauiſſe leguntur; vt veſtibus honeſtis pietatique & ſanctimoniæ congruentibus, humilibus denique, & minimè curioſis, aut varijs, neque ſordidis, vterentur.

Baſilius Magnus interrogatus, qualisnam habitus eſſet Chriſtiano monacho decorus futurus, reſpondit: qui & humilis & ſimplex exiſteret, & tam tegendo cor-

Quæſt.22.fuſa. & 210.cõpend. & cõſtitut.exercitat. cap.30.

corpori, quàm aeris iniurijs propulſandis idoneus: quique tempori, loco, & perſonæ conueniret. Præcipit quoque monachis, vt vilibus vtantur veſtibus, ad neceſsitatem corporis, non ad gloriam, vel luxum, aut petulantiam. Séque contentum fuiſſe ait, craſſa veſte, & cingulo, & de corio impolluto calciamentis. Cæterisque monachis ſuadet, vt his veſtibus contenti ſint, quæ à Præfecto ſuppeditantur, dummodò corpori aptæ ſint. Quæ ſi fortè alicui viliores atque contemptibiles appareant, eum conſiderare iubet, quòd operarius quidem dignus ſit mercede ſua, verùm quòd ipſe ſtudio & opere ſuo nec viliora promeruerit. Quiſquis autem meliores veſtes repudiat, petitque viliores, vt idcirco hominibus religioſus & pius eſſe videatur, eum velut hypocritam damnat.

Epiſt. 89.

Quæſt. 168. compend.

Quæſt. 50. comp.

D. Hieronymus de Nepotiano ad Heliodorum ſcribit: Excepta vili tunica, & operimento pari, quo tecto tantùm corpore frigus arceret, nihil ſibi amplius referuauit. Cultus ipſe Prouinciæ morem ſequens, nec munditijs, nec ſordibus notabilis erat. Et ad Ruſticum monachum: Sordidæ veſtes candidæ mentis indicia ſunt, vilis tunica con-

tem-

temptum ſeculi probet: ita duntaxat, ne animus tumeat, nec habitus ſermoque diſſentiant. D. etiam Chryſoſtomus de veteribus monachis loquens: Veſtis eſt ijs fortitudine digna: non enim caudatis veſtibus vtentes iuxta eneruatos & molles induuntur, ſed iuxta beatos illos Angelos, Heliam, Heliſæum, Ioannem, ſecundùm Apoſtolos: cùm veſtimenta ſint ipſis parata, his quidem ex caprarum pilis, his autem ex pilis camelorum, ſunt & quibus ſolæ ſufficiunt pelles, & hæ iamdudum confectæ. Viroſque nobiles viliùs aliquando fuiſſe veſtitos quàm ſeruos ſuos, vſoſque in eremo veſte ruſtica, craſſo indumento, nudis pedibus, teſtatur: etſi eum habitum longè honoratiſsimum fuiſſe probat. Deplorat verò quod pleriſque in locis nulla veſtium ratio haberetur, quæ virginem decerent. Quæ ſeſe liberiùs ornant, eas adulteras, & multorum periculorum magiſtras appellat, grauiſsimaque oratione perſtringit, quæ nimis in veſtibus curioſæ ſunt: hortaturque vt animam ſponſo ſuo exornent, nec alijs occaſionem præbeant delinquendi, quæ ſoli Chriſto ſunt conſecratæ. Grauiſſimus author Tertullianus, Chriſtianas mulieres peculiari libro eleganter orna-

Homilia 56. ad Antio.

Chryſoſto eadem & ho. 41. in Geneſin.

teque erudiuit, ne in ornatu corporis paganas imitarentur, & profeſsionem ſuam dedecoraret. Cùm pudicitiæ Chriſtianæ non ſufficiat, talem eſſe, verùm etiam talem videri oporteat in animo & habitu. Ergo certè multo adhuc magis ſacras virgines ab ornatu corporis abſtinere voluit, vt Chriſto ſponſo ſuo (qui non corporis, ſed animi munditiam pulchritudinemque requirit) placerent.

Tractatu de habitu virginum.

Præclara glorioſi martyris Cypriani oratio eſt: Virgines nec ornari, aut placere cuiquam, niſi Domino ſuo ſtudeant, à quo & mercedem virginitatis expectant. Continentia & pudicitia non in ſola carnis integritate conſiſtit, ſed etiam in cultus & ornatus honore pariter ac pudore, vt ſecundùm Apoſtolum, quæ innupta eſt, ſancta ſit, & corpore & ſpiritu. Virgo non eſſe tantùm, ſed & intelligi debet, & credi, vt nemo cùm virginem viderit, dubitet an virgo ſit. Parem ſe integritas in omnibus præſtet, nec bonum corporis, cultus infamet. Quid ornata, quid compta procedit, quaſi maritum aut habeat, aut quærat? Timeat potius placere ſi virgo eſt, nec periculum ſui appetat, quæ ad meliora & diuina ſe ſeruat.

Nec

Nec fas eſt virginem ad ſpeciem formæ ſuæ comi, aut de carne & pulchritudine eius gloriari; cùm nulla ſit ipſis magis quàm aduerſus carnem colluctatio. Paulus forti ac ſublimi voce proclamat: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini mei Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo: & virgo in Eccleſia de ſpecie carnis, atque de corporis pulchritudine gloriatur? Addit Paulus. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cũ vitijs & concupiſcentijs eius: & quæ ſe vitijs & concupiſcentijs renuntiaſſe profitetur, in ijſdem quæ renuntiauerat inuenitur? Dum ornari cultius, dum liberius euagari virgines volunt, eſſe virgines deſinunt. Vince veſtem, quæ virgo es, quæ Deo ſeruis: vince aurum, quæ carnem vincis & ſeculum. Arcta & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam: durus & arduus limes, qui tendit ad gloriam. Si te ſumptuoſius comas, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuuentutis illicias, ſuſpiria adoleſcentium poſt te trahas, peccãdi fomenta ſuccendas, vt ſi ipſa non pereas, alios tamen perdas, & velut gladium te ac venenum præbeas: excuſari nõ potes, quaſi mente caſta ſis & pudica. Redarguit te cultus improbus, & ornatus im-

 pudicus,

pudicus: nec computari iam potes inter virgines Chriſti, quæ ſic viuis, vt poſsis adamari. Quis non id execretur & fugiat, quod alijs fuerit exitio? Quis id appetat & aſſumat, quod ad necem alterius fuerit pro gladio & telo? Quanta dementia eſt, id velle, quod nocuerit ſemper & noceat? & putare, quod inde ipſa non pereas. vnde alios perijſſe cognoſcas? S. Hieronymus ad Nepotianum ſcribit: Ornatus & ſordes pari modo fugiendæ ſunt: quia alterum delitias, alterum gloriam redolet. Vis ſcire, quales Dominus quærat ornatus? Habeto prudentiam, iuſtitiam, temperantiam, fortitudinem: his cæli plagis includere, hæc te quadriga velut aurigam Chriſti ad metã cõcita ferat. Quotquot verò ſe ornant, ſponſos vel ſponſas magis videri ait, quàm clericos, vel monachos, ſanctimoniales ue. Sacras autẽ virgines hortatur, vt dẽt operã ne ipſis quadret: Filiæ eorũ cõpoſitæ, vt ſimilitudo templi, & dealbatę ab extra, vt monumẽta, quæ extra auro relucent, intus autem ſunt turpiſsima, & immunda cadaueribus mortuorum. Docetque eas in cœnobijs habitare, velut mortuas in ſepulchro. Iã verò, inquit, non eſt opus cadaueribus mortuorum pretioſis & compoſitis ornamentis in ſepulchro. Pudeat religionis nomen

De vita clericorum, to. 1.

Regulæ Monacharũ c. 28.

nomen habere, & ſe cultu veſtium hi- *cap. 31.*
ſtrionem oſtendere. Fateor quidem illos
mentiri, qui gloriantur ſe ſeruare caſtitatem,
& in veſtibus lubricitatem ſectantur.
Pannus itaque veſter etſi albus & candidus,
tamen groſſus & vilis ſit, vt & color
candorem caſtitatis intrinſecum, &
vilitas contemptum terrenorum exhibeat.

Prudenter quoque Baſilius Magnus *libro de virginitate.*
admonet, oportere virgines animo, corpore,
motu & habitu eſſe virgines: ornatu
verò externo deturpari: & malè ſuſpicandi
alijs, quaſi adulterium quærant, occaſionem
prębere. Cùm nec ſponſus earum
Chriſtus ornatu delectetur, nec virginitas
ipſa eum requirat, imò auerſetur potiùs.
Hortaturque vt & ſeipſas à calumnijs
liberas ſeruent, & caueant quoque,
ne ornatu ſuo, aut geſtu, habituue mortis
alicui occaſionem præbeant. Præſertim
cùm ardenter natura viri ad fœminam
feratur, vt alias faces ſuperaddere
non ſit neceſſarium.

Beatus Ambroſius memorabile ſacris
hominibus exemplum proponit.
Hetruſcum iuuenem extitiſſe ait, quem
propter admirandam oris pulchritudinem
fœminæ adamarint, ipſe verò ſtigmatibus
vultum ſuum inarârit, vt turpis

euaderet, malens corporis quàm animi pulchritudinem perdere.

Lib.3. pedagogi cap.11. Clemens Alexandrinus probat rectè peculiares veſtes ſumi, ſed honeſtas, v..i.us coloris, ętati, perſonę, ſtudijs aptas, frugalesque. Hortatur autem, vt tales ſe vbique gerant, quales habitus requirit; nec vnà cum locis, figuram, habitum, & mores mutent. *lib.2.cap.10.* Ornatum quoque & fucos grauiſsimè meritò perſtringit.

Elegans & breue eſt illud concilij Carthaginenſis 4. Clericus Profeſsionem ſuam & in habitu, & in inceſſu probet: & ideo nec veſtibus, nec calciamentis decorem quærat.

Thomas Kempis lib.1. diſciplinę clauſtralis cap.12. Cur, inquit, religioſi corpus animi carcerem, mox in cineres redigendum, tantopere ornant?

Petrus Anchoranus celebris Canonum Doctor ad Clementinā, Eos, de regularibus. Status, inquit, Regularium conſiſtit in cibis, & veſtibus. In veſtibus prohibetur ornatus exquiſitus, non decens. Nec fulgidis vtantur, nec ſordidis, nec fractis, iuxta mores patriæ. Habitumque Nouitiorum ab habitu profeſſorum diſtingui vult: & vnde cognoſcantur, quātumque obligent, ediſſerit.

In concilio Viennenſi ſub Clemente V. de-

V. decretum extat, vt Monachi honeſtum & decorum habitum gerant, iuxta morẽ ordinis atque regionis, in qua morantur, nec in qualitate panni, regularis exceda-tur modeſtia, nec quæratur quid pretio-ſius & ſubtilius, ſed quid vtilius valeat in-ueniri. Sit veſtis rotunda per circuitum, non ſciſſa, nec longitudine nimia, aut bre-uitate notanda, ſerico veſtes non ſubdu-cant. Mandatur quoque Prælatis & Viſi-tatoribus, vt prouideant, ne moniales pã-nis ſericis, variorum foderaturis ſandali-tijs, comatis & cornutis crinibus, ſcacatis & virgatis caputiolis vtantur. Concilium Prouinciale Mediolanenſe ſanciuit, ne vel ſpeculum, catellumue, aut vnguenta monialibus habere permittatur. De Ca-noniſsis memorabilis conſtitutio pro-mulgata fuit in Comitijs Auguſtanis: De-bent à nimis exquiſito & procaci habitu abſtinere, nec ſeculariter comptis ince-dere veſtibus excultæ, ſed in habitu mo-deſto, mundo & caſto, vt ſint earum mo-naſteria ſcholæ pudicitiæ, & virtutum, in quibus filiæ nobilium diſcant non laſci-uire, non ſuperbire, ſed Deum timere, o-rare, & pijs aſſueſcant exercitijs, ac mori-bus bonis.

Clement. de ſtatu Monach. cle. 1. de ver-bor. ſignificat.

Reformatio Eccleſiaſtica Cap. de Mona-ſterijs.

Qua in re nunc à pleriſq; religioſis gra-

uiter

uiter peccatur. Totusq; proh dolor, locus hic, in quàm plurimis religioſis viris & fœminis adeò deprauatus eſt, vt non mirum ſit, quòd totus ille ordo tanto odio atque inuidia laboret.

Proſper li. *1.* de vita contemplatiua taxat eos, qui non moribus nec mente conuertuntur ſed veſte, non actu ſed habitu: opinionemque virtutis pro virtute ſuſcipiunt. Et Bernardus: Video, & non parũ doleo, nonnullos in ſchola humilitatis ſuperbiam magis addiſcere: in domo Dei inſoleſcunt, qui in domo propria non niſi contemptibiles eſſe potuerant, in monaſterio quærunt, quod in ſeculo habere nequibant. Ideoque Chryſoſtomus meritò à reliquis mulieribus contemni atq; derideri affirmat moniales, quod ſuum decorum, honeſtatemque ſuam ipſæ priùs contempſerint, & externum fucum atque ornatum diligentiùs conſectentur, quàm quæ viris matrimonio iunctę ſunt. Iudith Monacha ſeſe aliquando ornaſſe legitur, vt adultero placeret, ſed religione id, non amore fecit, vt & ſuam, & reliquorum pudicitiam conſeruaret. Abſolon verò filius Dauidis Regis crinibus ſuis pulcherrimis nimium abutebatur, ad ſuperbiam: ac ijſdem ad arborem ſuſpenſus, interijt.

Homil. 8. in 1. epiſt. D. Pauli ad Timotheum.

Iudith. 9.

Ambroſ. li. 2. de virg.

Quin-

Quinimò apud veteres in paganiſmo Romanos Minuta Veſtalis ob elegantiorem cultum in ſtupri ſuſpicionem venit. Idem Claudiam Veſtalem formoſam,& exquiſito illecebroſoque habitu inſignẽ virginẽ pertuliſſe, refert Feneſtella. Probro dabatur Demoſtheni, viro Philoſopho, quòd veſtitu, cæteroque corporis cultu nitido, venuſto, nimiſque accurato exiſteret. *Feneſt. de ſacerdotijs Ro. cap. 12.* *Gellius lib. 1. cap. 5.*

Ex viſu, inquit Scriptura, cognoſcitur vir, & amictus corporis, riſus dentium, & ingreſſus hominis enuntiāt de illo. Vtantur itaq; ſinguli veſtibus ſui Ordinis, eas rectè induāt, vt nec ornatus inde, nec ſordes, aut inhoneſtas appareat. Peccatum enim non in veſte, ſed in animo vtentis conſiſtit; Fieriq́ue poteſt, vt magis in vili & craſſo cucullo peccet, ſuperbus Monachus, quàm Dauid, Salomon, Iudith, Heſter, pretioſis veſtibus peccauerunt. Veſteſque ſacras, teſte Baſilio, præ cæteris omnibus etiam Regijs amare debent, quia profeſsioni cõueniunt: & per eas Chriſto ſe deſponſatas eſſe recognoſcunt. Nec vllo vnquam tempore, quāquam ſolæ ſint, abſque ijs nudæ reperiantur. *Eccleſi. 19.*

Crebrò ex cœnobijs Epiſcopi creātur, ſed ne tunc quidem habitum mutare licet. Concilio Prouinciali Mechlinienſi *Synodi 8. cap. 27.*

Bra-

De regularibus & monialibus. Brabantiæ ſancitur: Etſi veſtis non adferat ſanctitatem, non tamē ſine graui cauſſa à Patribus ſemper ſtudioſè curatum fuit, vt religioſis eiuſdem ordinis & regulæ vniformis eſſet etiam exterior habitus: quem canones ſine legitima cauſſa, abſq; periculo cenſurarum, ne ad breue quidē tempus permittunt deponi. Idem Henricus & Fredericus Archiepiſcopi Colonienſes ſynodalibus cōſtitutionibus prohibuerunt.

Fol. 73, 84. 191.

Fol. 445. Sub Adolpho III. Archiepiſcopo Colonienſi ſtatutum fuit: Percepimus ſanctimoniales quaſdam religionis ſuæ habitum ſubinde deponere, & veſtes ſeculares religionis tædio ſibi aptare, non abſq; graui fidelium ſcandalo, & ſtatus ſui ignominia: quippe quòd ſicut mulier impudica cum veſte pudorem, ita ſanctimonialis religionem cum veſte deponit. Quam indignitatem prohibere volentes, præcipimus, ne qua religioſa virgo, ſub excommunicationis pœna, habitum alium quàm ſuæ religioni conuenientem ſibi induat; aut alia videri velit ſponſa Deo cōſecrata, quàm ea, quā ſe eſſe profitetur. Tertullianus manus ſacrilegas appellat, quæ velum, Deo dicatum habitum, virginibus detrahere præſumunt.

Quòd

Quòd autem alios homines per religioſorum peculiares veſtes, quidam offendi aiunt, hoc Tertullianus ibi redarguit his verbis: Bonæ res neminem ſcandaliſant, niſi malam mentem. Si bonum eſt modeſtia, verecundia, faſtidium gloriæ, ſoli Deo captans placere: agnoſcant malum ſuum, qui de tali bono ſcandaliſantur. Quid enim ſi & incontinentes dicant ſe à continentibus ſcandaliſari, continentia reuocanda eſt?

Similiter Hieronymus: Scandaliſat quempiam veſtis fuſcior? Scandaliſet Ioannes, quo inter natos mulierum maior nemo fuit, qui Angelus dictus ipſum quoque Dominum baptiſauit, quia camelorum veſtitus tegmine, Zona pellicea cingebatur. Illæ Chriſtianos oculos ſcandaliſent potius, quæ purpuriſſo, & quibuſdam fucis ora oculoſque depingunt, quarum facies gypſeæ, minioque candore deformes idola mentiuntur. Si hoc omne vituperandum reijciendumque eſt, quod homines improbos offendit, repudientur omnes leges, nulla denique virtus, nulla honeſtas retinebitur. Olim venerandum iſtum habitũ incredibiliter honorabant, propter religionis & authorem & ſcopũ Chri-

Ad Marcellã de ægrotatione Bleſillæ. Tom. 1.

Vide Thom. 2. 2. q. 87. art. 6.

Chriſtum. Alij intolerabilem religioſos in ſuo habitu fiduciam, religionemque ponere dicunt, vt ſalutem ſe inde conſecuturos confidant, illo glorientur, reliquos contemnant. Eccleſia verò catholica, ſanctique Patres contrarium ſemper docuerunt, nec tam craſſus mihi vnquam ſacros homines error præoccupaſſe videtur. Eccleſiaſticus enim hortatur: In veſtitu ne glorieris vnquam.

cap. 11.

Concilium Gangrenſe Euſtathium hæreticum condemnauit, & præterea contra omnes alios huiuſmodi canonem edidit: Si quis amiculo vtitur, & tanquã habens ex eo iuſtitiam, eos condemnet qui cum pietate beros ferunt, & alia communi ac conſueta veſte vtuntur: ſit anathema. Beros verò Balſamon veſtes ex ſerico contextas interpretatur.

Can. 12. Gratianus diſt. 30. Niceph. l. 9. cap. 16.

Clemens Papa III. Honorius III. rotundis verbis profitentur, quòd non veſtis aut habitus monachum faciat, ſed profeſsio regularis. Baſilius Magnus docet, monachos, ne arbitrentur omnes ſaluari, qui in cella degunt; nec glorientur in veſtitu ſuo. Eodem pertinet illud Hieronymi ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis: Ne hoc ipſum tibi iactantiã generet, quòd ſeculi iactantiam cõtempſiſti.

ſiſti:nec cogitatio tacita ſubrepat, vt quia in auratis veſtibus placere deſijſti, placere coneris in ſordidis. Et ad Paulinum: Humilitatem veſtium tumenti animo ne appetas.

Prlmi certè religionis fundatores ſapienter exiſtimarunt,externis indumentis ſuos à reliquis omnibus ſecerni atque ſeiungi debere. Non quod in veſtium ſqualore, pietatem & virtutes potiſsimum ineſſe putarent, ſed vt eo ipſo admonerentur, puritate morum vitæque ſanctimonia cæteris præſtare oportere, à quibus habitu differrent:puderet quoq; illam humilitatem,innocentiam,integritatem,humanarumque rerum contemptum moribus non exprimere, quam veſtibus & externo habitu, pollicerentur.

Vnde Optatus Mileuitanus libro ſexto contra Parmenianum: Non mitrella cõpeſcuntur æſtus animi,quos interdũ ætas accendit,non inde ſubleuatur mens, quæ nonnunquam deſideriorum ponderibus premitur:alioqui non vna, ſed plurimæ virginis capiti imponerentur. Res inuenta eſt ad ſignum capitis, non ad remedium caſtitatis. Denique talis pannus & deturbari, & rodi, & perire poteſt: & tamen virginitas,ſi illęſa eſt,ſine mitrella

tuta eſſe poteſt. In mitrella indicium eſt voluntatis, non caſtitatis auxilium: vt rẽ iam Deo deuotam ne qui ſponſabat, perſeueret petere, aut ne raptor audeat violare: ſignum eſt ergo, non ſacramentum Mitrellas verò ibi Optatus vocat, quaſi paruas mitras. *Mitra* verbum eſt Syriacũ, διάδημα græci, Latini vittam, ſiue redimiculum appellant.

De his veſtibus Caſſianus lib.1.cap.1.

Et Sozomenus lib.3. hiſtoriæ Eccleſiaſticę c.14. Fertur, inquit & alia in Ægypto Monachorum indumenta, propter exemplum Philoſophiæ cuiuſdam, neque temerè ab alijs diuerſa fuiſſe vrſurpata: tunicisque eos ſine manicis indutos, vt manus à contumelia cohibendas eſſe docerent. Tegumentum verò capitis, quòd cucullum vocant, admonebat, vt perinde ſimpliciter ac pure viuerent, atque pueri, qui lacte nutriuntur, quibus huiuſmodi thiaræ ad tegendum & fouendum cerebrum imponuntur. Zonam etiam & humerale habebant, illam quæ lumbos cingens, hoc quod humeros & brachia continens, ad miniſtrandum Deo, operandumque hortarentur. Habitum eorum talem extitiſſe narrat, qui ad virtutem proſpiceret & animos iſtorum, qui terrena ſapiunt, ad hoc alliceret, vt ad ſuperna ſuſpiceret. Pelles verò quoſdam propterea

Tunica ſine manicis.

Cucullus.

Zona.

tereà vſurpaſſe arbitratur, vt de virtutibus Heliæ admoniti fortiter contra prauas cupiditates decertarent, ſimiliumque præmiorum ſpe, virtutes diligentiſsimè conſectarentur. Eadem Nicephorus libr. 9. cap. 14. repetijt.

Cucullus autem non modò candidam illam veſtem ſignificat, qua recens baptiſati, ad deſignandam animi puritatem induuntur (eſt enim profeſſio religionis velut alter baptiſmus) verumetiam per hoc religioſi admonentur, vt rectè inter duo extrema ad Deum pergant, nec reſpiciant ad dextram vel ſiniſtram. Dionyſ. Areop. Eccleſ. Hieron. cap. 6. Balſamon ca. 12. Concil. Neocæſi Hildegard. in reg. Benedicti. Alij Capam à capite, ſiue capiendo, quòd totum hominem capiat, dictam putant. Gloſſa clement. 1. de ſtatu Monachi verbo Capa.

Cingulo Heliam, Ioannem Baptiſtam, Chriſtum, Petrum, Paulum, vſos ſcribit Baſilius, quod hoc virtutis & conſtantiæ, atque ad operandum próptitudinis ſignum exiſteret. Nigræ aut griſiæ veſtes, pœnitentiam, mundi contemptum, humilitatemque deſignant.

Color albus, authore Cicerone, decorus eſt Deo. Quare Deo & Angelis in ſcriptura ſacra crebrò albæ veſtes tribuuntur. Gregorius Magnus homil. 29. quærentibus; cur nato Domino apparentes Angeli non tam albis apparuerint, quam eodē aſcendente: reſpondit: Quia tunc magna ſolennitas Angelis facta eſt, cùm cælum Deus homo penetrauit. Naſcente Domino videbatur humiliata diuinitas, eo aſcendente humanitas eſt exaltata. Albæ etenim veſtes exaltationi magis congruunt, quam humiliationi. In aſcenſione ergo Domini Angeli eius in albis veſtibus apparere debuerunt. Quia qui in natiuitate ſua apparuit Deus humilis, in aſcenſione ſua oſtenſus eſt homo ſublimis.

Cice. 1. de legib.

Albæ veſtes quid ſignificent.

Qui ergo candidi ſunt, (eſſe autem omnes religioſi tenentur) rectè candidis veſtibus vtuntur. Ideoque ſapientiſsimi viri albas veſtes Monachos ferre voluerunt, vt à peccatis deterrerent. Nam ſicut leuiores etiam maculę albis in veſtibus, ita religioſorum hominum peccata faciliùs apparent & conſpiciuntur, notanturque. Albus color apud veteres Romanos innocentiam, pietatem atque decorem ſiue excellentiam indicabat. Quare Dialis Flamen album galerum geſtabat, quod Ioui,

Clemēs Alex. l. 2. Pædagogi ca. 10. & l. 3. cap. 11.

Areopag. c. 6. eccl. hierarch.

Ambroſ. cap. vlt. de inſtit. virg.

Fen. ſtella c. 5. de ſacerd. Ro.

Ioui, Deorum maximo, alba veſte ſacrũ fieri oportere crederent. Virgines quoque Veſtales, alba plerumque veſte vtebantur. Ac magiſtratum aliquem petituri, albas veſtes ſumebant, vnde candidati vocabantur.

Cumque Romani Patres in Chriſtum crederent, exultare atque lætari cœperunt candidiore toga, niueum pieatis amictum ſumere & exuuias deponere Pōtificales. Iapanorum Bonzi, & Indorum Monachi albis vt plurimum veſtibus vtebantur, antequam Hiſpani & Luſitani eo peruenirent, vt ex traditione Apoſtolorum id retinuiſſe dicebantur. Maximi denique honoris ergò, Platonem Philoſophorum Deum, in Siciliam veniētem, Dionyſius tyrannus albis quadrigis introduxit. Iſiaci Iſidis ſacerdotes albam lineam veſtem geſtaſſe, feruntur, quod lana facilius ſordes obuias imbibat.

Prudentius lib. 1. contra Symmachum.

Rodoginus li. 5. cap. 12.

Raphael Volaterranus annotauit, quod Iacobus Apoſtolus Hieroſolymis, ex more Leuitico veterumque ſacerdotum, lineam tunicam ſumpſerit, quam Marcus Euangeliſta Alexandrię retinuerit, tandemq; S. Auguſtinus ſuis reſtituerit, etſi paulatim ab alijs alię quoque fuerint adhibitæ.

lib. 21 in vita Auguſtini.

Siſinnius Nouationorum Epiſcopus, à

Niceph.l.12. cap.36. quodam interrogatus, cur candida veſte vteretur, quæ Epiſcopum non deceret, reſpondit: Salomon me vt hoc faciam adhortatur, dicens: Sint tua veſtimenta ſemper alba: quin & Seruator candida veſte vſus eſſe videtur, qui diſcipulis in monte Thabor Moſen & Heliam candidatos exhibuerit.

Eccli.cap.9.

lib.4.cap.2. Scitum eſt illud Ezdræ: Qui ſe de vmbra ſeculi tranſtulerunt, ſplendidas tunicas à Domino acceperunt. Et hoc Iudæ Apoſtoli: Odientes eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam. Ioanni Apoſtolo Angelus Dei ediſſeruit, quod omnes illi, qui puros ſeſe conſeruant in hoc ſeculo, lauant ſtolas ſuas, & dealbant eos in ſanguine Agni: beatiſsimi futuri ſint. Sancti ergo Patres ad hoc ſuos ſectatores prouocaturi, albas ipſis veſtes commendauerunt. Verum, quia homini mortali per quam difficile futurum intelligebant, immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo, & peccatis circumſeptum nuſquã delinquere: idcirco nigras quoque, vel alterius coloris veſtes addiderunt, quæ ad pœnitentiam eos commonefacerent.

Apocalip. 7.

Qui ex iſta diuerſitate veſtium religionis diuerſitatem colligere conantur, idem faciunt, ac ſi quis argumentetur:

Concionatores, aut verbi Dei miniſtri, alij longis, alij breuibus tunicis, aut barbis, hi pileo, illi tegmine vtuntur: ergo religio eorum diuerſa eſt.

Etſi non dubito, quin magnis de cauſſis antiqui patres diuerſas religioſorum hominum veſtes introduxerunt: illorũ tamen ſententia mihi, hoc tempore, non aſpernenda videtur, qui vel omnibus religioſis viris & fœminis, vel ſaltem his, qui vnam ſodalitatem & regulam conſectantur, de conſilio & voluntate legitimi magiſtratus, vnum aliquem honeſtum atque decorem habitum excogitandum eſſe arbitrantur. Hoc enim Innocentium III. Pontificem Max. non improbaſſe, ex cap. Deus, ext. de vita & honeſtate clericorum, apparet. Et doctiſsimi ſcriptores catholici hoc conſuluerunt.

QVOD POST PROFESSIOnem *religioſos deceat conſtantia & diligentia in progrediendo.*

CAPVT XIIII.

Paulus Apoſtolus olim ad Philippenſes perſcripſit: Imitatores mei eſtote fratres, & obſeruate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram.

Philipp. 3. Non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim; ſequor autem, ſi quo modo comprehendam, à quo & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe: vnum autem, quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei, in Chriſto Ieſu. Et ad Corinthios: Cùm eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus; *1. Corinth.* 13. quando autem factus ſum vir, euacuaui, quæ erant paruuli.

Quæ etſi ad omnes homines promiſcuè referantur, religioſis tamen in primis conueniunt. Vt poſtquam ſeſe Chriſto, Deo & ſponſo ſuo, per Profeſsionē publicam conſecrarunt, id ſibi dictum putent, quod Chriſtus Petro imperaſſe *Lucæ* 5. legitur. *Duc in altum.* Vt à terra ſe abducere conentur, nec ad terram, vnde digreſſi ſunt, redire, terreniſq; rebus occupari *Lucæ* 5. velint. Id quod ipſe Chriſtus eleganter *Lucæ* 6. *Matth.* 5 Apoſtolis, atque Apoſtolicæ & perfectioris vitæ ſectatoribus ediſſeruit: Vt tam inimicos quam amicos diligerent, benedicerent his qui maledicunt ipſis, benefacerent qui oderunt: pro malo redderent bonum: percutienti in maxillam

vnam,

vnam, porrigerent quoque alteram: ablatam tunicam ne repeterẽt, ſed permitterent potius & pallium auferri. Ac quæcunque vellent ſibi ab alijs fieri, eadem ipſi reliquis præſtarent: eſſentque perfecti, ſicut pater cœleſtis perfectus eſt. Similiter & Petrus: Eſtote vnanimes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed è contrario benedicentes, quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hæreditate poſsideatis. *1. Petri 3.*

Ad religioſos quoque pertinet: Sanctificamini & ſancti eſtote: quia ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter. Et: Sacerdotes ſancti erunt Deo ſuo, & non polluent nomen eius: ego ſanctifico eos, dicit Dominus. Deponentes omnem malitiam, omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias & detractiones, ſicut modo geniti infantes, rationabile abſque dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem. Cum iſto: Ab omni ſpecie mali abſtinete vos, vt integer ſpiritus & anima, & corpus ſine querela in aduẽtu *Chriſti* conſeruetur. Curent ergo ne ad Ruſticum *Hieronymi* querela ipſis conueniat; quod voce & habitu magis renunciaſſe ſeculo videantur, quam re ipſa. Quo- *Leuitici 20. & 21.* *1. Petri 2.* *1. Theſſ. vlt.*

modo veteres Philoſophos notat Lactantius, quod ſapientię myſterium barba tantum & pallio celebrarent. Quales non immeritò ſepulchra dealbata vocabuntur, quæ apparent hominibus ſpecioſa, intus autem plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia: Huiuſmodi ſimulatores pietatis Maximus fures appellat.

Maxi. cent. 4. cap. 66.

Chryſoſtomus comparationem regis monachi conſcripturus, monachos veros demum reges exiſtere comprobauit, qui affectibus animi rationem magiſtram præficere, & prauas cupiditates coercere didicerint. Curandum ergo, ijs erit, ne contra facientes omnibus re ipſa declarent, ſeſe non eſſe, quod nomine prę ſe ferũt. Spartã, vt prouerbio dicitur, quam nacti ſunt, adornent. Et quantum ſtudio atque labore conniti poſſunt, curent hoc eſſe, quod dicuntur, id eſt, religioſi & ſpirituales. Qui ſi iuxta carnem vixerint, morientur, tunc verò demum viuent, ſi ſpiritu carnis facta mortificauerint Spirituq; viuẽtes, ſpiritu quoque ambulent. Cumque cæleſtis Philoſophię æmulatores Angelicam vitam in terris referre ſtudeant: eadem præſtare conentur, quæ celeſtes illæ incorporeæque naturæ præſtant.

Roman. 8. Galat. 5.

Chryſoſt. li. 3. de ſacerdotio.

Aſſump-

Aſſumptio religioſi nominis, ſponſio eſt deuotionis, ac per hoc tanto plus debet opere, quanto promiſit Profeſsione, authore Saluiano. Et: Magis eſt Deo debitor religioſus, quia maiora promittit, & ideo plus tolerabit ſupplicij, quod minus ſoluit ſponſionis, licet religionem veſtibus ſimulet, cingulo afferat, & ſanctitatem pallio mentiatur. Grandia promittens, dum nihil ferè præſtat, Deo cuncta mentitur. Criminoſior eſt culpa, vbi eſt honoratior ſtatus, atrocius ſub ſancti nominis profeſsione peccamus. Criminoſior eſt impudicitia eius, qui promiſit caſtitatem. Fædior ebrius qui fronte ſobrietatem prætendit.

Saluianus li. 2. Timoth. lib. 4.

ca. Accuſatus § fin. de hac reſ. li. 6.

Thomas Kempis ad monachos perſcribit: Debemus, quantum poſſumus, qui religioſum habitum gerimus, cor noſtrum ab omnibus materialibus & viſibilibus rebus auertere: & ad inuiſibilem conditoris noſtri faciem contemplandã eleuare, & ſemper anhelare ad cœleſtia. Quapropter religioſus ſeruus Dei, vias ſuas diligenter cuſtodiat & euagationes tam mentis quam corporis, compeſcat: ſed mox vt ſe abſtrahi & impediri ſentit, ad Deum per contritionem & orationem redeat.

li. 1 diſcipli. clauſtralis ca. 3.

Et Ioannes Trithemius: Verbũ aut factum,

ctum, monacho ad damnationem aſcribitur, quod mundano homini ad veniã imputatur: teneturque aliorum hominum conuerſationem in verbo & opere, in omni puritate mentis ac corporis longe ſuperare. Addit: Aurum inter omnia metalla præſtantiſsimum exiſtere, ſed paruas etiam maculas, exiguaque falſitatis indicia citius hic apparere, quæ in cæteris, vel non conſpicerentur, vel negligerentur: idem putat in monachis euenire. Doctiſsimique viri probant, oportere noſtros religioſos prioribus longè ſanctiores atque meliores haberi, quod nunc omnia ipſis abundè procurata ſint, ne externis rebus, vt illi priores, magnopere auocari cogantur.

Crebrò igitur explorent, qui ſint, quid ſe fore promiſerint; ac ad profeſſionem, & vota ſæpè reijciant oculos, earumque rerum memoria in officio perſeuerent. In primis omnes peccati occaſiones præſcindant, externoſque ſenſus diligentiſsimè cuſtodiant. Rectè nãq; Hieronymus: Per quinque ſenſus, quaſi per quaſdam feneſtras, vitiorum ad animam introitus eſt. Non poteſt ante metropolis & arx mentis capi, niſi per portas eius irruerit hoſtilis exercitus. Idem virgines hortatur Baſilius, admonetque vti

Hiero. lib. 2. contra Iouinianum.

Baſilius de virginitate.

vti ſe pictores exiſtere arbitrentur. Nam quam diu pictor in latebris ſuis opus elaborat, benè an malè pingat incertum eſt: vbi verò perfectum opus extulerit, ſi rectum eſt, laudatur ipſe ab induſtria, & ingens laboris præmium reportat, accurrentibus vndique mercatoribus. Sic quam diu anima hominis in corpore concluſa continetur, benè an malè in cor ſuum imprimat ignoratur, ſed poſtquam eam Deus inde eduxerit: in fine hominis denudatio operum illius, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Docet etiam, quod per ſolennem Profeſsionem, dicata *Chriſto* corpora non minùs cuſtodienda ſint, quàm conſecrata vaſa, vel donaria: quod ſacrilegium incurrant, ſi conſecratum Deo corpus rurſus ſordidum faciant. Religioſos enim, ait, humanæ naturæ menſuram tranſgreſſos, ad incorpoream Angelicamque vitam ſeſe tranſtuliſſe, vt non liceat humanis vitijs iterum inquinari. Sed contra depoſita vitia inclament: Veterem tunicam meam exui, quomodo iterum induam eam? Veſtimenta mea laui, quomodo rurſus maculabo ea? Hic ordo, hic locus, atque habitus, aliam vitam, & alios mores poſtulat.

Eccleſ. 11.
1. Corinth. 4.
Baſilius ſerm. 4. exercitat.
Cantic. 5.

Pau-

Paulus Apoſtolus prioris epiſtolæ ad Theſſalonicenſes capite ſecundo: Voluimus, inquit, venire ad vos ſemel & iterum, ſed impediuit nos Sathanas. Hoc exemplo religioſos docet Baſilius Magnus, quæſtione 275. vt ſi à ſuo propoſito aliquando aberrent, fortiter iterum incipiant, neque deſperent, tandem per Dei gratiam fulcientur, vt læti ad ſcopum perueniant. Futuro Philoſopho, & humanæ ſapientiæ, fragiliumque rerum ſectatoribus præcipiebat Epictetus. *Fortis & diligens eſto, nullum diem negligas: quo enim die non proficis, deficis: paulatim adſueſcè, vt perfectior fias, hoc pacto Socrates, omnium virorum ſapientiſſimus euaſit.* Hortatur quoque illos, vt ſeipſos & ſtudia ſua curent diligenter, de alijs verò rebus, quæ ad ipſos non pertinent, promptum eſto; *Nihil ad me.*

Enchridij ca. 66.

cap. 4.

Quæ ſapientiſſimi viri præcepta, pro aurea doctrina homines religioſi, ad ſacrum vitæ genus, & veræ pietatis cultum meritò accommodare atque referre debent. Vt in eo diligentes ſint, & infracto animo progrediantur, & quod agunt, agant ſedulo, quodq; ipſis mandatur, curent fideliter, cætera alios agere, ſine inuidia patiantur.

Dauid rex cum in Philiſtæa profugus habi-

habitaret, quotidiè impios vexabat, nec vllus dies præterijt, niſi aliquos aut ſpoliaret aut occideret, *1.* Reg. c. *27*. Sic religioſi vnum quotidiè vitium extinguere, vnumq; gradum in virtutibus progredi ſtudeant.

Hoc Epicteti verbum: *Nihil ad me*, orthodoxi Patres de religioſorũ quoq; cognatis & amicis intellexerunt. Aperta Regij prophetæ vox eſt: *Audi filia, & vide, obliuiſcere populum & domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum.* Hinc Baſilius ille Magnus religioſos hortatur, vt viriliter ſe gerant, & nimiam cognatorum curam, affectionemq; deponant, qui ſolum Deum ſequi, & hominem exuere carnaleſq; affectus deponere promiſerũt. Cõmendent verò illos Deo, & orent pro ipſis. Rurſus, Chilonẽ ſuum docet, ne aliter ſit ſollicitus de mũdo, de parẽtibus, cognatis, amicis atque rebus externis: vnde nũlla ĩpſi alia ſequatur vtilitàs, quã mẽtis perturbatio; ſed arctiſsimo amoris vinculo Deo adhærere conetur, nec vllis blãditijs & voluptatibus in medio ad beatitudinem itinere retardetur: eaque fugiat, quę aliquod impedimentũ allatura videantur. Vita monaſtica & religioſa pia quidem eſt & ſalutaris, tutiſsimoque portui ſimilis habetur: nondum

Pſal. 44.

Epiſtola 181.

tà-

Tho. Kempis ſer. 6. ad Nouit.

tamen ab hoſtium inſidijs libera, nec à periculis ſecura eſt: ſed omni ætate, omni loco & tempore diaboli fraudes pertimeſcendæ ſunt. Nam ſicut illas tantum naues Piratæ perſequuntur, quæ opibus redundant; ita Diabolus iuſtos magis.

Chryſoſt. de verbis Eſaiæ cap. 4. to. 1.

Chryſoſtomo teſte, quam peccatores adoritur perſequiturque. Ideoque Chriſtus eiuſdemque Apoſtoli tantoperè vigilandum eſſe docuerunt, eo quod hoſtis nunquam obdormiſcat: ſed eiectus aſſumat alios ſeptem nequiores ſe. Et inſidiatur in occulto, vt in inſidijs interficiat innocentem: Quare D. Hieronymus ad Heliodorum profitetur, tunc maximè nos oppugnari, ab hoſte, quando blanditur, & bellum intermittere videtur. Euſtochium verò, de cuſtodia virginitatis, hortatur, vt cogitet ſe in medio laqueorum tranſire, quodque multæ veteranæ virgines, indubitatæ caſtitatis in ſenio etiam coronam virginitatis perdiderint.

Lucæ 11.

Enchryd. c. 63

Aliud Epicteti Apophthegma eſt: *Quaſi aduerſarium te ipſum obſerua.* Nam à carne, hoſte & adueruerſario ſuo, ſpiritui tãto diligentius cauendum eſt, quanto minus nocitura videtur, maioremque cognationem habet. Et vt breuiter dicam: Quicumque ſuam vitam & ſalutem charam habent, qui gloriam immortalem,

ſempi-

ſempiternamque felicitatem, & nullo vnquam tempore interiturum decus deſiderant, quantum poſsint ſeſe ab omni praua cupiditate ſeiungant, abſtrahant mentem à corporis impuritate, totumque animum à ſenſibus terrenis abducant: vt extincta corporis rebellione, quam habent à terreno principio, hæreditariam Chriſti paupertatem, caſtitatem, obedientiamque imitentur. Hoc vnum contendant, atque moliantur, hoc efficere laborent, vt totum animum à ſenſu ſtudioque corporis abductum, ad imperium & nutum diuini ſpiritus omninò transferant. Hoc vnum officium ſuum eſſe arbitrentur, nunquam oculos à cœlo deijcere, ſed ſpectare, quid diuina illa mens per ſacratiſsimas leges ſanciat atque præſcribat, quem motum adferat animo, quo voluntatem hominis impellat, à quibus auocet rebus, quo ſubſidio iacentem animum erigat, infirmatum fulciat, hærentem confirmet, & ad immortalitatis ſtudium accendat. Quem ſpiritum ſanctum quoties vocare intelligunt, accurrant, ſequantur, obtemperent, omnibuſque Dei placitis & ex diuina lege depromptis cœnobij conſtitutionibus, obſequantur. Nã qui hoc ſpiritu Dei aguntur, teſte Pau-

lo, hi ſunt filij Dei. Hoc authore diuini hanc ſacratiſsimæ religionis, atque pietatis officinam ſcholamq; ſuſceperunt: hoc patrono & adiutore religionis dignitatem, animi fortitudinem, pudicitiæ atque virtutum decus, & ornamentum facile retinebunt, niſi ſibi ipſis deeſſe voluerint.

Quiſquis enim eſt à Deo in religioſo vitæ genere collocatus, illum oportet in ornatu animi & corporis puritate conſeruando multum ſtudij laboris & diligentiæ, conſtantiæque adhibere, ſi cupit ſibi ipſi, & Deo, ordiniq; ſuo, quod debet exſoluere. Vera namque Chriſti imitatio, non in rebus facilimis, ſed in arduis, & laborioſis, atq; adeò in cruce perſpicitur.

Chriſtus, quem omnes religioſi pro exemplo ſibi ad imitandum propoſuerunt, nullos pro aliorum ſalute labores, nulla pericula, aut ſupplicia recuſauit, ſed obedientia illum, & humanæ ſalutis amor ad mortem, atque adeò crucem perduxit. Chriſti ergo imitatoribus, vt religionis, & fidei, & obedientiæ atq; virtutum documenta edere poſſunt, à laboribus, atque rebus duris, & contra prauas cupiditates fortiter decertandi voluntate, nequaquam profectò eſt abhor-

hor-

horrendum, mollitiaque langueſcendum.

Inſita omnibus hominibus à natura cupiditas, perpetuo ſpiritui acerrimè repugnat. Nunc vim intentat, nunc inſidias comparat, nunc vtrumque molitur, vt & animum blanditijs emolliat,& labantem impellat, impetuq; in terram deijciat. Vt omnibus qui Chriſtum imitari cupiunt, ſit perpetua cum corpore ſuſcipienda contentio: cuius effrænatæ cupiditates cum ſapientiæ & pietatis, ac religionis ſtudio ſempiternas inimicitias gerunt. Hæc eſt illa crux, ad quam ſuos imitatores Chriſtus tollendam ſubeundamque inuitauit; qui ſuis veſtigijs inſiſtere, & iuſtitiæ coronam; religionis præmium adipiſci voluerint. Cuius ſalutaris crucis vi corporis rebellionem, omnesque aduerſitates magno fortique animo extinguerét. Quod cum ſine magno & aſsiduo labore fieri non poſsit: profectò ſemper in hoc ſanctiſsimo ſtudio diligenter fortiterque elaborandum eſt: nec ob qualeſcunq; difficultates atq; moleſtias quicquam in hoc animi cultu remittendum. Semper ante oculos verſetur vetus adagium: Hoc age. Conſiderent, quam diligenter omnium gentium

Philoſophi mundanam ſapientiam, quæ beatos reddere nequibat, diebus ac noctibus fuerint perſcrutati, quantoque ſtudio mercatores vile lucrum, per ſaxa, per ignes conſectentur, quantos labores, quot pericula ſuſcipiant, vt pecuniam & concupitos honores adipiſcantur.

Si ergo homines in rebus fluxis & caducis, quæ momento temporis euaneſcunt, ſibi parandis tantum laborem, plerumque ſine ſolido fructu, ſuſcipiunt, vt defatigatione frangantur: quantum ſtudium eſt hominibus deuotis adhibendum, vt immortales & diuinas opes, atque ſempiternam gloriam, & ſummum bonum ſibi comparent? Recordentur illius Ezdræ: Noli fatigari, cùm enim venerit dies preſſuræ & anguſtiæ, alij plorabunt, & triſtes erunt, tu verò hilaris & copioſa eris. Et huius Pauli: Bonum facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes: operemur bonum dum tempus habemus. Ipſeque Spiritus ſanctus apud Ioannem in Apocalypſi profitetur: Vincenti dabo manna abſconditum, & nomen nouum, atque edere de ligno vitæ. Qui legitimè certauerit, ille demum coronabitur. Maledictus verò, qui facit opus Dei negligenter. Quocitca Regius Propheta

lib. 4. cap. 2.

Galat. 6.

Apocalip. 2.

Dauid:

Dauid: Propter verba, inquit, labiorum tuorum, cuſtodiui vias duras.

Priſcis verò Iudæis indelebilem maculam,& ſempiternum dedecus peperit, quod à Moſe per diuinam virtutem ab Aegyptiorum tyrannide liberati, propter qualemcunque famem & ſitim ad ollas carnium reſpexerint: & templum, vrbem, fortunaſque ſuas Betulij tam facilè hoſtibus tradere, niſi Iudith impediuiſſet, voluerint. Philoſophi ſuos auditores in mundanæ ſapientiæ ſtudio retenturi, veterum labores, ſtudia, patientiam, ſummamque ex eruditione voluptatem proponebant, quam eſſent, amarioribus radicibus ſiue principijs ſuperatis, percepturi. Fit aliquando, permittente Deo, (conſtantia & progreſsio exploretur) vt graue atque moleſtum videatur, quod priùs iucundum & dulce apparebat: minimè tamen propterea deſiſtendum eſt. Sed tantò ardentius Deum orent, vt qui dedit velle, det etiam perficere. Ad priorem vitæ auſteritatem, humilitatem continentiamq; reuertantur. Iudæis omnia prius feliciter & proſperè, vt in terram promiſſam venirent, ſuccedebant, aquæ maris atque Iordanis viam cedebant, cœlum manna, lapis aquam præbebat, Angeli

Exodi 16. Iudith. 8.

Exodi 14. Ioſue c. 3. & 6.

pro ipſis contra hoſtes decertarunt, vrbis Hiericho muri ſola oratione corruerunt. Sed cùm Deum offendiſſent, omnia aduerſa acciderunt, donec delicta ſua expiarent. Similiter religioſi, ne malo peiore malum ſuum curare conentur, ſed omnis mali fontem præſcindant, tollant occaſiones, quibus ſemel emortua caro reuixit: & vetus ipſis in vita monaſtica dulcedo, atque inſatiabilis honeſta voluptas redibit: Iccircò poſteriores Iudæi poſt reditum ex Babylone materiale templum inſtauraturi altera manu ædificabant, altera præliabantur, hac gladium, illa lapides gerebant. Et quantò magis hoſtes pium opus impedire conabantur, tantò fortiùs ædificabant. Quare breui tempore tantum profecerunt, vt omnes gentes vicinæ admirabantur. Quæ vt religioſi & ſacri homines in extruendo templo viuo diligenter imitentur: non modò huius diuini ſtudij præmium, aut religionis ſplendor incitabit, ſed exempla etiam illorum, qui pro iuſtitia, & pietate, atque religione infinitas moleſtias deuorauerunt, ipſumque ſanguinem ſuum, vt profeſſæ religionis decus & gloriam retinerent, profudêre. Nulloque ſuppliciorum genere infiniti pueri & vir-

Ioſue 7.23. 24.

Nehe. 4. 6.

& virgines ab inſtituto deterrebantur, cùm in cœlum ſemper reſpicerent, & de præmijs ſempiternis perpetuò cogitarent: ideoque Chriſti, cui ſeſe deuouerant, amor, & religionis dulcedo, & pulcherrimum præmium omnes dolores mitigabat. Ergo indignum eſſet futurum, ſi noſtri religioſi iiſdem diſciplinis inſtituti, ad eandem gloriam conuocati, iiſdemque diuinis præſidijs circumſepti exiguas moleſtias forti & inuicto animo tolerare recuſarent. Cum Petrus Apoſtolus inclamet: Paſſum eſſe Chriſtum, nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. *1. Petri 2.*

Nam quiſquis exiſtimat, ad æternam beatitudinem abſque labore & moleſtijs peruenire poſſe, cum ne minima quidem emolumenta parari ſine labore queant, is ſacræ ſcripturæ prorſus ignarus eſt. Ad hæc verò religionis dignitas, & pulchritudo, virtutis præmium, fides Chriſto & Eccleſiæ data, maiorum exempla, hoſtis immanitas, ſempiterni cruciatus timor, & exitij metus permouebit.

Quotquot autem in Dei ſtudium rectè inicitati tota mente in ſummæ ſempiternæque beatitudinis amorem rapiuntur: diuino auxilio nunquã deſtituun-

tur,ſed cœleſte in animis ſuis lumen recipiunt. Vnde tãdem ſequitur vitæ religioſæ conſtantia, animi pulchritudo & cultus, morum grauitas, honeſtatis decus, vera mentis tranquillitas, rerumque humanarum contemptus. Et poſt hanc vitam, clariſsimam gloriæ coronam, diligentiæ & fortitudinis fructum, virtutisque præmium à Deo fidelibus miniſtris propoſitum, cum laude ſempiterna conſequentur. Diligentes ergò in religionis atque virtutum ſtudio ſint, & fortiter in eo progrediantur. Tantumque ſtudij & laboris in virtutum ſtudio ponant, quantum olim in vitijs poſuerunt. Vt hortatur Gregorius in cap. 4. diſtinct. 47. Nec tamen ad ſuprema ſtatim aſpirent, aut cum maioribus, quam vires ferre queant, fruſtra colluctentur, ſed paulatim progrediantur.

Vetus prouerbium eſt: *Feſtina lente.* Chriſtus Apoſtolos ſuos ad maxima elegerat, voluit tamen eos Hieroſolymis Act. 1. concluſos permanere, donec acciperent Spiritum ſanctum. Magnus eſſe vis, inquit Auguſtinus, à minimo incipe: tantoque altius fundamentum colloca, quanto maiorem fabricam extruere conaris.

Plus ferè valent obiecta ſenſuum & cupi-

cupiditates in imperſectioribus, quam ratio in mente. Quare D. Hieronymus non vult quemque in vaſtam eremum proficiſci, niſi prius magnum in virtutibus progreſſum, in communi fratrum vita, fecerit, vt dura eum eremi rudimenta non terreant. Chilonem diſcipulum ſuum docet Baſilius: Vide quod in medio laqueorum tranſis, & ſuper murum altum ambulas, vnde ſi cecideris, lapſus periculo non vacat.

Ca.41.ſyn.6.

Epiſtola 181.

Ne igitur ſtatim ad exercitationis ſummitatem teipſum extendas, nec tibi ipſi confidas, ne ex inexperientia ab altitudine exercitationis cadas. Melius eſt paulatim proficere. Paulatim te à vitæ voluptatibus ſubtrahe, extirpans à te ipſo omnem conſuetudinem: ne fortè, vbi omnes ſimul voluptates irritaueris, turbam tentationum tibi ipſi inducas. Quando vnius vitij victor euaſeris, ad alterum accingere: & ſic omnes voluptates tempeſtiuè ſuperabis. Hoc quia aliqui non obſeruarint, inde profectum aſſerit, vt multi rectè quidem fortiterque vitam ſolitariam exordirentur, ſed pro dignitate non abſoluerent, aliqui etiam ſe deridendos pręberent. Similiter Gregorius: Nemo repètè fit ſummus: ſed in bona conuerſatione à minimis quis inchoat, vt ad magna perueniat.

ueniat. Hodie cum Deo rectè incipere, quotidiè aliquid addere, tandem perfectum reddit. Sapientiæ mundanæ ſtudioſum hortatur Epictetus, vt valetudinarios imitetur, qui alios crebrò cibos appetunt, varijſque ſtudijs delectantur: ſed timent, ne infirma adhuc valetudo iterum lædatur. Eorum quoque ipſis ſimilitudinem proponit, qui nauim ſemel, ingentes boni acquirendi cauſſa, ingreſſi, quando neceſſarijs de rebus in terram oblatam fortè exeunt, curam adhibere oportet, ne nauis obliuiſcantur, relictęque beſtijs in prædã fiant: & quo ſeniores, imbecillioreſque ſunt, eo longiùs à naui recedere timent. Vt breuiter dicam, prudenter incipiant, diligenter progrediantur, fortiterque perſeuerent: & qui Apoſtolicam vitam ſuſcepêre, Apoſtolorum doctrinam & mores conuerſationemq; imitentur.

Euchrid. 63. cap. 11.

Porrò, cùm arduum atque difficile ſit, omnia quæ ad religioſam vitam pertinent, profeſſionemque cõſequũtur, rectè obſeruare: idcirco primi eius auctores ſaluberrima quędam media introduxerũt, quibus infirmam hominis voluntatem admirabiliter confirmari putabant.

Baſil. ſer. 6. exercitat.

State, inquit Paulus, ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti lori-

cam

cam fidei, calciati pedes in præparationem Euangelij pacis: in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere. Galeam ſalutis aſſumite, & gladiũ ſpiritus, quod eſt verbum Dei, per omnem orationem & obſecrationem. De ſingulis iſtis, & quę ad illa conſequuntur, aliquid hic commentandum duxi.

De votis, de ieiunio, & oratione, crebra expurgatione mentis, & conſcientiæ, & frequenti cõmunione, aliorum libri circumferuntur, & nimis longum eſſet ea hic recenſere.

De fide etiam aliud in præſens dicere non decreui, quam quod ipſi ex Athanaſio, & ex Eccleſiæ Catholicæ declaratione profitentur: Quicunque vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt, vt teneat Catholicam fidem, quam niſi quiſque integram inuiolatamque ſeruauerit, abſque dubio in æternum peribit.

Fides, quam ſcilicet ab Apoſtolis Ieſu Chriſti traditam, hactenus Eccleſia cõtra omnes hæreſes retinuit. Quæ tam ipſis certa erit, vt etiamſi Angelus aliquis de cælo aliter docere voluerit, anathema ſit. *Galat 6.* In ſacris Euãgelijs, & Apoſtolicis literis,

ſancto-

ſanctorumque orthodoxorum Patrum ſcriptis meditentur die ac nocte.

De ſcriptura ſacra dubitare, vel de catholica fide, ac Maiorum ſuorum pijs traditionibus contendere, ipſis religio ſit: verum vita & moribus ea exprimere laborent.

Si fortè aliquando eos dubitare contingat, viros pios & doctos interrogare licet. Id quod ne ſenioribus quidem turpe vel inhoneſtum videri debet. Quia nec doctiſsimi viri alios interrogare erubuerunt. Inter illa media, quæ ad religioſam vitam rectè traducendam Maiores vtiliſsima fore arbitrabantur, haud poſtremum erat: Ne religioſi extra Monaſterium ſuum diuagari, vel alterius ſexus homines liberiùs ad ſe ventitare permitterentur.

P. Bernardinus Roſignolius nuper quinque libros edidit, de diſciplina Chriſtianæ perfectionis: quibus erudite demonſtrat: quomodo in religione adita progrediendum ſit, vt omnes remorationes, & impedimenta gulæ, luxurię, impatientiæ, loquacitatis, auaritiæ, iræ, acediæ, tepiditatis, inuidiæ, puſillanimitatis, ſuperbiæ, inanis gloriæ, & tentationum Satanę per Dei gratiam vincat: qualiter in virtutibus Theologicis & Moralibus progreſsio

greſsio fiat, deq; prudentia in diſcernendis ſpiritibꝰ: quis ordo in oratione, in meditatione, & contemplatione obſeruãdus ſit: quid ipſa perfectio ſit, & quomodo ad eam demum perueniatur. Quę perfectiores inde depromere poterint.

Archiepiſcopale Bononienſe Paleoti Religioſos & Moniales hortatur: vt ſicut Magi poſt oblata Domino munera, non amplius cum Herode congreſsi ſunt, nec cum eo colloquia habuerunt, ſed per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam: ita hi poſt profeſsionem conſtanter ſibi proponant, poſthac aliam viam ſibi ſequendam à delitijs mundi, vt ſe non verbis tantum, ſed re ipſa declarent, ſeculo ſe renunciaſſe, & in Chriſti familiam tranſiſſe. Vt de ijs verè dici poſsit: Hęc eſt generatio quærentium Dominum. Singulis annis diem profeſsionis, velut templi ſui conſecrationis renouent, & anni eius errata corrigant.

Tunc ſperandum ait, quod hi maius præmium à Deo conſequẽtur, quam Magi: qui res materiales & terrenas, Aurum, Thus, & Myrrham, obtulerunt, ipſi verò ſeipſos, corpus, animum, & voluntatem Deo ſubiecerunt.

DE

DE NON FACILE DIVAGANDO *extra monaſterium: & qualiter cauſa neceßitatis exeundum, redeundumq; ſit.*

Capvt XV.

Iudith. 8. IVdith religioſiſsima mulier, pium ſolitariumque vitæ genus ingreſſura, in ſecretiori cubiculo ſuo cum puellis clauſa morabatur. Veteriſq; teſtamenti virgines ſacras concluſas fuiſſe refert ſcriptura, 2. Machab. cap. 3. Crebrò enim vſu venire hiſtorici ſanctique Patres tradiderunt, vt deuotis hominibus, pudicitiæ & caſtitatis acerrimus oſor diabolus, varias, ſi prodierint in publicum, formas irritabiles obijciat, ſuggeratque fomentum vitijs, inſitas cupiditates à natura reſuſcitet, intimiſque viſceribus ſtimulos atque faces admoueat, donec religioſam mentem ab inſtituto ſuo haud mediocriter abducat, vel ſaltem remoretur, & difficultates inijciat. S. Antonius etſi vir pius erat, in primis tamen in ſolitudine ignotus latere voluit. Sin verò in vrbes, Reipublicæ aut egenis patrocinaturus aliquando venire cogebatur, in rebus confectis ad Eremũ redire feſtinabat. Piſces enim aqua ſuſtentari, & in terra emori aiebat:

Sozeme. li. 1. cap. 13. Nicephorus lib. 8. cap. 40.

aiebat: Monachis verò ſolitudinem ornamentum adferre, grauitatem Monaſticam inter homines perire, profitebatur.

D. Hieronymus ad Heliodorum ſcribit: Interpretare vocabulum Monachi, hoc eſt nomen tuum. Quid facis in turba qui ſolus es? Et ad Paulinum de inſtitutione Monachi: Si cupis eſſe quod diceris, hoc eſt Monachus, quid facis in vrbibus? quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum. Quid tibi neceſſe eſt ea videre crebrius, quorum contemptu monachus cœpiſti? Aſellam laudaturus: Vnius, inquit, cellulæ anguſtijs latitudine Paradiſi fruebatur. Rariſsiméque illi quoque virgini, quæ hactenus in domo propria, ſiue cognatorum viuit, egrediendum eſſe præcipit Euſtochio. Quemadmodum eas Ambroſius hortatur: Nullus ſit tuus ſine matre progreſſus, quæ ſit anxia tui cuſtos pudoris. Conſidera quanta fuerit Maria, & tamen nuſquam alibi niſi in cubiculo reperitur, etiam quæritur. Angelum in ſpecie viri vidit, & pauebat corde, peregrinabatur aſpectu. Decet ſolitudo Verecundiam, & gymnaſium pudoris ſecretum eſt. Et alibi: Attende, inquit, virgo ſacræ Profeſsioni ab hominis irreuerentis oculis caue. CHRISTI te deuouiſti eſſe ſponſam,

Epiſtola I.

Hieron. ad Euſtoch. de cuſtodia virginit. to. I.

Amb. exhortat. ad virg.

Ad virginem deuotam cap. 1. & 3.

ſponſam, deuota Deo diceris: quid tibi cum hominibus ſecularibus, aut quem tractum habes cum illis? Deuouiſti animam tuam ad deſtruenda omnia quæ ſunt huius ſeculi, quid ergo quæris ſeculum, cui renunciaſti? Audi me, remoue pedem tuum, de illis, ſede ſedula in domo tua, operare manibus tuis, quod bonum eſt. Ad noſtras autem cœnobitas pertinet, quod ad Vercellenſes reſcripſit: Pulchrum eſſe, verſari intra vrbem, & vſu vrbis atque conuerſatione ſeſe abdicare: vt Helias, Hæliſæus, Daniel, Ananias, Aſarias, Miſael, Ioannes fecerunt, qui etiam in vrbibus, auliſque Regum veri monachi fuêre.

Apoſtola 82.

Baſilius, periculoſum ait verſari cum diſsimilibus: neque permittendum, vt crebrò quis ad cognatos atque amicos Superioris. Quodque id nemo petere debeat à Superiore, niſi cupiditates ita domuerit, vt nec ipſe ab occurrentibus rebus lædatur, & opere & ſermone alios erudire, atque meliores reddere queat. Quod religioſi in cœnobijs degere cogantur; nec licentia illis facilè concedenda ſit egrediendi, niſi vel propriæ valetudinis neceſsitas, vel parẽtum qui aliorum filiorum aut conſanguineorum opera deſtituuntur, infirmitas poſtulet, demon-

demonſtrat Q. Mandoſius ſuper ſignatura gratiæ § Licentiæ. Multa præclara ingenia corrumpi docet Nazianzenus, quod difficilè ſit ab ijs abſtinere, quæ his quibus cum viuimus probantur. Nonnunquã accidere narrat Hieronymus, quod Dina filia Iacob perpeſſa eſt, quæ dum liberius euagabatur, corrupta fuit: ideoque ſanctimoniales hortatur, vt in cœnobijs, tãquam in ſepulchris mundo mortuæ delitescant, donec per Chriſtum inde in cęlum euocentur. *Vt nullum pręſentius cõtra omnia mala remedium ſit, quam: dilige ſtare domi.* *De cuſtodia virginitat. Regula Monach. cap. 25. & 27.*

D. Chryſoſtomus cupiebat quidem vrbanos homines per Monachos erudiri: metuebat autem, ne ſi ex Eremo in vrbes redirent, nequiſsimorum Dæmonum fraudibus, & malorum hominum conſuetudine corrumperentur. Probos denique Monachos mirificè colebat, ſed qui Monaſteria exibant, ac per vrbes & vicos plateaſque vagabantur, tanquam probrum ſacræ Philoſophiæ inferentes, abominabatur & caſtigabat. Quomodo Pius PP. II. vagum Monachum Diaboli mancipium vocabat. *Lib. 1. contra vituperat. vitæ Monaſt.* *Sozome. li. 8. ca. 9. Niceph. lib. 19. cap. 9.*

Oecumenica ſynodus ſexta decreuit: Quæ vitam exercitatoriam eligunt, & in Monaſterijs ſunt conſtitutæ, ne om-

nino progrediantur. Si qua tamen inexorabilis neceſsitas ad hoc trahit, cum benedictione & permiſsione eius, qui præeſt hoc agant: tumque non ſolæ per ſeſe, ſed cum aliquibus vetulis, & quæ in Monaſterio primæ ſint, cum mandato eius, quæ præfecta eſt: eis autem extra cubare omninò non licet. Sed & viri, qui Monaſticam vitam perſequuntur, vrgente neceſsitate, & ipſi cum benedictione eius, cui regimen creditum eſt, procedant. Qui hoc tranſgrediuntur, ſiue viri ſiue mulieres conuenientibus pœnis ſubijciantur. Quod præcipuè in illis obſeruandum eſſe Balſamon annotauit, de quibus propter iuniorem ætatem atque laſciuiam aliqua ſuſpicio habetur: ideoque viros neceſſarijs de rebus ſolos exire, & extra cœnobium, ſi aliter fieri non poſsit, pernoctare iſto canone permitti ſcribit, cum vtrumque fœminis propter maiorem animi inconſtantiam mollitiemque prohibeatur.

Gratianus ca. placuit. 16. q. 1. In Concilio Eugenij PP. ſtatutum reperitur: Placuit communi noſtro Concilio, vt nullus Monachorum pro lucro terreno de Monaſterio exire, nefandiſsimo auſu præſumat: neque pœnitentiam dare, neque filium de baptiſmo accipere, neq; baptiſare, neque infirmum viſitare, neq; mor-

mortuum ſepelire, neq; ad Eccleſiam ſecularem tranſire, neq; alijs quibuſcunq; negotijs ſe implicare: ſed clauſtro ſuo cõtentus ſit: quoniam ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine Monaſterio Monachus. Sedeat itaq; ſolitarius, & taceat: quia mũdo mortuus eſt, Deo viuit. Agnoſcat nomen ſuum: *μόνος* enim græce, latinè eſt vnus, *ἄχος* græcè, latinè eſt triſtis: vnde dicitur Monachus, id eſt vnus triſtis. Sedeat ergo triſtis, & officio ſuo vacet. Extat in corpore Iuris Canonici conſtitutio Bonifacij 8. Periculoſo & deteſtabili quarundam Monialium ſtatui, quæ honeſtatis laxatis habenis, & Monachali modeſtia, ſexusque verecundia impudẽter abiectis, extra ſua Monaſteria nonnũquam per habitacula ſecularium perſonarum diſcurrunt, & frequenter infra eadem Monaſteria perſonas ſuſpectas admittunt: in illius cui ſuam integritatem voluntariè deuouerũt grauem offenſam, religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum, prouidere ſalubriter cupientes: præſenti conſtitutione, perpetuo irrefragabiliter valitura ſancimus, vniuerſas & ſingulas Moniales, præſentes atque futuras, cuiuſcunque religionis ſint, vel ordinis, in quibuſlibet mundi partibus exiſtentes, ſub perpetua in

Cap. 1. de ſtatu regularis in 6. Statuta Colo. fol. 84. & 98.

ſuis Monaſterijs debere de cętero permanere clauſura. Ita quod nulli earum religionem tacitè vel expreſsè profeſſæ, ſit vel eſſe valeat, quacunque ratione vel cauſa (niſi fortè tanto talique morbo aliquam laborare conſtaret, quod non poſſet cum alijs abſque graui periculo ſeu ſcandalo commorari) Monaſteria ipſa deinceps ingrediendi facultas. Nullique aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtę, niſi rationabilis & manifeſta cauſſa exiſtat, ac de illius ad quem pertinuerit ſpeciali licentia, ingreſſus vel acceſſus pateat ad eaſdem. Vt ſic à publicis & mundanis conſpectibus ſeparatæ, omninò ſeruire valeant Deo liberius, & laſciuiendi oportunitate ſublata, eidem corda ſua & corpora in omni ſanctimonia diligentiùs cuſtodire.

Similiter Concilium Tridentinum omnibus Epiſcopis ſub obteſtatione diuini Iudicij, & interminatione damnationis æternæ præcipit, vt iſtam Bonifacij conſtitutioné diligenter obſeruari curent. Nemini autem, inquit, ſanctimonialium liceat poſt Profeſsionem exire à Monaſterio, etiam ad breue tempus, quocunque prætextu, niſi ex aliqua legitima cauſſa, ab Epiſcopo approbanda: indultis qui-

quibuſcunque & priuilegijs non obſtantibus. Varia etiam à diuerſis Archiepiſcopis Colonienſibus hac de re in ſynodalibus & prouincialibus Concilijs promulgata fuerunt, vt religioſi homines in Monaſterijs ſuis permaneant.

Statuta Colo. fol. 84. 96. 174. 190. 398

Nec enim hoc ipſę Moniales deſiderare debent, quod cum tanto periculo coniunctum eſt, & vnde plures in graues miſerias inciderunt. Quoties inter homines fui, dixit olim Seneca, minor homo redij. Facilè videtur, quod diu excruciet. Alijs quoque contra facientes de ſe, cœnobioque ſuo malè ſuſpicandi occaſionem præbent. Tertullianus enim apertè pronunciat; Ipſa concupiſcentia non latendi, non eſt pudica, patitur aliquid, quod virginis non ſit; ſtudium vtique & viris. Cum virginis ſit, ſibi tantũ & Deo notam eſſe.

Et glorioſus ille martyr Cyprianus: Dum ornari cultius, dum liberius euagari virgines volunt, eſſe virgines deſinunt, furtiuo dedecore corruptæ, viduæ antequam nuptæ, non mariti, ſed Chriſti adulteræ: quam fuerant præmijs ingentibus virgines deſtinatæ, tam magna ſupplicia pro amiſſa virginitate ſenſuræ. In primis ergo Monachis atque Monialibus, quæ Deo in cœnobijs inſeruire decreuerunt,

conuenit ſolitudo & quies, vt cum ſecuritate in Monaſterio atque adeò cella ſua deliteſcere, quam euagari cum periculo malint.

D. Thomas Aquinas iſtos verſus religioſis proponit:

Cella quaſi cœlum tibi ſit, qua cœlica cernas,
Hic legas, hic ores, mediteris, carmina pangas,
Pax eſt in cella, foris autem plurima bella.

Vallis liliorũ cap. 18. Et alter Thomas Kempis: Latere, & tacere bonum eſt pro pace cordis, & obtentu deuotæ orationis. Sicut piſcis extra aquam citò moritur, ita Monachus extra cellam leuiter diſtrahitur. Pretioſa aromatta pixide clauſa conſeruantur, aperta virtutem odoris amittunt. Et flores manibus attacti læduntur. Candela ardens è lucerna extracta facilè extinguitur. Igitur cellam & ſilentium dilige, ſi vis deuotus & pacificus permanere.

Ad cognatos atque veteres amicos aliqui ſe abire dicunt, vt eos quoque ad pietatis ſtudia permoueant: omniique ſuſpicione vacuos ſe arbitrantur, quod non niſi cum bonis viuant. Ambroſius, *Ad virginem deuotam, cap. 2. & 3.* rectiùs eos facere aſſeuerat, ſi domi permanſerint in officio ſuo: quod metuendum

dum ſit, ne ipſi deprauētur potius, quam alios corrigant: præſertim cum multi ſint, qui magnam pietatem, ſanctimoniamque, & amicitiam fingunt, vt incautas decipiant.

Baſilius Magnus diabolicum ſcribit inuentum eſſe, crebrò ad amicos proficiſci, vt per inſidias rectè inſtitutum pietatis ſtudium præpediatur, & varijs cupiditatibus, quas ſemel euomuerat, animus Monachi redundet. *Conſtitut. exercitat. cap. 7.*

Ideoque Chilonem docet: quam pulchrè Monachum deceat ſolitudo, quamque multa viſu & auditu inter homines percipiantur, quæ tranquillam pacatamque mentem prauis affectibus concutiant, vnde grauiſsima ipſi tempeſtas oriatur, & cordis integritas, quæ vera demum pudicitia eſt, magnum detrimentum capiat. *Epiſtola 181.*

D. Hieronimus aliquas extitiſſe refert, quæ filios ſpirituales quærendo, carnales acquirerent. Quæ tam leuiter in turba hominum omnia templa peruagantur, Spectatum, veniunt, veniunt ſpectentur vt ipſæ: Obſeruent Hieronymi verbnm ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis: Rarus ſit egreſſus in publicum, martyres tibi quærantur in

cubiculo tuo. D. quoque Ambroſius omnes virgines promiſcuè hortatur: Nullus ſit tuus abſque matre progreſſus, quæ ſit anxia tui cuſtos pudoris: ipſa quoque ad eccleſiam progreſsio rarior ſit adoleſcentulis. Iterum Hieronymus ad Gaudentium de educatione infantulæ: Nec liberiùs procedat ad publicum, nec ſemper eccleſiarum quærat celebritatem: in cubiculo ſuo totas delitias habeat.

Seſſ.25 cap.5. Varijs itaque canonibus Gratianus probat, 16.q.1 vagos & diſſolutos Monachos, in cœnobia ſua eſſe retrudendos: quos renouandos duxit concilium Tri-

Egredientium cautela. cap.46. dentinum. Iuxta c. Quanto, ext. De Officio Ordinarij.

Si tamen aliquando exire coguntur,

Pſal.16. benedictionem prius, vti ſynodus ſexta decreuit, percipiant. Deindè Deum orent: Dirige in conſpectu tuo vias meas, vt non delinquam. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea. Et ſic tandem in Dei nomine egrediantur, cautè & prudenter vbique ambulantes, ſimplices vt columbæ, prudentes ſicut ſerpentes. Id quod

Chriſoſt. hom. 15. ad Antioch. Eccleſ.9. Ioannes Chryſoſtomus per illud Eccleſiaſtici eleganter declarat. Agnoſce, quod in medio laqueorum tranſis. Confu-

fugiant ad velamen virgines, authore Tertulliano, tanquam ad galeam & clypeum, quò tutæ ſint ab ictibus tentationum. Egredientes armet oratio, inquit Hieronymus, regredientibus occurrat oratio antequam ſeſsio: nec prius corpuſculum requieſcat, quam anima paſcatur. Ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat crucem. Habitus, ſermo, vultus, inceſſus, doctrina virtutum ſit. Non circumeant vicos in fabulis, non matronarum domos in potibus: ſed omne opus bonum exerceant, vt non vituperetur miniſterium ſuum. Cum his non liceat ſororibus intra degentibus ſecretis colloqui confabulationibus, ne aliquid poſsit intrare extrinſecus, quod poſsit obeſſe. Hieronymus regul Monachar. cap. 25.

Tertull. de veland. virg.

Ad Ruſticũ.

Baſilius Magnus ſcriptum reliquit, oportere virgines à locis inhoneſtis, turpibus perſonis & rebus abſtinere: ac tales ſe gerere, vt cæteri homines, qui eas fortè viſuri ſunt, ad pietatem, humilitatem, modeſtiam, ex eorum habitu, ſermone, vultu, prouocentur: ipſas verò tanquam Dei viuam imaginem venerentur & colant. Quocirca præfectos hortatur, ne formoſas & iuuenes, propter negotia publica, facilè mittant:

libro de virginitate.

DE NON FACILE DIVAGANDO *extra monaſterium: & qualiter cauſa neceſsitatis exeundum, redeundumq́ ſit.*

CAPVT XV.

Iudith.8. IVdith religioſiſsima mulier, pium ſolitariumque vitæ genus ingreſſura, in ſecretiori cubiculo ſuo cum puellis clauſa morabatur. Veteriſq; teſtamenti virgines ſacras concluſas fuiſſe refert ſcriptura, 2. Machab. cap. 3. Crebrò enim vſu venire hiſtorici ſanctique Patres tradiderunt, vt deuotis hominibus, pudicitiæ & caſtitatis acerrimus oſor diabolus, varias, ſi prodierint in publicum, formas irritabiles objjciat, ſuggeratque fomentum vitijs, inſitas cupiditates à natura reſuſcitet, intimiſque viſceribus ſtimulos atque faces admoueat, donec religioſam mentem ab inſtituto ſuo haud mediocriter abducat, vel ſaltem remoretur, & difficultates inijciat. S. Antonius etſi vir pius erat, in primis tamen in ſolitudine ignotus latere voluit. Sin verò in vrbes, Reipublicæ aut egenis patrocinaturus aliquando venire cogebatur, in rebus confectis ad Eremũ redire feſtinabat. Piſces enim aqua ſuſtentari, & in terra emori aiebat:

Sozeme. li. 1. cap. 15. Nicephorus lib. 8. cap. 40.

aiebat: Monachis verò ſolitudinem ornamentum adferre, grauitatem Monaſticam inter homines perire, profitebatur.

D. Hieronymus ad Heliodorum ſcribit: Interpretare vocabulum Monachi, hoc eſt nomen tuum. Quid facis in turba qui ſolus es? Et ad Paulinum de inſtitutione Monachi: Si cupis eſſe quod diceris, hoc eſt Monachus, quid facis in vrbibus? quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum. Quid tibi neceſſe eſt ea videre crebrius, quorum contemptu monachus cœpiſti? Aſellam laudaturus: Vnius, inquit, cellulæ anguſtijs latitudine Paradiſi fruebatur. Rariſsimeque illi quoque virgini, quæ hactenus in domo propria, ſiue cognatorum viuit, egrediendum eſſe præcipit Euſtochio. Quemadmodum eas Ambroſius hortatur: Nullus ſit tuus ſine matre progreſſus, quæ ſit anxia tui cuſtos pudoris. Conſidera quanta fuerit Maria, & tamen nuſquam alibi niſi in cubiculo reperitur, etiam quæritur. Angelum in ſpecie viri vidit, & pauebat corde, peregrinabatur aſpectu. Decet ſolitudo Verecundiam, & gymnaſium pudoris ſecretum eſt. Et alibi: Attende, inquit, virgo ſacræ Profeſsioni ab hominis irreuerentis oculis caue. CHRISTI te deuouiſti eſſe ſponſam,

Epiſtola 1.

Hieron. ad Euſtoch. de cuſtodia virginit. to. 1.

Amb. exhortat. ad virg.

Ad virginem deuotam cap. 1. & 3.

ſponſam, deuota Deo diceris: quid tibi cum hominibus ſecularibus, aut quem tractum habes cum illis? Deuouiſti animam tuam ad deſtruenda omnia quæ ſunt huius ſeculi, quid ergo quæris ſeculum, cui renunciaſti? Audi me, remoue pedem tuum, de illis, ſede ſedula in domo tua, operare manibus tuis, quod bonum eſt. Ad noſtras autem cœnobitas pertinet, quod ad Vercellenſes reſcripſit: Pulchrum eſſe, verſari intra vrbem, & vſu vrbis atque conuerſatione ſeſe abdicare: vt Helias, Hæliſæus, Daniel, Ananias, Aſarias, Miſael, Ioannes fecerunt, qui etiam in vrbibus, auliſque Regum veri monachi fuêre.

Apoſtola 82.

Baſilius, periculoſum ait verſari cum diſsimilibus: neque permittendum, vt crebrò quis ad cognatos atque amicos Superioris. Quodque id nemo petere debeat à Superiore, niſi cupiditates ita domuerit, vt nec ipſe ab occurrentibus rebus lædatur, & opere & ſermone alios erudire, atque meliores reddere queat. Quod religioſi in cœnobijs degere cogantur; nec licentia illis facilè concedenda ſit egrediendi, niſi vel propriæ valetudinis neceſsitas, vel parẽtum qui aliorum filiorum aut conſanguineorum opera deſtituuntur, infirmitas poſtulet,

demon-

demonſtrat Q. Mandoſius ſuper ſignatura gratiæ § Licentiæ. Multa præclara ingenia corrumpi docet Nazianzenus, quod difficilè ſit ab ijs abſtinere, quæ his quibus cum viuimus probantur. Nonnunquã accidere narrat Hieronymus, quod Dina filia Iacob perpeſſa eſt, quæ dum liberius euagabatur, corrupta fuit: ideoque ſanctimoniales hortatur, vt in cœnobijs, tãquam in ſepulchris mundo mortuæ delitescant, donec per Chriſtum inde in cęlum euocentur. *Vt* nullum pręſentius cõtra omnia mala remedium ſit, quam: *dilige ſtare domi.*

De cuſtodia virginitat. Regula Monach. cap. 25. & 27.

D. Chryſoſtomus cupiebat quidem vrbanos homines per Monachos erudiri: metuebat autem, ne ſi ex Eremo in vrbes redirent, nequiſsimorum Dæmonum fraudibus, & malorum hominum conſuetudine corrumperentur. Probos denique Monachos mirificè colebat, ſed qui Monaſteria exibant, ac per vrbes & vicos plateaſque vagabantur, tanquam probrum ſacræ Philoſophiæ inferentes, abominabatur & caſtigabat. Quomodo Pius PP. II. vagum Monachum Diaboli mancipium vocabat.

Lib. 1. contra vituperat. vitæ Monaſt.

Sozome. li. 8. ca. 9. Niceph. lib. 19. cap. 9.

Oecumenica ſynodus ſexta decreuit: Quæ vitam exercitatoriam eligunt, & in Monaſterijs ſunt conſtitutæ, ne omnino

nino progrediantur. Si qua tamen inexorabilis neceſsitas ad hoc trahit, cum benedictione & permiſsione eius, qui præeſt hoc agant: tumque non ſolæ per ſeſe, ſed cum aliquibus vetulis, & quæ in Monaſterio primæ ſint, cum mandato eius, quæ præfecta eſt: eis autem extra cubare omninò non licet. Sed & viri, qui Monaſticam vitam perſequuntur, vrgente neceſsitate, & ipſi cum benedictione eius, cui regimen creditum eſt, procedant. Qui hoc tranſgrediuntur, ſiue viri ſiue mulieres conuenientibus pœnis ſubijciantur. Quod præcipuè in illis obſeruandum eſſe Balſamon annotauit, de quibus propter iuniorem ætatem atque laſciuiam aliqua ſuſpicio habetur: ideoque viros neceſſarijs de rebus ſolos exire, & extra cœnobium, ſi aliter fieri non poſsit, pernoctare iſto canone permitti ſcribit, cum vtrumque fœminis propter maiorem animi inconſtantiam mollitiemque prohibeatur.

Gratianus ca. placuit. 16. q. 1.

In Concilio Eugenij PP. ſtatutum reperitur: Placuit communi noſtro Concilio, vt nullus Monachorum pro lucro terreno de Monaſterio exire, nefandiſsimo auſu præſumat: neque pœnitentiam dare, neque filium de baptiſmo accipere, neq; baptiſare, neque infirmum viſitare, neq; mor-

mortuum ſepelire, neq; ad Eccleſiam ſecularem tranſire, neq; alijs quibuſcunq; negotijs ſe implicare: ſed clauſtro ſuo cōtentus ſit.; quoniam ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine Monaſterio Monachus. Sedeat itaq; ſolitarius, & taceat: quia mūdo mortuus eſt, Deo viuit. Agnoſcat nomen ſuum: *μόνος* enim græce, latinè eſt vnus, *ἄχος* græcè, latinè eſt triſtis: vnde dicitur Monachus, id eſt vnus triſtis. Sedeat ergo triſtis, & officio ſuo vacet. Extat in corpore Iuris Canonici conſtitutio Bonifacij 8. Periculoſo & deteſtabili quarundam Monialium ſtatui, quæ honeſtatis laxatis habenis, & Monachali modeſtia, ſexuſque verecundia impudēter abiectis, extra ſua Monaſteria nonnūquam per habitacula ſecularium perſonarum diſcurrunt, & frequenter infra eadem Monaſteria perſonas ſuſpectas admittunt: in illius cui ſuam integritatem voluntariè deuouerūt grauem offenſam, religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum, prouidere ſalubriter cupientes: præſenti conſtitutione, perpetuo irrefragabiliter valitura ſancimus, vniuerſas & ſingulas Moniales, præſentes atque futuras, cuiuſcunque religionis ſint, vel ordinis, in quibuſlibet mundi partibus exiſtentes, ſub perpetua in

Cap. 1. de ſtatu regulari in 6. Statuta Colo. fol. 84. & 98.

ſuis Monaſterijs debere de cętero permanere clauſura. Ita quod nulli earum religionem tacitè vel expreſsè profeſſæ, ſit vel eſſe valeat, quacunque ratione vel cauſa (niſi fortè tanto talique morbo aliquam laborare conſtaret, quod non poſſet cum alijs abſque graui periculo ſeu ſcandalo commorari) Monaſteria ipſa deinceps ingrediendi facultas. Nullique aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtę, niſi rationabilis & manifeſta cauſſa exiſtat, ac de illius ad quem pertinuerit ſpeciali licentia, ingreſſus vel acceſſus pateat ad eaſdem. Vt ſic à publicis & mundanis conſpectibus ſeparatæ, omninò ſeruire valeant Deo liberius, & laſciuiendi oportunitate ſublata, eidem corda ſua & corpora in omni ſanctimonia diligentiùs cuſtodire.

Similiter Concilium Tridentinum omnibus Epiſcopis ſub obteſtatione diuini Iudicij, & interminatione damnationis æternæ præcipit, vt iſtam Bonifacij conſtitutionē diligenter obſeruari curent. Nemini autem, inquit, ſanctimonialium liceat poſt Profeſsionem exire à Monaſterio, etiam ad breue tempus, quocunque prætextu, niſi ex aliqua legitima cauſſa, ab Epiſcopo approbanda: indultis qui-

quibuſcunque & priuilegijs non obſtantibus. Varia etiam à diuerſis Archiepiſcopis Colonienſibus hac de re in ſynodalibus & prouincialibus Concilijs promulgata fuerunt, vt religioſi homines in Monaſterijs ſuis permaneant. *Statuta Colo. fol. 84. 96. 174. 190. 398*

Nec enim hoc ipſę Moniales deſiderare debent, quod cum tanto periculo coniunctum eſt, & vnde plures in graues miſerias inciderunt. Quoties inter homines fui, dixit olim Seneca, minor homo redij. Facilę videtur, quod diu excruciet. Alijs quoque contra facientes de ſe, cœnobioque ſuo malè ſuſpicandi occaſionem præbent. Tertullianus enim apertè pronunciat; Ipſa concupiſcentia non latendi, non eſt pudica, patitur aliquid, quod virginis non ſit; ſtudium vtique & viris. Cum virginis ſit, ſibi tantū & Deo notam eſſe.

Et glorioſus ille martyr Cyprianus: Dum ornari cultius, dum liberius euagari virgines volunt, eſſe virgines deſinunt, furtiuo dedecore corruptæ, viduæ antequam nuptæ, non mariti, ſed Chriſti adulteræ: quam fuerant præmijs ingentibus virgines deſtinatæ, tam magna ſupplicia pro amiſſa virginitate ſenſuræ. In primis ergo Monachis atque Monialibus, quæ Deo in cœnobijs inſeruire decreuerunt,

conuenit ſolitudo & quies, vt cum ſecuritate in Monaſterio atque adeò cella ſua delitescere, quam euagari cum periculo malint.

D. Thomas Aquinas iſtos verſus religioſis proponit:

Cella quaſi cœlum tibi ſit, quæ cœlica cernas,
Hic legas, hic ores, mediteris, carmina pangas,
Pax eſt in cella, foris autem plurima bella.

Vallis liliorũ cap. 18. Et alter Thomas Kempis: Latere, & tacere bonum eſt pro pace cordis, & obtentu deuotæ orationis. Sicut piſcis extra aquam citò moritur, ita Monachus extra cellam leuiter diſtrahitur. Pretioſa aromatta pixide clauſa conſeruantur, aperta virtutem odoris amittunt. Et flores manibus attacti læduntur. Candela ardens è lucerna extracta facilè extinguitur. Igitur cellam & ſilentium dilige, ſi vis deuotus & pacificus permanere.

Ad cognatos atque veteres amicos aliqui ſe abire dicunt, vt eos quoque ad pietatis ſtudia permoueant: omniíque ſuſpicione vacuos ſe arbitrantur, quod non niſi cum bonis viuant. Ambroſius, *Ad virginem dei. etam, cap. 2. & 3.* rectiùs eos facere aſſeuerat, ſi domi permanſerint in officio ſuo: quod metuen-

dum

dum ſit, ne ipſi deprauẽtur potius,quam alios corrigant: præſertim cum multi ſint,qui magnam pietatem, ſanctimoniamque, & amicitiam fingunt,vt incautas decipiant.

Baſilius Magnus diabolicum ſcribit inuentum eſſe,crebrò ad amicos proficiſci, vt per inſidias rectè inſtitutum pietatis ſtudium præpediatur, & varijs cupiditatibus, quas ſemel euomuerat, animus Monachi redundet. *Conſtitut. exercitat. cap. 7.*

Ideoque Chilonem docet: quam pulchrè Monachum deceat ſolitudo,quamque multa viſu & auditu inter homines percipiantur,quæ tranquillam pacatamque mentem prauis affectibus concutiant, vnde grauiſsima ipſi tempeſtas oriatur, & cordis integritas, quæ vera demum pudicitia eſt, magnum detrimentum capiat. *Epiſtola 181.*

D. Hieronimus aliquas extitiſſe refert, quæ filios ſpirituales quærendo, carnales acquirerent. Quæ tam leuiter in turba hominum omnia templa peruagantur, Spectatum, veniunt, veniunt ſpectentur vt ipſæ: Obſeruent Hieronymi verbnm ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis: Rarus ſit egreſſus in publicum, martyres tibi quærantur in

S 4 cubi-

fugiant ad velamen virgines, authore Tertulliano, tanquam ad galeam & clypeum, quò tutæ ſint ab ictibus tentationum. Egredientes armet oratio, inquit Hieronymus, regredientibus occurrat oratio antequam ſeſsio: nec prius corpuſculum requieſcat, quam anima paſcatur. Ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat crucem. Habitus, ſermo, vultus, inceſſus, doctrina virtutum ſit. Non circumeant vicos in fabulis, non matronarum domos in potibus: ſed omne opus bonum exerceant, vt non vituperetur miniſterium ſuum. Cum his non liceat ſororibus intra degentibus ſecretis colloqui confabulationibus, ne aliquid poſsit intrare extrinſecus, quod poſsit obeſſe. Hieronymus regul *Monachar*. cap. *25*.

Tertull. de veland. virg.

Ad Ruſtic.

Baſilius Magnus ſcriptum reliquit, oportere virgines à locis inhoneſtis, turpibus perſonis & rebus abſtinere: ac tales ſe gerere, vt cæteri homines, qui eas fortè viſuri ſunt, ad pietatem, humilitatem, modeſtiam, ex eorum habitu, ſermone, vultu, prouocentur: ipſas verò tanquam Dei viuam imaginem venerentur & colant. Quocirca præfectos hortatur, ne formoſas & iuuenes, propter negotia publica, facilè mit-

libro de virginitate.

tant: ne quem fortè offendant ipſæ, vel offendantur.

Baſil. ſerm. 4. exercitat & cap. 26. Conſtitut. exercit.

Quæ non libenter exeunt, quod vehementer ſe lædi ſentiant: mandata nihilominus per obedientiam facere iubet ſed à reliquis ſororibus petant, vt in publicis negotijs occupatas orationibus ſuis adiuuent, ne alijs fideliter inſeruiendo, ipſæ conſumantur: verum præſeruentur à Deo, vt nuſquam delinquant, nec foris videre audireque oporteat, quo domum reuerſæ excrucientur. Et ſic in Chriſti nomine fortiter progrediantur, oculos & aures diligenter cuſtodiant, nullum virum curioſè aſpiciant, oblatum ignem tranſiliant, non alligent verò adulterinam cupiditatem in ſinu ſuo, ſed ſtatim, ne in cor penetret excutiant.

Ambroſ. lib. 1. de penitent cap. 13.

Oculos, & aures, cæteroſque ſenſus tunc deligenter cuſtodiendos eſſe S. Patres docuerunt, per has ſacræ ſcripturæ locos: Auerte oculos meos ne videant vanitatem, *Pſ.* 118. Pepigi fœdus cum oculis meis, ne quidē cogitarent de virgine, Iob 31. Qui annuit oculo, dabit dolorem, Prouerb. 10. Annuens oculo fabricat iniqua, Eccleſ. 27. Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire: & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis, Eccleſ.

Eccleſ. *21.* aſcendit mors per feneſtras, Hieronymus 9. Quod Auguſtinus & Hieronymus de oculis incautis intelligunt. Oculi vere etſi forte iaciuntur in aliquem: tamen figantur in neminem: Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius. Auguſtinus epiſt. *109.* Auertamus oculos à vanitatibus, ne quod oculus vidit, animus concupiſcat, Ambroſius in Pſal. 118.

Extra nauim, vt Epictetus loquitur, poſitæ, nauim, id eſt, cœnobium ſemper in animo retineant: ac in foro, inter homines ſeculares, regulam, vota, & ſponſum ſuum Chriſtum non obliuiſcẽtur. Thomas Kempis & Ioãnes Trithemius affirmant, multò quidem rectiùs oportere *Monachos* foris, quam domi viuere, quod ſingula eorum verba & actus obſeruentur, & tot eorum ſint iudices, quod ſpectatores: ex vnius denique vita & moribus, omnes reliqui, ipſaque religio, iudicetur.

Enchridij ca. 11.

Kemp. ſermone 4. ad Nouit. Part. 1.

Trithe. ho. 12.

Concilium Nicænum I. cap. 66. iuxta editionem Alphonſi Piſani: Monachi inquit, & *Moniales* ſint probi, & inter ſe & aduerſus alios patientes: eant per plateas cũ modeſtia, nec inter ſe iocula-riter vel ridiculè loquãtur, neç alius aliũ illu-

illudat, ſed potius ſilentium teneant, reuerentiamque ſibi inuicem adhibeant: ſintque ſibi inuicem benefacientes, in ijs omnibus, quæ ad ſtatum eorum pertinent, ac maximè quidem apud infideles, & omnibus moribus perfecti.

Eleganter quoque ſynodus Mediolanenſis decreuit: Exeuntes binæ prodeant, neque longiùs diſcedat altera ab altera, quam vt ſe inuicem aſpicere & audire poſsint. Quibus ſi ex vrbe egredi contigerit, ſemper in eodem lecto, ſomnum capiant. Caueantque ne in cuiuſquã famoſæ perſonæ domum introeant, etiamſi illa de Monaſterio benè merita fuerit. Néue in domicilijs vbi aliæ honeſtæ mulieres non habitant, pernoctent. *Domum reuerſæ.* Néue literas aut mandata clam perferãt. Aut quippiam Monialibus renuncient, quod foris viderint audierintque. Delinquentibus pœna ſit carcer, aut etiam grauior, arbitratu Superioris.

Si altera fortè longiùs receſſerit ad locum vel opus quod non decet, ijſdemque verbis eam altera reuocare poterit, *Iudic. 18.* quibus olim Tribus Dan adoleſcentem à Micha abduxit: Quis te huc adduxit? quid hic agis? Veni nobiſcum.

Vbi opus, propter quod miſſæ erant, per-

perfecerint, reditum maturent. Sicut columba per Noachum ex Arca emiſſa, ſtatim redibat: & quemadmodum apes, vbi ex floribus mel excerpſerint, ad ſecretum, ſodalitatemque reuertuntur. *Baſil. ſer. 2. exercitat.*

Reuerſos ex longo itinere, vel diu abſentes, rerum & verborum, ſociorumq; & totius profectionis cauſſam dicere, ac rationem reddere, vult Baſilius: vt ſi in officio retineantur, & peccata maturè expurgent. Qualiter Petrus, Paulus atq; Barnabas, quid ipſi geſsiſſent, Apoſtolorum concilio retulerunt, non ſine cauſſa Spiritus ſanctus per Lucam accuratè deſcribi voluit. *Act.* 11. & 15. *Baſil. quæſt. 44. fuſ.*

Si ad illum modum ſacræ virgines, quæ diu aliquando à cœnobijs collegijſque abfuerunt, examinentur, aut à grauibus viris teſtimonium adferant, vbi, apud quos vixerint: omni ſiniſtra ſuſpicione liberabuntur, & minus religio detrimenti capiet.

COENOBIA DILIGENTER CLAVdenda ſunt: & quomodo ſe in moribus & ſermone religioſi componere debeant, ſi viſitentur ab extraneis.

CAPVT XVI.

AD virginitatis cuſtodiam multum pro-

profectò valet, nec Monaſterij ſepta crebrò egredi, nec nec in ea promiſcuè viros vel fœminas ad colloquendum admittere: vnde tranquillæ mentis perturbatio, famæ, pudicitiæque periculum conſequatur.

Concilium Carthaginenſe I. decreuit, nequaquam religioſis viris aut fœminis licere, cum diuerſo ſexu, ſub ſpecie charitatis habitare, vel eas crebrò accedere: vt non modo peccatorum occaſiones, verumetiã prauæ ſuſpitiones tollantur.

Et Concilium Turonenſe II. Mulier intra ſepta Monaſterij nullatenus introire permittatur: ſi Abbas in hac parte, aut præpoſitus negligens apparuerit, qui eam viderit, & non ſtatim eiecerit, excommunicetur.

Similiter Concilium Antiſiodorẽſe: Si Abbas mulierem in Monaſterium ingredi permiſerit, aut feſtiuitates aliquas ibi ſpectare perceperit: tribus menſibus in Monaſterio trudatur, pane & aqua contentus.

Can. 46. Memorabilis etiam ſynodi ſextæ cõſtitutio habetur: Neque mulier in virorum Monaſterio, neq; vir in mulierum dormiat: extra offendiculũ enim & ſcandalum eſſe oportet, & ad id quod decorum eſt ac honeſtum, Deoq; gratum, vitã

ſuam

ſtiam componere: ſi quis autē hac fecerit, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, ſegregetur. Vbi Balſamon optimis rationibus prohiberi ait, ne viri in mulierum cœnobijs, vel contra mulieres in virorum Monaſterio ſepeliātur. Inde futurum exiſtimans, vt ſepulturæ vel exequiarum tempore, viri mulieresue ad eos ingrederentur, aut mortuos honorandi cauſſa, eo ventitarent.

Et Concilio Lateranenſi recitatur, c. Monaſteria, ext. de vita & honeſt. cleric. Monaſteria ſanctimonialium ſi quiſquā Clericus ſine manifeſta & rationibili cauſſa frequentare præſumpſerit, per Epiſcopum arceatur: & ſi non deſierit, ab officio eccleſiaſtico reddatur immunis: ſi laici fuerint, excōmunicationi ſubdātur, & à cœtu fideliū fiant penitus alieni.

D. Hiero. virginibus imperat, vt Monaſterium per Epiſcopum ipſum, vel piū & probum aliquem ſacerdotem ſic cuſtodiatur, ne quis facilè intret: muris tam altis ſit circumſeptū, vt quid in monaſterio geratur, nemo poſsit intueri: habeanturque feneſtræ ita ferreis virgis arctatæ, vt vix digito pateat aditus, per quas ſuo tempore cum pijs mulieribus ſanctè colloquantur, ijs de rebus, quæ neceſſariæ ſunt, & ad ædificationē pertinēt. *Regulæ monachorum c. 27.*

Ad

Ad virginitatis cuſtodiam pertinere ſcribit Demetriadi, ne cum his quæ maritos habent, colloquantur: ſi enim cognorit, quid maritus vxori, vel marito vxor dixerit, non mediocrem inde ſit tentationem perceptura. In virorum cœnobia mulieres nullo modo ingredi Baſilius Magnus permittit, neque viros omnes, ſed quibus Præfectus, habita ratione temporis, loci, & perſonarum, indulſerit: id eſt, qui fama integra ſint, vt nihil de ijs periculi ſit pertimeſcẽdum, ſed cœnobitas poßint meliores reddere. Nunquam vero quis ſolum adire liceat.

Baſil. ſerm. 4. exercit: & quæſt. 220. compend.

Imperialis conſtitutio ſub Carolo V. edita, capite de Monaſterijs extat huiuſmodi: Monialibus profeſsis continentiam, nequaquam Monaſteriorum ſuorum ſepta egredi licebit, ſed in ijs latere debent, ac ſoli Deo, pudicitiæ amatori, cui ſe conſecrarunt, quemque repudiatis huius ſeculi amatoribus, præoptarũt, ſe conſeruare illibatas. Nec item patere debet ijs virorum conſpectus, aut viris permitti vt Monaſterium ingrediantur, niſi ineuitabilis neceſsitas requirat. Quæ verò continentiæ ſtudium ſectantur abſque voti profeſsione, & vitam in Collegijs ducunt religioſam, quales Canoniſſæ vocantur, etiamſi non habeant, quam tamẽ decen-

decentiſsimum eſlet habere, menſam communem,debent tamen habere commune dormitorium, ne pudicitiæ inſidiatori Sathanæ detur occaſio,ad incontinentiam tentandam.

Quales equidem virgines ſpero diligenter curaturas, vt ſacri collegij reuerentiam, ſuam verò ſalutem, & parentum atque amicorum honorem tueantur atque conſeruent: & quantùm generis ſplendore, ac Maiorum ſuorum gloria plebeis antecellunt, tantum pietate & virtutibus præluceant. Vt omnes hominum ordines apertè intelligant, quanta ipſis iniuriam faciant; qui eadem collegia, honeſta nobilium lupanaria appellant,publicisque ſcriptis indigniſsima de illis commemorant, quibus vniuerſus orbis mirificè contra ſacram religionem concitatur.

Concilium Tridentinum ſanciuit:Ingredi intra ſepta monaſterij nemini liceat, cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi vel Superioris licentia, in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Dare autem tantum Epiſcopus vel Superior licentiam debet in caſibus neceſſarijs: neque alius vllo modo poſsit, etiam vigore cuiuſcunque

Seſſ.25.cap.5.

facultatis vel indulti hactenus conceſsi, vel in poſterum concedendi. Omnibus denique Epiſcopis firmiſsimè imperat, vt iuxta Bonifacij VIII. conſtitutionem, quam precedenti capite recitaui, ſanctimonialum clauſuram vel conſeruari, vel reſtitui primo tempore procurent, per cenſuras eccleſiaſticas, aut, ſi neceſſarium erit, per brachium ſeculare. Idque per Belgium obſeruari debere, Concilium Mechlinienſe Prouinciale voluit: Vt vitæ puritas ſit integrior, introitus mulierum à virorum cœnobijs penitus excludatur, nec in clauſtrum ijs vllus ſit aditus, niſi de expreſſo Superioris conſenſu, & in cauſsis omninò neceſſarijs.

Titulo de regularibus cap. 2. & 4.

Hoſpites in virorum monaſterijs excipiantur, iuxta regulam in menſa Abbatis, Præpoſiti, vel Prioris, vel aliò honeſto loco, vbi benignè excipiantur, præſertim religioſorum conſanguinei, aduocatis ijs quorum cauſſa venerint. Sit menſa frugalis, nec protrahatur refectio, vltra ſeſqui horam; nec deſit ſacra lectio. Ad dormitorium ſe conferant veſperi, ante horam nonam, qui hoſpitibus adfuerunt. Hoſpitalitati in monaſterijs virginum talis locus deputetur, vbi earum conſanguinei frugaliter excipian-

Ca. 3.

pian-

piantur, qui ita ſit à clauſtro ſeparatus, ne vlli monialium, nec Abbatiſſæ quidem vlteriùs quàm ad cancellos, per quos cum amicis colloquantur, progredi liceat.

Concilium verò Mediolanenſe, poſt Concilium Tridentinum celebratum, præcipit, vt ianuæ ſeptorum Monaſterij interdiu claudantur, vna tantùm claue, quam ſenior ianitrix cuſtodiat, vt ſi opus ſit, aperiri poſsint: nocte autem duabus clauibus diuerſis claudantur, quarum alteram Præfecta, alteram ſenior illa ianitrix cuſtodiat. Si neceſſariò fuerint aperiendæ ianuæ, moniales non audeant eò accedere, vt externum quidquam aſpiciant, vel cum vllo omninò aut mare aut fœmina colloquantur. Quæ id auſæ fuerint, includantur in cellam, quàm diu Superiori videbitur: eadem pœna plectatur ianitrix, ſi hoc permiſerit, vel huiuſmodi petulantiam ſtatim ad Superiorem non detulerit: Ad omnes feneſtras, vbi colloquendum ſit, duo ferrei cancelli conſtruantur, qui ſaltem palma diſtent alter ab altero: inter virgas ferreas, quibus iſti cancelli compacti ſunt, non plus omninò quàm vncia interſit: ſintque iſtæ virgæ tam

parte 3. ca. de præfecta, & c. de clauſura.

firmæ, vt nec frangi facilè nec flecti queant. Intimo cancello quo moniales ad colloquendum accedunt, ferrea lamina appingatur, quæ moueri nequeat, ſitque exiguis foraminibus ad audiendi tantum commoditatē perforata, cui lineus pannus, nigri coloris ligneis tabellis affixus, inſtar feneſtræ, quæ aperiri poſsit, cum erit colloquendum, apponatur. In ea lamina ſit quadrata feneſtella, nouem tantummodo vnciarum, cuius clauis à *Præfecta* cuſtodiatur: neque eam feneſtellam aperire liceat, niſi quo tempore colloquendum ſit cum Epiſcopo vel Ordinis *S*uperioribus, aut cum parentibus fratribusque monialium, alijsque arcta generis propinquitate coniunctis: aut cum inſtrumenta confici, ſacrumue ſermonem audire oporteat. Hinc tamen excipiantur illa monaſteria, quarum moniales vel lege, vel conſuetudine ab externis hominibus conſpici nunquam ſolent. Loca collocutioni attributa ſemper claudantur, ſed cum ibi ſunt, qui loquantur, pateant: vt qui nam ſint videri poſsint. Oſtia per quæ à ſeptis monaſterij in exteriorem eccleſiam patet aditus, muro obſtruantur. Omnes quoque feneſtræ, cancelli, per quos in externam eccleſiam intro

introſpicere poſsint; inædificentur: præter feneſtram in qua collocata eſt rota, & feneſtellulam ad percipiendam ſacram Euchariſtiam conſtituta, ac illam per quam *Chriſti corpus* à ſacerdote celebrante elatum aſpiciunt. Quæ alioqui lineo panno contecta ſit, taliterque facta, vt ne ſacerdos quidem ex altari eas intueri poſsit. Muri tam altè conſtruantur, vt in monaſterio virginibus liberè, ab aliorum hominum aſpectu audituque ambulare liceat. Aedes proximæ famoſis mulieribus ne elocentur: neue ſpectacula ibi, cantus, ſaltus, ludi, ſimileſque profanæ res exerceantur. Idque Epiſcopi cum auxilio brachij ſecularis curato. Si qua marem aut fœminam cuiuſuis ætatis & conditionis, etiam matres vel ſorores, introduxerit in ſepta monaſterij, tribus menſibus in carcerem detruſa, pane ſolum & aqua alatur, & integro anno velum amittat: eandemque pœnam perferat Præfecta & ianitrix, atque omnes quarum conſenſu id commiſſum eſt. Quiſquis verò Laicus vel Clericus, cuius ſtatus, dignitatis, gradus, & conditionis ille demum fuerit, monaſterij ſepta introierit: ipſo facto excommunicetur, omniaque beneficia, ſi quæ habet,

amittat, ac Ordinum munere prohibeatur. His tantùm exceptis, qui cum Superioris conſenſu ad neceſſarias operas ingrediuntur. Quæ tamen per ipſas moniales fieri poſſunt, ad ea externi non introducantur. Introducti mares vel fœminæ, etiamſi monaſterio inſeruiant, vel ætate confecti ſint, nulla de cauſſa pernoctare poſsint: alioqui tam ille qui pernoctarit, quàm Præfecta quæ permiſerit, excommunicationis pœnam latæ ſententiæ patiantur. Alloqui verò moniales quiſquis voluerit, ab Epiſcopo loci, vel Superiore Monaſterij, eiuſque Vicario licentiam ſcriptam ſigillatamque obtineat, eamque offerat illi quæ rotæ præeſt, illa ad Perfectam perferat. Præfecta conſideret manum & ſignum literarum, & vtrum is ſit, qui ſcripto nominatur: ac ſi tandem benedictione adhibita, petitam virginem breuiter ad communem collocutionis feneſtram, & non alibi, præſentibus ſemper ſermonum magiſtris, cùm eo colloqui permittat. Si quis non impetrata huiuſmodi licentia ad monialium monaſteria acceſſerit, ſermonemque cum earum aliqua habuerit (patre vel fratribus exceptis) vel etiam ſimulato eius nomine qui ſcripta licentia continetur, grauiter puni-

puniunto. Quæcunque non habita licentia tali, cum externo aliquo locuta eſt, tribus menſibus, ne cum propinquis quidem, loqui poſſit, quando ſingulis ſextis ferijs diſciplinæ nomine, flagella ſibi publicè adhibeat, cum Pſalmo: *Miſerere mei Deus.*

Illis autem diebus, quando ſacroſancta Euchariſtia ſumitur, & quoties feſti dies ex præcepto Eccleſiæ celebrantur, tempore etiam Aduentus, & Quadrageſimæ, vel quando diuina fiunt publiceq́; orandũ eſt; cũ nemine prorſus externo colloqui liceat, niſi neceſſitas poſtulet.

Literas, quæ ad moniales dantur, rotę propoſita ad Præfectam perferat, à qua & epiſtolas à virginibus reſcriptas, tabellarijsq́ue reddendas, recipiat. Quæcunq; autem non lectas à Pręfecta literas acceperit, miſeritq́ue, per duos menſes è cella pedem ne efferat, & ſingulis ſextis ferijs pane & aqua veſcatur: ſin aliquam criminis ſuſpicionem literæ indicant, ſex pręterea menſes nec velo vtatur, nec ad collocutionis feneſtram cum aliquo loqui permittatur.

Vide Ca. Nondicatis 12. q. 1. & Ezpenceum lib. 6. de conſtitinentia cap. 6.

Rotæ verò Pręfecta, ſermonumq́; magiſtræ prudentes exiſtant, cum nemine de habitis ſermonibus communicēt, niſi fortè ad Præfectam referenda quædam

videantur. Puellæ in monaſterijs educandæ non recipiantur, abſque ſcripta licentia Ordinarij ac Superioris Regularis: dormiant, cibum capiant, verſenturque loco ſeparato à monialibus: cum propinquis alijsue externis ne colloquantur aliter, quam de monialibus ediſſertum eſt.

Præterea, concionatoribus monialium non liceat cum ipſis ſeparatim colloqui, abſque licentia Superioris: neque Confeſſores ſine Superioris permiſſu ſepta monaſterij ingrediantur, niſi periculoſo & graui morbo laborantibus ſacramenta adminiſtrare oporteat: quo tempore duę ſeniores ſemper eos comitentur. Qui confeſſores in foriſterijs cibum non capiant, niſi confeſsionis tempore, nec ibi dormiant, præterquam ſi de morte alicuius periculum ſit, vt ſacramenta adminiſtret. Sacerdotes qui in publicis earum Eccleſijs ſacrum facturi ſunt, graues & pij viri ſint, ac à Superiore priùs approbentur: neque cum cuſtode alijs de rebus colloquātur, quam ad Miſſæ ſacrificium neceſſarijs. Omnes denique miniſtri, medici, tonſores &c. quibus in monaſterij ſepta ingrediendum ſit, à Superiore approbentur. Quando Superiores vel Viſitatores introibunt, duæ ſeniores comitentur,

tur, quæ ſonitu minoris campanæ virgines admoneant, vt in ſuam quæque cellam auolet.) Poſtremò, nullam nimiam diligentiam videri poſſe, iſtius Concilij Patres affirmant, quę illi monialium theſauro cuſtodiendo adhibetur, propter quem propinquis, & bonis, fortuniſque relictis in monaſterium ſeſe incluſerunt. Hæc cōcilium illud Mediolanenſe, quod Pius V. approbauit.

Q. Mandoſius ſuper ſignatura gratiæ § Licentiæ. Honeſtis, inquit, & grauibus mulieribus datur aliquādo licentia quod Monaſteria virginum intrare poſsint: viris non conceditur, hoc enim periculoſum eſſet, & contra Iura communia, per L. Maritus *C.* de procurat. ca. Monaſteria, de vita & honeſtate cleric. cap. Diffinimus, cum gloſſ. 18. q. 2. Niſi hoc legitima cauſa expoſcat, vt medici, chyrurgi, lapicidæ, lignarij, alijue artifices neceſſario admittantur.

Monaſteria Germani à cordis ſeptorumque clauſura, Kluſen vel Klöſter hactenus appellant: ſed negligenter illa pleriſque in locis ſeruatur; Vt Monaſteria virginum viris ingredi, cum virginibus ſeorſim, diu & multum colloqui, edere, bibere, iocari, ridere, oſculari, ſæpè etiam choreas ducere, ſimiliaque fieri permit-

inexploratos facere cum externis cõgreſſus:multos enim inſidiatores habet, qui ſecundùm Deum vitam degit, atque eos ſæpè familiariſsimos vitæ ſuæ exploratores, qui minutiſsimos etiam errores conuitijs proſcindunt, atque adeò rectè facta calumniari conantur. Ficti amici plus nocent quàm hoſtes. Baſilius epiſtola 74.

Fraterna charitas, quæ religionis neruus eſt, per crebras huiuſmodi viſitationes læditur: quando enim opulenti & diuites munera apportant, ipſis ferè elationis cauſſa eſt, & pauperibus triſtitiæ occaſio. Iam verò apertum Pauli Apoſtoli verbum eſt: *An confunditis eos, qui non habent?* Ex hoc etiam fonte multa vitiorum genera in Monaſteria promanant: hinc fluxi mores, inuerecundia, libertas pernicioſa, hinc odium atque inuidia ſæpè deriuantur. *Baſilius epiſt. 187. comp.* *1. Corinth. 11.*

Seculares homines de vxoribus, de liberorum procreatione, de rebus externis, deque ſuis fraudibus, & nequitia, loquuntur: qui ſermones tanto virginibus ſacris peſtilentiores ſunt, quãto magis earum inſtituto repugnãt, quantoq; ſexus illarũ fragilior eſt. Vt pauca eorũ, quæ in ſeculo gerũtur, ad eas peruenire expediat.

Plato ſapienter iudicabat, eorũ animos voluptatibus vehementiſsimè affici, & *Gellius lib. 15. cap. 2.*

vi qua-

vi quadam noua ictos labaſcere, qui cum hactenus earum inexpertes fuiſſent, caſu quodam ad illas, vel neceſsitate compellerentur. Hoc ad ſacras virgines, quæ ad conuiuia, ad colloquia, ad mores hominum ſecularium producuntur, vel maximè pertinet. Plurimi quoque ſingulares religioſorum hominum cultores, cœnobijque amici, patroni atque fautores, cùm in Monaſterium veniſſent, eorum immodeſtia, leuitate impudentiaque offenſi, priſtinum amorem atq; beneficia aliò tranſtulerunt.

Vt omnino expediat iſtam abuſionem reſecari: vel ſaltem rationem aliquam maturè iniri, vt parcius, & minori cum periculo fiant. Quando in Monaſterio virgines iſtam prudentiam adhibere debent, quam capite præcedenti foris exituris præſcripſi. Si quid fortè dicatur, quod nec locum iſtum, nec perſonam ſuam deceat: recordentur illius Pſalmographi: *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua. Ego tanquam ſurdus non audiebam.* Obſeruent illud Ioannis 2. *Ieſus autē non credebat ſe eis*, ſciebat enim quid eſſet in homine. Obſeruetur quoque illud Hieronymi, ad Gaudentium de æducat. infantulæ. Quare ſolus cum ſola, & non cum arbitris ſedes, vt cum ipſe non pec-

ces

ces alijs peccare videaris? Tu quoque virgo, cur tam longo ſermone viri retineris? cur cum ſolo relicta non metuis? Saltem alui te & veſicæ cogat neceſsitas, vt eum deſeras, cum quo licentius quam cum germano, multò inuerecundius quam cũ marito egiſti. Sed de ſcripturis ſanctis aliquid interrogas: interroga publicè, bonus ſermo ſecreta non quærit.

Baſilius quoque Magnus præcipit, vt ſi qui ad viſitandum virgines ſacras grauioribus de rebus admittãtur, ſoli cum ijs non colloquunto. Per ſynodum ſeptimã ne monachis quidem licet cognatas virgines, audiente Præfecta, longo ſermone morari. *Queſt.220. compend.* *Can.20.18. q.2.c. deſinimus.*

Tantam modeſtiam grauitatemque tantam veteres in ſacris virginibus requirebant; vt effuſè illas ridere prohiberent. D. Hieronymus Demetriadi formam conſeruandæ virginitatis præſcribens: Ridere, inquit, & rideri ſecularibus relinque: grauitas tuam perſonam decet. Et D. Ambroſius: Quid Eccleſiaſtes monuerit nos omnes de immoderatione ridendi, conſideremus: Sicut vox ſpinarum ſub olla, ita riſus ſtultorum. Meritò negabat Sara, quod riſiſſet; & tamen ille riſus plenus grauitatis fuerat, & pudoris, quem nemo alius teſtis niſi Deus *Eccleſ.* *Geneſ.18.*

cog-

cognoſceret.

Quæſt.17.fuſa Interrogatus aliquando Baſilius Magnus, vtrum Monacho ridere liceret, reſpondit: Intemperanti & immodico riſu teneri, intemperantiæ ſignum eſt. Vſque ad hilarem riſum animæ lætitiam detegere non indecorum eſt, vt indicetur ſolum id quod ſcriptum eſt: *Cordis læti, facies floret*: verùm cachinnari voce, & ebullire corpore non eſt eius, qui animam ſedatam habet, neque probati, neque eius qui ſui potens eſt. *Quæſt.31.cōp.* Satis verò magnas cauſſas Monachos habituros putat abſtinendi à riſu, ſi conſiderent, quàm multi legem Dei tranſgrediantur, & nomen Domini blaſphement, vt Chriſtiano viro lugendi ſint. Scitum eſt Salomonis prouerbium: Stultus in riſu exaltat vocem ſuam, vir autem ſapiens vix quietè ridebit.

Ambr. lib. 3. de virginib. Ambroſius virgines promiſcuè à choreis atque ſaltationibus retracturus, Herodiadis crudele exemplum proponit: Reginę filia intimis amandanda ſecretis, in conſpectum virorum ſaltatura producitur. An quicquam eſt tam pronum ad libidines, quàm inconditis motibus ea quæ vel natura abſcondit, vel diſciplina velauit, membrorum operta nudare, ludere oculis, rotare ceruicem, comam

nam ſpargere? Quid ibi verecundiæ poteſt eſſe, vbi ſaltatur, ſtrepitur, concrepatur? Saltet ergo, ſed adulteræ filia.

Olim velut à terra in cœlum abituri, ad ſanctorum virorum Monaſteria ventitabant. Nec enim eò quiſquam proficiſci aliam ob cauſſam ſolebat, niſi Chriſtũ, & pietatis exempla ibi quæreret. Quæ donec ibi reperiebantur, omnes mirificè illos amabant, honorabantque, & certatim pretioſa munera largiebantur. Vt Concilium Conſtantinopolitanum in templo SS. Apoſtolorum celebratum Epiſcopis prohiberet, nimios in extruendis Monaſterijs ſumptus facere. Omnia nunc, vbi priſca virtus, & antiqua pietas intercidit, contra euenire videntur. Etſi iſtam ſeueritatem homines noſtris temporibus difficulter ferũt. *Chryſoſt. ho. 59. ad Ant. Hildedegard. ad regulam Benedicti.*

QVAM PERICVLOSA SIT DEVOTIS virginibus liberior & frequens cum viris conuerſatio; & contra, virorum cum fœminis conſuetudo.

CAPVT XVII.

NOn abs re periculoſiſsimum ſemper iudicatum fuit, ſi deuotæ virgines cũ viris, aut viri cum fœminis frequenter & liberè conuerſarentur, propter humanæ natu-

Geneſ. 3. naturæ imbecillitatem. Sacræ hiſtoriæ ſcriptor Moſes author eſt, quod Deus Euæ, cùm Adamum fefelliſſet, inter cæteras pœnas & hanc inflixerit: Ad virum erit appetitus tuus. Quodq́; Sethini filij Dei (qui ſoli priùs habitabant, & primi ante diluuium monachi fuêre) per mulieres fuerint deprauati. Quapropter Regum omnium ſapientiſsimus Salomon adoleſcentes hortatur, ne appropinquent domui mulieris, ſed longè recedãt ab ea: quod multos vulneratos deiecerit, & fortiſsimi quiq; interfecti ſint ab ea. Nunquid poteſt, ait, homo abſcõdere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant? aut ambulare ſuper prunas, vt non comburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus cum tetigerit eam.

Geneſ. 6. Comeſtor in Geneſ. cap. 31. Prouerb. 5. & 6. Baſilius li. de virginitate.

Pulchrè etiam admonet Eccleſiaſticus: Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcandaliſeris in decore illius. Ne circumſpicias ſpeciẽ alienam: propter ſpeciem enim mulieris multi perierũt, & ex hoc cõcupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Speciem mulieris alienę multi admirati, reprobi facti ſunt: colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit. Cum aliena muliere ne ſedeas omninò, nec accumbas

Cap. 9.

cum

cum ea ſuper cubitum, & non alterceris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem. In medio mulierum noli commorari: de veſtimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri.

Nam ſi mulier potuit Adamum in Paradiſo vincere, quid mirum, ſi in mundo poſitum ſuperet? Quid optimo Dauidi, ſapientiſsimoque eius filio Salomoni acciderit, omnes pro exemplo capiant. Madianitæ per mulieres Iudæos ſuperarunt, & Philiſtæi Sampſonem. Sola Iudith de Holoferne inuito triumphauit. *Numero 24. & ſeq. Iudic. 16. Iudith. 11 & 13.*

Zorobabel coram Dario Rege omniũ rerum fortiſsimam eſſe mulierem varijs argumentis probare ſtudebat, lib. 3. Ezdræ cap. 4. Profectò, Lis eſt cum forma magna pudicitiæ: & mulieris oculus, teſte Comico, ſpiculum eſt iuuenilius. Diabolus enim, authore Lactantio, lib. 6. inſtitutionum diuinarum cap. 23. quia ſcit magnam eſſe cupiditatis vim, (quam neceſsitatem quidam dicere maluerunt) illicita deſideria immittit, ſuggeritq; fomenta, & vitijs pabulum ſubminiſtrat, naturalemque inflammat ardorem, donec irretitos complicatosque decipiat.

V Baſilius

Baſilius Magnus pulchrè & eleganter ediſſerũt, qualiter Deus ex viri caſta procreatam mulierem arctiſsimo amoris vinculo ei conſociarit, vt alter ſexus alterum, tanquam totum ſuam partem, contra totum pars, vehementiſsimè deſideraret. Mulieri verò tanquam infirmiori parti opem ferre volens, eam gratiam induiſerit, vt eleganti forma, tactu, aſpectu, & motu: & dum aſpicit, & dum aſpicitur, voluptatis malagma eſſet maſculo ac ad omnem ſenſus occurſum vndique allabens, violenter attraheret. Et ſicut magnes lapis latentem quandam vim ad ferrum à natura inſitam habet: ita fœminæ corpus arcanã erga maſculum vim nactum, etiam ignorante in ipſo anima, illud ad ſe natura trahat. Vt nulla violentior vehementiorque cupiditas corporis naturæ inſita reperiatur, quam eſt in viris fœminæ, ac in fœminis viri: & vix fieri poſsit, vt alter ſexus, ex congreſſu ac conſuetudine alterius, nõ permoueatur. Ideoque maſculos hortatur, vt ſi ad fœminas fortè perueniant, ignem ſeſe tunc in ſinu geſtare arbitrentur, & repentinos celeresque à primis ardentibus diſceſſus quærãt. Nec ſe ab iſta flãma, ſi diutius adhæſerint, liberos fore confidant, quæ tam multos præſtan-

Proœ. conſtit. monaſt. & c.3

Serm. 2, exer. Et Cyprian l. 1. epiſt. 11. & Balſamon in ca. 47. ſynodi 6. Conſtant.

præſtantes vir..s, præter opinionem incẽderit, vt difficulter ſe extricarent.

Si enim Angelus forma muliebri captos prolapſoſque ſcriptura commemorat, longè id magis inferioribus hominibus pertimeſcendum erit: vt & vir ſuum offendiculum fugiat, mulier ſecuritati ſuæ quantum fieri poteſt, conſulere conetur. Bonum eſſe Paulus Apoſtolus profitetur, homini mulierem non tangere: nec in tactu, authore Hieronymo, periculum deeſſe ſignificans eius rei, quæ tanquam ignis adurit. Ideoque ad virgines ſcribit. Credatis experto: nihil eſt periculoſius viro, quam mulier, & mulieri quam vir: vterque palea, vterque ignis. Dicam audacter: Proh dolor. Dei templa, Spiritus ſancti vaſa, & Deo dicata æ[illegible]icia, niſi diligenti cuſtodia ſeruen[illegible] proſtibula hunt: aufertur tam no[illegible]depoſitum, tam precioſus theſau[illegible], & irrecuperabile Deus caſtitatis, ſi tenui cuiuſuis delectionis ineptæ rimula continuus inſidiator Diabolus intuitum valeat infigere. Et Paulò poſt: *Vox omnis* mulieris ſagitta Diaboli eſt, & è cõtrario: Labia viri venenũ præbent mulieri, ſi nõ ſit aſtuta fallacijs linguæ doloſæ: quam potens Diabolus miſerum vulnerat cor,

1. Corinth. 7.
Hiero. lib. 1. cõtra Iouinia.
Reg. Monach. cap. 8.
Cap. 20.

ſagittas tentationum, cum ardore libidinis. Hę feneſtrę ſunt mortis, quę niſi claudantur, ſtatim mors dira ſubintrat. Inter vos de viro, ſi fieri poteſt, nulla mentio habeatur. Vltra quàm creditur exultat Diabolus, vt in corde virgineo virorum memoria vigeat. Nullum venenum nociuius fœminæ, quam affectio erga virum, quacunque de cauſa procedat. Proh dolor infelix conditio ſexus veſtri. Sanctior mulier vltra quam dici liceat, ſi viro adhæreat, quantumcumque ſpirituali, inſtinctu naturali inclinatur tandem ad nephas, ſi in viro virtus deficiat. Etiam argumenta ſunt Diaboli, & mortis æternæ indicia, *filiationes & maternitates* : quibus vocabulis ſub velamine ſpiritus, inter ſe vtuntur mares & fœminæ. Munuſcula omnia & literulas ſuſpectas, hæc omnia luxuriæ nuncia, vobis interdico ſub anathemate, & æternæ mortis pœna.

Cumque ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis ſcribens, Dauidis, Salomonis, Sampſonis, excellentiſsimorum virorum exempla & ruinam propoſuiſſet, ex hac negligentia ſui, nimiaque erga alterum ſexum audacia & familiaritate prouenire inclamat: quod multæ virgines tunc paſsim laberen-

berentur : aliæ ſterilitatem procurarent, aliæ vbi ſe concepiſſe intelligerent de ſcelere, abortij venena meditarentur, & frequenter ipſæ commortuæ, trium ſcelerum reæ ad inferos emigrarent: homicidæ ſui, Chriſti adulteræ, & necdum nati filij homicidæ. Plurimas quoque iſto tempore virgines extitiſſe queritur : quæ etſi primo nobiles & diuites procos repudiarant, Chriſtum in cænobia ſecutæ: tamen ex hac culpa viliſsimis hominibus ſeſe per ſummam audaciam ſubijcerent. Quod illi aditum ſibi ad eas fraudulenter comparaſſent, de ſcintillis inſitis à natura incendia excitantes, quæ paulatim ad impudentiam excreſcerent, vt non poſſent reſtingui.

Rurſus ad Neopotianum, de vita clericorum, apud Gratianum in c. hoſpitiolum diſt. 32. Hoſpitiolum tuum aut nunquam, aut rarò mulierum pedes terant, quia non poteſt toto corde cum Deo habitare, qui fœminarum acceſsibus copulatur. Fœmina conſcientia pariter ſecum habitâtis exurit. Nunquam de mulierum formis diſputes: fœminæ nomen tuum neſciant: fœminam quam benè videris conuerſantem, mente dilige, non corporali frequentia.

Quare Ruſticum Monachum hortatur:

propter illas fœminas, quæ apud ſororem morabantur.c.legitur,diſtinct.

In religionis primordio ſeueros rigidosq; canones clericis Eccleſia præſcripſit,vti à fœminarũ conſuetudine abſtinerent, Qui apud Gratianum diſtinct.32.& 81.&18.q.2.atq; toto titulo. De cohabitatione clerici & mulieris lib.3.Decretaliũ, alijsq; infinitis locis recitantur. Ancyrana ſynodus c.19. profitetur. Virgines quidē certè,quę cum quibuſdam,tanquam cum fratribus congrediuntur,prohibuimus.

Capella Toloſana quæſtione 449.Monachi,ait,omninò mulieres accedere non debent,nec mulieres Monachorum commatres fieri,18.q.2.ca.peruenit ca.diffinimus cum alijs ſequentibus,&c.nō licet de conſecrat.Diſtinct.4.Nec Monachis cum ſanctimonialibus licet habitare, D.c.diffinimus.Quamuis bona mulier, conſanguinea,vel affinis,vel extranea religioſa diligenda ſit; nimia tamen familiaritas & cohabitatio reprobatur, 18. q. 2. c. perniciosam.Vnde Hieronymus: Si cum viris cohabitent fœminæ,non deerit Vicarius Diaboli , quod probatur cap. Veniens, de eo , qui cognouit conſang. vxoris. §. Deinde.Propter quod periculoſa eſt ſexuum commixtio, vt in cap. Muliere,de Iudic.in 6.Et Hiero.32.diſt.Hoſpitiolum

tuntur. Quiq; minus audacter hoc faciunt, vt ſoli cum ſola, crebro, obſcuris locis, electo tẽpore &c. reperiãtur, adulteros pronunciat Alexander PP. III. Sexus muliebris incautus & mollis eſt, authore Chryſoſtomo, vt diligentiore cura indigeat, quam virilis, in quo maior ratio dominatur. Viri autem animus, vt per oris decorem, vultus elegantiam vocis & inceſſus mollitiem blanditiasque mulierum non commoueatur, fieri vix poſſe arbitratur, niſi continentiæ is auſteritate occalluerit.

Chryſoſt. ho. 44. in Matth.

li. 6. de ſacerdotio. to. 5.

Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores memoriæ prodiderunt; fuiſſe Alexandriæ pulcherrimam virginem, ad quam S. Athanaſium diuina prouidentia diuertere voluerit, vt ab ipſa tam neceſſario tẽpore aletreur, & ſacerdotẽ nemo ibi audere commorari, ſuſpicaretur. Vt prudenter admodum mihi feciſſe videatur, qui cum audiret, Diabolum gloriari, quod illum eſſet in amorem virginis, quæ ipſi miniſtrabat, incitaturus, ſtatim abijciebat, & nunquam ad ſe redire permiſit. Sapienter quoque Pulcheria Theodoſij Imperatoris ſoror, nullos ad palatium ſuum viros admiſiſſe fertur, ſed ſorores tantum, eodem caſtitatis ſtudio inflamma-

Sozom. l. 5. ca. 6. Niceph. lib. 10 cap. 6.

Gregorius magnus lib. 3. dialog. cap. 7. Sozom. l. 9. c. 1. Niceph. lib. 14. cap. 2.

tos ſuſcepiſſe. De pudiciſsima quadam virgine narrat Seuerus Sulpitius, quæ in ipſum quidem S. Martinum, cum ille eam officij cauſſa viſitare vellet, admiſerit: beatuſque vir accepta laudabili excuſatione, receptoque, præter ſuum morem, ab ea Xenio, lætus inde abierit, quod, quam alij gauiſurum putabant, cũ honores cauſſa à tanto viro ſalutaretur, fortiſsimi vincula propoſiti non relaxaſſet.

li. 3. de vita S. Martini.

Alexander Magnus prædicatur, quod Darij Regis victi vxorem ſororemque prælio captam, & exuperanti forma pręditam videre noluerit, perducique ad ſe prohibuerit. Similiter laudi datur Scipioni Africano, quod Carthagine expugnata, tempeſtiuam egregiamque forma virginem captam perductamque ad ſe, patri inuiolatam reddiderit. L. Florus teſtatur, quod captiuos pueros, puellaſque præcipuæ pulchritudinis, ne in conſpectum quidem ſuum adduci voluerit: ne quid de virginitatis integritate delibaſſe vel oculis videretur.

Flor li. 2. c. 6.

De Antiocho ſcriptũ reperitur, quod cum formoſiſsimam dianæ Epheſinæ nympham adamere cœpiſſet: ſtatim Epheſo ſoluerunt. Cyrus Rex, Suſorum regis vxorem captam videre noluit, metuens

Eraſ. Apoph.

tuens

tuens futurum, ne illius forma & amore captus, officium ſuum, patriæq́; ſalutem negligeret, quod amor facilè conciperetur, & tanquã morbus homines vexaret. Quid ergo facerent religioſi viri & fœminæ, qui pudicitiam ſuam Deo ſolenni iuramento conſecrarunt, cum talia Paganos obſeruaſſe cõſtet? Sacra virgo nec ſanguini, nec ætati, nec ſanctitati virorũ nimium confidat. Nam Moab filius Dauid, Thamar ſororem conſtupraſſe legitur. Quo exemplo D. Hieronymus Euſtochium docet, non eſſe virgini de ſanguinis propinquitate confidendum. Aliquæ matres atque ſorores ad nefandum cõcubitũ filios fratreſq́; inuitaſſe reperiuntur. Quare veteres in Paganiſmo Romani, nec pueros cũ matribus, nec cũ ſoceris generos balneo lauare permittebãt. Nouẽ quoq; amorũ puer nutricẽ ſuã impregnaſſe deprehẽſus eſt: & tenellæ virgunculæ nefanda crimina deſignauerũt.

2.Reg.13.

Cicero l. off.

Hieron.ad Fu talem to.4. gloſſ.ca.1.24. q.1.

Spiritualis quoq; patris nimia familiaritas periculo nõ vacat. Vt nõ fruſtra B. Hieron. virgines hortetur, prudẽtiſsimè facturas, ſi cuiuſcunq; viri etiamſi eũ ſanctitas exornet, etſi Ioanni Baptiſtæ ęquaretur, in meritis, faciẽ declinẽt: & ſi fortè neceſsitas vt cũ eo colloquantur, poſtulet: volo faciẽ ſuam, contegant, nec curioſius intueant.

Digitized by Google

Baſilius quoque admonet: Patres diligendos quidem eſſe, verum ordinatè & prudenter tanquam amicos, & miniſtros ſponſi, ne ipſis nimium tribuatur, quo erga ſponſum integritas lædatur. Diligendos ait amicos, verum cum ratione, dilectionis quantitatem metiente.

Gregorius quidam presbyter mulierem quandam pro miniſtra in domum receperat; hoc Baſilius Magnus intelligens; etſi non credebat eum cum illa impudicè viuere: tamen ne alij inde offenderentur, hortabatur eum, vt ab illius conſuetudine abſtineret: & à ſe in Monaſterium virginum, vel alium honeſtũ aliquem locum ſepararet. In hoc, inquiens, ſitum eſt cœlibatus decus & honeſtas, quod ſeparatus ſit à conſuetudine & conſortio mulierum. Eijce eam è domo tua, & ſtatue ipſam in Monaſterio, ſit illa cum virginibus, & viri tibi ſeruiant, ne nomen Dei per vos blaſphemetur.

Nemo in præterita ſanctitate continentiaque confidat: extinctas prunas vicinus ignis accendere nouit, vt feruentius ardeant: multósque ſenes atque anus deliraſſe accepimus. Apud Plautum Bacchis conuiuia ſua detractantem Piſtoclerum aiebat: *Metuis, ne tibi tectus malitiam apud me ſuadeat?* Reſpondet ille.

Huic

Digitized by Google

Huic ætati non conducit mulier, nec latebroſus locus: lepida quidem iſtic memoratu ſunt quæ narras: eadem in vſu, atque vbi periculum facias, aculeata ſunt: animum fodicant, bona diſſimulant, facta & famam ſauciant. Apage à me Apage. Cumque illa inſtaret: Nimium es, reſpondit ille: *Mihi ſum*.

Eunuchi petulantiam erga mulieres declaraſſe reperti ſunt, authore Baſilio, vt & illos virginem cauere oporteat: nec enim maſculinum animum exuerunt.

Phauorinus Philoſophus etſi eunuchus erat, adulterij tamen cauſſam dixiſſe reperitur, vt in Adriano Egnatius obſeruauit. Nec liberius de forma vel natura viri loquatur vel diſſerat virgo, ſi pudica permanere voluerit. Iuxta illud Hieron. Rara de viro mentio habeatur, vt pene virilem ſexum ignorent. Non animal maſculum cænobij limites tranſeat, vt omnis ceſſet occaſio loquendi de moribus. In Neopotiano etiam viris precipit, ne de formis mulierũ diſputẽt. Inde namque Diabolus occaſionem arripit, animos prauis affectibus perturbandi.

De virginit. te.

Regulæ monacharum c. 24.

Longe adhuc maius periculum eſt, in curioſo aſpectu, per quam ſimulachra in

cor

Nice.l.9.c.16 cor hominis transfunduntur, quæ facilimè exardeſcunt. Vt non immeritò *S.* Ephraim, quæ ipſum impudenter & curioſe aſpiciebat, verbis caſtigatam, in terram proſpicere iuberet. Et ſi ea maiorem fœminas virum inſpiciendi, quam viris fœminam intuendi occaſionem habere reſpondebat: quod vir ex terra, mulier ex viro primum eſſet procreata. Verum tam ſancti viri eſt, authore Tertulliano, pudore ſuffundi, ſi virginem viderit, quam ſanctæ virginis, ſi à viro *Tert. lib.1.de cult. fœmit.cap.13.* videatur. Multæ, quod fortuitò viros aſpicerent, captæ nimio eius amore, fuerunt: quid futurum ergo, ſi curioſè intueantur? Si inciderit caſu oculus, non intendat affectus nec enim in videndo crimen eſt, ſed cauendum, ne ſit origo criminis. Vt nō fruſtra Dauid orarit: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatē.*

Thomas Aquinas pluribus verbis de illorum temeritate imprudentiaque diſſerit, qui ſub pietatis & ſolatij prætextu nimis familiariter cum mulieribus conuerſantur. Pio quidem ſtudio & impolluto amore ait conuenire, paulatim verò non iam amplius Angelos & ſpirituales colloqui, ſed intueri inuicem tanquā homines, vt alter alterius præſentiam appetat, ſpecie tamen charitatis. Et quanquam

quam abſque vllo detrimento iſta fieri opinentur, grauiſsimum tamen in animo ipſorum carnalis amoris incendium exoriatur: vt pietas & oratio à Deo ipſo ad alterum deriuetur, atque ab oratione, impellente illos, vbi aberrare cœperint, diabolo, ad impura oſcula, actusque turpes procedant, mirabiles artes excogitãtes, vt ſepiùs cõuenire liceat. Et hac fraude mulieres ad viri alicuius amorem vehementius, propter animi impotentiam, diabolum concitare ſcribit: virginesque ſacras, vti ab iſta perſuaſione abſtineant, hortatur. Nam qui amat periculum, peribit in illo. Eccleſ. cap. 3.

EXTERNVS LABOR, ET PIA honeſtaq; exercitia re[illegible]ioſis pulchre conueniant, & quibus potiſsimum rebus eos occupari deceat.

CAPVT XVIII.

PErnicioſiſsima ſẽper in omni hominũ memoria peſtis, & capitalis pudicitiæ hoſtis iudicatum fuit otiũ. Multã enim malitiam, authore Eccleſiaſtico, docuit homines otioſitas. Nam inter cæteras cauſas, quæ Sodomitas tam impios atque libidinoſos reddiderunt, ab Ezechiele propheta otium recenſetur. Et Rex Dauid cum otioſus forte inambularet, Berſabeę amore, illicito concubitu Eccleſ. 33. Ezech. 16. 2. reg. 16.

bitu exarſit. Hoc priſci poetæ ſapientes admonuerunt.

Quæritur Ægiſtus quare ſit factus adulter.
In promptu cauſſa eſt, deſidioſus erat,
Otia ſi tollas periêre Cupidinis arcus,
Homines nihil agendo malè agere diſcunt:
Nam diuturna quies vitijs alimenta miniſtrat.

Athenienſes & Maſſilienſes otium pro delicto ſupplicijs mactaſſe reperiuntur. Quapropter mulierem fortem & bonam
2. Theſſ 4. ſcriptura ſacra deſcribit: quæ otioſa panem ſuum non comederit, ſed operata
Queſt. 37. conſilio manuum ſuarum, apprehenderit fuſum, linum atque lanam. Et vos electionis Paulus inclamat. Qui non vult operari, nõ manducet. Vnde Baſilius Magnus argumentatur, tam neceſſarium eſſe vnicuique pro viribus opus, quam eſt quotidianus panis, & corporis alimentũ.
Conſtitut. ex ercit. cap. 4. Præſertim cum Deus hominem animal laborioſum, & acutum, & ſagax, atq; mobile procrearit. Homo enim naſcitur ad laborem, ſicut auis ad volatum: Et Dauid beatos pronunciat, & beatiores adhuc futuros, qui de laboribus manuum ſuarum manducant.

Idcirco primi Monachi poſt ardentiſſimas preces honeſti aliquid operis faciebant. S. Antonius nunquam otioſus ipſe

erat

erat, nec rectè aliquē abſq; labore & opere victurum profitebatur. Cumque illum fortè quiſpiam in eremo otioſum obambulare conſpiceret, Chriſtique ſeruos otiari admiraretur: arcū, quē manu gerebat, magis magiſq; intendere præcepit: is hoc, quin frangeretur, non poſſe fieri, reſpondit: *Ad* quæ S. Antonius: ſimiliter, ait, in virtutum & pietatis ſtudio modum neceſſariò eſſe adhibendum. *Volaterranus lib.21.*

Epiphanius author eſt, veteres in Ægypto cæteriſque Prouincijs monachos manibus etiam laboraſſe, ne vel inopiam paterentur, vel carnis rebellionem ſentirent: Hieronymus refert non ſolùm monachos tum laboraſſe, operaque eorum cariùs fuiſſe vendita, quàm aliorum hominum: ſed virgines quoque & viros hortatur ad labores, ac inter conſeruandæ virginitatis remedia laborem refert, quidue potiſsimum elaborare debeant, ediſſerit. A Paula inſtitutas per Monaſteria virgines, nobiles atque plebeias, vbi ex templo ab oratione rediſſent, ſibi, vel alijs veſtes, & indumenta feciſſe ſcribit. Aſella etiam operabatur, inquit, manibus ſuis, ſciens quod ſcriptum eſt: Qui non operatur, non manducet. Facito, ait, ad Ruſticum, aliquid operis, vt diabolus *Hæreſ.78.*

bolus te ſemper occupatum inueniat. Vel fiſcellam texe iunco, vel caniſtrum lentis plecte viminibus, ſarriatur humus, areolæ æquo limite diuidantur. Ama ſcientiã ſcrpturarum, & carnis vitia non amabis. Nec vacet mens tua varijs perturbationibus: quæ ſi pectori inſederint, dominabuntur tui, & te deducent ad delictum maximum.

Et ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis: Habeto lanam ſemper in manibus, vel ſtaminis pollice fila deducito, vel ad torquenda ſubtegmina in alueolis fuſa vertantur: aliarumque neta vel in globum collige, aut texenda compone. Quæ texta ſunt inſpice, quæ errata reprehende, quæ facienda conſtitue. Si tãtis operum varietatibus fueris occupata, nunquam dies tibi longi erunt: ſed quamuis æſtiuis tendantur ſolibus, breues videbuntur, in quibus aliquid operis prætermiſſum eſt. Hæc obſeruans, & te ipſam ſaluabis, & alias, & eris magiſtra ſanctæ conuerſationis, multarumque caſtitatem lucrum tuum facies ſcriptura dicente: *In deſiderijs eſt omnis anima otioſi.* Lætæque formam daturus educandæ filiæ, quam Deo conſecrârat: Diſcat lanam facere, texere colum, ponere in gremio calathum, rotare fuſum, ſtamina

mina pollice ducere. Spernat bombicum telas, ſerum vellera, & aurum in fila lenteſcens. Talia veſtimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus veſtita corpora nudentur.

Rurſus ad virgines: Ne quicquam poſſit otioſum diabolus reperire, ne vanis deſiderijs pateat cordis aditus: altera ſororum libros ſcribat, vt & manus labore, & mens diuino repleatur pabulo: ſunt altera cucullas ſororum, & tunicas, & melotas, altera ſemina iactet, irrigentur areolæ, vt ſeminibus aptæ fiant, inſerantur fructiferæ arbores infructuoſis, vt ars vim repellat naturæ. Sed cauendum eſt, ne manus veſtræ quicquam cõtingere audeant, quod vanis vſibus poſſit aptari, Quæ vltima ſancti viri admonitio illis virginibus diligenter obſeruanda eſt. quæ tam vana, tamque curioſa elaborant, vnde ipſæ ad inhoneſta prouocentur, & alijs ſcelerum occaſionem præbeant. Ea denique parant, quæ ne laicas quidem efficere æquum eſt. Sicut Baſilius ea religioſos texere prohibet, quę ad retia & venationẽ excogitãtur: ſed quæ hominibus neceſſaria ſunt elaborare iubet. Qui etiã præcipit, vt diſcãt ſinguli, dediſcantq; artẽ, pro volũtate

Regula monachorum ca. 38.

Quæſt. 38. fuſa

Superioris & Monaſterij. Iubetque omnes per vices operas publicas ſubire, ne vno laborante, alter acquieſcat: vel ex vna officina quis in aliam propria authoritate, abſque Concilio Superioris emigret, niſi ea ſit neceſsitas, vt alterum adiuuare cogatur.

Serm.6.

Queſt.39.fuſa Docet quoq; eos qualiter operas ſuas vendere debeant: vt bini ſemper proficiſcantur, ſolatij, cuſtodiæ, orationiſque cauſſa: nec tam maioris lucri, quàm melioris ciuitatis rationem habeant, vbi ea diſtrahantur. Expedire namq; ait, aliquid de lucro, quàm de pietate amittere.

Queſt.38.fuſa Eas deniq; artes tractari à religioſis vult, propter quas non ſit neceſſe cum ſecularibus hominibus multum conuerſari, quarum materia facilè haberi, nec operæ difficulter vendi poſſunt, & ad vſus hominum neceſſariæ ſunt, non voluptati ſeruiunt.

Et alibi: Operari ait pietatis operatorem conuenit opera decentia, quæ ab omni arte cauponaria, & longioribus diſtractionibus, & turpi lucro aliena ſunt, quæ ſub tecto manentibus nobis, vt plurimum perfici poſſunt: vt & opus compleatur, & quies ſeruetur.

Queſt.37.fuſa Nec tamẽ vult propter laborẽ orationes publicas negligi debere nec propter ora-

orationes opera prætermitti: quoniam *1. Theſſ. 5.*
ex eodẽ Apoſtoli ore profectũ eſt, operandum, & indeſinenter orandum eſſe. Præcipuum religioſi munus in orando conſiſtit: *Mane, Deo* gratijs actis, & peracta publica oratione, precentur *Deum*, vt fortitudinem, agilitatemque manuum ac corporis largiatur, futurumque opus diuino fauore proſequi velit, vt ad animi ac corporis ſalutem proueniat. Et ſic tandem in Dei nomine ad opus accedant: certis horis iterum oraturi: & inter laborandum orent. Interrogatus aliquando, vtrum propter orationes Cellarij, Coci, cæterique magiſtratus, operas publicas intermittere tenerentur, reſpondit: Niſi publicis ac neceſſarijs rebus præpedirentur, ad orandum teneri: alioqui hoc eos facere iubet, quod Paulus præcipit: Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris. Cùm ex iſtorum officiorum neglectu, tota fraternitas ingens detrimentum caperet. *Quæſt. 147. compend.* *Epheſ. 5.*

Auguſtinus refert primos monachos manibus laboraſſe ea, quibus & corpus paſcerent, & mens non impediretur: virgines autem lanificio operam dediſſe, ac fratribus veſtes paraſſe, ab his, quæ & ipſæ indigebant recepiſſe. *De moribus eccleſ. c. 31. & in Pſal. 99.*

Ioannes quoque Chryſoſtomus nar-

rat, quod manè poſt orationes quiſque ad opus ſuũ acceſſerit: alij libris ſcribẽdis, alij operibus ruſticis, pro natura & ingenio ſuo occupati. Et libro ſexto de ſacerdotio ſcribit, quòd veſtes confecerint, omniaq; opera peregerint.

Lib. 1. de vita Martini. Sancti Martini ſectatores in Gallia libris ſcribendis operam dabant, authore Sulpitio. S. Hilarion ligna in vrbem portabat, vt inde victum quæreret. *Sozo. l. 5. c. 10.* Moſes quidã, vt rebellantem carnẽ ſpiritui ſubijceret, & veteris voluptatis, antiquorũq; vitiorũ memoriã extingueret, admirabiliter corpus laboribus maceraſſe legitur. *Sozo. l. 6. c. 29*

Sozo. l. 9. c. 3. Nice. li. 11. ca. 4. Theodoſij Imperatoris ſorores, & monachæ textura, ac ſimilibus operibus otium à ſe propulſabant. Serapion cum ſuis æſtate ſegetes demetendo, alijſque anni temporibus aliud agendo, vitam propagabat. Omnes deniq; religioſi viri & fœminæ ad honeſta exercitia regulis ſuis inuitantur.

Diſcipl. clauſtralis l. 5. c. 1. Thomas Kempis: Tria, inquit, ſunt omni religioſo neceſſaria, ſine quibus nõ poteſt diu ſtare in bona vita: oratio, lectio, & operatio. In iſtis omni die ſe exercere debet, & ſemper in aliquo horum operari.

Ioannes Trithemius veterum exemplo ad labores hortatur, qui neminem reci-

recipiebant, niſi laboraret: non tã propter neceſsitatem, quàm in otioſi prauis cupiditatibus excruciarentur. Ac tunc demum veterem integritatem corruiſſe deplorat, quando monachi diuites facti, laborare deſierint.

Concilium Mediolanenſe decreuit, vt habeantur certæ laborum magiſtræ, quæ ad rotam accipiant, quod elaborandum erit, ſingulisque diſtribuant. Si qua à propinquis prętcrea quicquam acceperit, ſingulis vicibus, diſciplinæ nomine ſibi flagella adhibeat eo loco, quo laboribus exercentur. Feſtis diebus tempus, quod à diuinis officijs & conſuetis orationibus ſuperfuerit, ſacra lectione conſumant, qua ad cognitionem Dei, & virtutum ſtudia inflammentur. *parte 3. n. de prefectis.* *Cap. de diuin. offic.*

Concilium Mechlinienſe ſanciuit, vt ſimul orent, ſimul quoque laborent. Omnia tamen iſta moderatè fiant: ne omnes ſimul corporis vires exhauriantur, & ad ſeruiendum Deo inutile reddatur. Nam ſi homini bonũ foret, corpus infirmũ & inutile habere, profectò Deus tale ab initio creaſſet. Remedij loco adhibetur labor, non ruinæ: vt corpus ad orationes, Deiq; cultũ vegetiùs & promtius reddatur, non vt opprimatur & pereat. Rectè enim dixit Cicero libro 1. *De regular. cap. 6.*

Officiorum: Ita exercendum corpus eſt, vt obedire cõſilio rationis poſsit, in exequendis negotijs, & in labore tolerando. Quæ verò publicis laboribus non exercentur, nec (quòd diuites & opulẽtę ſint) laborare volunt: ſibi dictum putẽt, quod olim ad Demetriadẽ, nobiliſsimã virginem ſcripſit Hieronymus: Nec idcircò tibi ab opere ceſſãdum eſt, quia, Deo propitio, nulla re indiges: ſed ideò cũ omnibus laborandum eſt, vt per occaſionem operis nihil aliud cogites, niſi quod ad Domini pertinet ſeruitutem.

In regula quoque Monachorum & ad Ruſticum ait: Aegyptiorum Monaſteria hunc morem tenent, vt nullum abſque labore atque opere ſuſcipiant: non tam propter victus neceſsitatem, quàm propter animę ſalutem, ne vagetur pernicioſis cogitationibus mens. Sacrum Romanum Imperium in Comitijs Auguſtanis mandauit, ne rebus prof[illegible]s operam darent, ſed tempore, quod à diuinis, & orationibus reliquum eſt, ſemper pij & honeſti aliquid agãt, vt eos ſemper inueniat Diabolus occupatos.

Eccl. ſ. 33. Seruo maleuolo torturam & compedes adhibere, conſulit Eccleſiaſticus: Ergo torqueatur potiùs labore corpus, quã animam ipſum diſcrutiet. Eſt namque otium

tiũ omnium malorum & turpitudinum magiſter:& otioſus, beneque paſtus Homo, certiſsimum Diaboli puluinar.

S. Hieronymus Nepotiano, & Ruſtico atq; Demetriadi conſulit, vt Scripturam ſacram legere, ediſcere & meditari ſtudeant:ita futurum,vt à carnis vitijs nõ ſuperentur. Pulchrum eſt Chryſoſtomi de priſcis Monachis teſtimonium: Nec canentes tantùm & orantes, verùm & libris ſcribendis affixi, iucundum ſunt videntibus ſpectaculum. Cùm enim chorũ diſſoluerint:hic quidem Eſaiam ſumens, cum illo loquitur, hic autem cum Apoſtolis conuerſatur, alius ab alijs elaborata percurrit, & de hoc vniuerſo philoſophatur, de Deo, de viſibilibus,de intelligibilibus, de vitæ præſentis vtilitate, de futurorum beatitudine : & apes imitantes, ſanctorum voluminum fauos circũuolant,magnam hinc decerpentes voluptatem. D. Hieronymus inter cætera,quæ ad filiam ſuam Deo conſecratam Læta doceret,præſcribit literarum Græcarum Latinarumque ſcientiam. *Homil.56. ad Antioch.*

Baſilius vtiliſsimum fore profitetur,ſi precibus lectio, lectioni preces ſuccedãt: quod ſcriptura ſacra diuiniſsimę pulcherrimæque res, & ſanctorum virorum exempla, & res geſtæ comprehendantur,

quæ frequenter meditari & imitari expediat. Ad Chilonem verò ſcribens: Ne, inquit, lectiones negligas, maximè noui teſtamenti, propterea, quòd ex veteri teſtamento ſæpè detrimentum accidat; non quòd ſcripta ſint noxia, ſed quia eorum qui læduntur mens infirma eſt. Reprobatos denique & apocryphos libros diligentiſsimè cauendos probat.

Epiſtola 181.

Serm.3.exercit.

Nice.l.11.ca.43.

Quidam doctus vir admirabatur, quòd S. Antonius carere poſſet ea conſolatione, quæ ex libris percipitur. Multi ab animi morbis per lectionẽ ſcripturæ ſacræ liberati fuerunt. Vt de ſe B. Auguſtinus profitetur, quem lectio epiſtolę ad Romanos in alium virum mutarit.

Sermo enim Dei viuus eſt, & efficax, & penetrabilior gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis. In ſcriptura ſacra præſens contra omnia vitia remedium inueniri declarat Chryſoſtomus. Vt hæc demum Philoſophia ſit, quam M. Cicero animi medicinam, indagatricem virtutis, expultricemque vitiorum, & vitæ ducem appellat. Cuius tanta, authore La-

[illegible].4.

Lactantio, vis eſt, vt in hominis pectus infuſa, matrem delictorum ſtultitiam vno ſimul impetu expellat: homines caſtos, ſobrios, continentes, liberales & bonos, ex impuris, ebrioſis, crudelibus, auaris reddat.

Quibuſdam tamen ſacrarum literarum lectionem periculoſam & noxiam fuiſſe aiunt, quòd impuro & carnali animo ad eas accederent, nec rectè in ijs verſarentur. Multa enim ibi narrantur, quæ non imitari homines, ſed cauere debeant: quo ex genere eſt Noachi ebrietas, Loth cum duabus filijs inceſtus, Ammon ſororis oppreſsio, Dauidis adulterium, Sampſonis ſcortatio & homicidia. *Geneſ. 9. 19.* Haud pauci quoque in grauiſſimos errores prolapſi fuerunt, quòd *2. Reg. 13. 11.* pro ſuo ingenio ſcripturam audacter interpretarentur, & non potius Eccleſiam *Iudic. 16.* catholicam auſcultarent, atque dubijs in rebus doctos viros conſulerent. Peſtilentiſsimis libris hæretici egregias inſcriptiones nunc excogitant, aut ſancti Patris alicuius nomen proponunt, vt ſub melle venenoſiſsimum fel, & ſub pelle ouina crudeliſsimum lupum imperitioribus obtrudant. Diligẽs & accurata ergo hic ratio habeatur. Vnus nam-

namque pernicioſus liber totam ſodalitatem perturbabit.

Cantus Eccle.
Auguſt. ep. 119. cap. 18.

Inter honeſta virginum exercitia, cantus Eccleſiaſticus refertur, qui, authore Auguſtino, feſſos triſteſque animos recreat, ad pietatem accēdit, & à vitijs auertit.

Auguſt. li. 9. Confeſſ. cap. 6. & 7.

Quando Iuſtina Arriana Valentiniani Imperatoris mater, D. Ambroſium Mediolani Epiſcopum perſequebatur, tunc vt hymni & pſalmi canerentur iuxta morem Orientalium Eccleſiarum, ne populus mœroris tędio contabeſceret, inſtitutum fuit: quod omnes paulatim Eccleſiæ imitabantur. Quantum tunc, inquit Auguſtinus, Ambroſij diſcipulus, fleui in hymnis & canticis, ſuaue ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illę influebant auribus meis, & eliquebatur veritas tua ad cor meum, & ex ea æſtuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis. Vtile mihi apparet, iſtum canendi morem & retinere vbi hactenus fuit, & vbi cantatum adhuc non eſt, inſtitui. Docendi verò moniales cantus gratia cœnobij ſepta introire nec mari nec fœminæ Concilium Mediolanenſe permittit: verùm ſi quam fortè cantum, vel organis ſonandi artem diſcere oporteat, id præſen-

Parte 3. ca. de clauſura.

Digitized by Google

præſentibus ſermonum magiſtris, ad collocutionis feneſtram fiat.

Si ad illum modum orationibus, lectionibusque ſacris operam dederint, opulentorum Monaſteriorum Monachi & virgines, minimè otioſi erunt, nec Reipublicæ Chriſtianæ inutiles. Quòd enim religioſi plus quandoque orationibus profuerint, quàm alij opere ac manu, alibi à me eſt ex profeſſo demonſtratum. Et Nicolaus 4. in ca. 3. de verborum ſignificatione li. 6. Decretalium probat.

Tho. 2.2.q. 187. & quod l. 7. art. 17. & 18

DE SILENTIO.

CAPVT XIX.

MVltum ad præcauendum peccata, ad retinendam pacem, atque charitatem in cœnobijs, prodeſt taciturnitas & ſilentium: incredibilemque in diuinarum & humanarum rerum contemplatione & ſtudio vtilitatem adfert. Idcirco Dauid *Pſalmo* 140. Deum orat: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis. Vir enim linguoſus, vt Pſalm. 139. affirmat, non dirigetur in terra.

*S*imiliter prudentiſsimus Salomon, Prouerbiorum 13. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam: qui autem incon-

inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. Et cap. 17. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt, & precioſi ſpiritus vir eruditus. Stultus quoque ſi tacuerit, ſapiens reputabitur, & ſi compreſſerit labia ſua, intelligens. Et cap. 18. Mors & vita in manibus linguæ. Os ſtulti contritio eius, & labia ipſius ruina animæ eius. Rurſus cap. 25. Sicut vrbs patens, & abſque murorum ambitu, ita vir, qui non poteſt cohibere in loquendo ſpiritum ſuum. Capite verò 10. In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia ſua, prudentiſsimus eſt. Eccleſiaſtes capite 3. obſeruandum monet, tempus loquendi, & tempus tacendi. Et cap. 5. Ne temerè quid loquaris, & pauci ſint ſermones tui.

Eccleſiaſticus cap. 22. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam in ipſis, & lingua mea perdat me? Capite enim 25. beatũ appellat, qui nõ labitur lingua. Iterũ c. 28. Flagelli plaga liuorẽ facit: plaga autem linguæ comminuet oſſa. Multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic, quaſi qui interierunt per linguam ſuam. Beatus, qui tectus eſt à lingua nequam, qui in iracundia illius non tranſiuit, & qui

qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non eſt ligatus. Iugum enim illius iugum ferreum eſt, & vinculum illius, viinculum æreum: mors illius mors nequiſsima, & vtilis potius infernus, quàm illa. Et breuiter capite 9. Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus, & temerarius in verbo ſuo, odibilis erit.

Quin imò, cultus iuſtitiæ eſt ſilentium, Eſaiæ 32. *Chriſtus Ieſus* admonuit apud Matthæum cap. 5. Sit ſermo veſter: eſt, eſt, non, non. Et c. 12. quòd de omni verbo otioſo rationem reddituri ſint homines in die iudicij.

Iacobus Apoſtolus hortatur, cap. 1. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum. Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Et capite 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir, potens etiam freno circumducere totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus, ad conſentiendum nobis, omne corpus illorum circumferimus: & ecce, naues cùm magnæ ſint, & à ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit: ita & lin-

lingua modicum quidē membrum eſt, & magna exaltat: Ecce quantus ignis, quàm magnam ſyluam incendit: & lingua ignis eſt vniuerſitas iniquitatis: maculat totum corpus inquietum malum, plena veneno mortifero.

Similiter Petrus 1. epiſt. cap. 3. Qui vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum.

Huc pertinet Philoſophi cuiuſdam reſponſum: linguam & optimum eſſe membrum, & contra peſsimum. Charillus interroganti: Cur tam paucas Lycurgus Lacedæmonijs leges tulerit, reſpondit; Pauca loquentibus, paucis legibus opus eſt. Simonides apud Plutarchū aiebat: Nunquam me pœnituit tacuiſſe, quod locutus ſim ſępè. Magna eſt ſapiētia tempeſtiuum ſilentium, & omni certè ſermone præſtātius. Xenocrates loquaci cuidam. Audi, inquit, melius: os vnum à natura, aures duas accepimus: auribus frequētius, quàm lingua vtaris. Nihil æquè proderit, quàm minimum cum alijs loqui, plurimum ſecum: libentius audire, quàm loqui. Tacere qui neſcit, loqui neſcit. Taciturnitas ſtulto pro ſapientia eſt. Nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum. Seneca, Pythagoras, Italicæ Philoſo-

loſophię princeps, neminem in ſuam diſciplinam recepit, quem non certùm tẽpus tacere iuberet: nec minus quiſquam tacuit, quam biennium, vt author eſt Aulus Gellius, lib. 1. Noctium Atticarum cap. 9. Id verò Pythagoras à Dauide deprompſit. B. enim Ambroſius ſermone 2. in Pſalm. 118. Puto, inquit, Pithagoram, imitatorem iuuenis huius Prophetici, inſtituiſſe ſectam, vt diſcipuli quinquennio non loquentes, tanto ſilentio loqui diſcerent: cùm præſertim Dauid ſuperioris ætatis quam Pythagoram fuiſſe non dubium ſit: qui ait: Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: poſui ori meo cuſtodiam. Epictetus Enchridij capite 38. Philoſophiæ ſtudioſis præcepit: Statue tibi ipſi formam quandam ac regulam, quam deinceps ſerues, & cùm tecum ipſe es, & cùm in homines incidis. Silentium ſit plurimum, loquere neceſſaria & paucis, & rarò: aut quandoque cùm te ad aliquid dicendum tempus vocat, dic quidem, ſed non de quauis re, non de gladiatorum pugna, nõ de curſu equorum, non de athletis, nõ de epulis vel poculis ſingulatim, maximè verò omnium non de hominibus vituperans, aut laudans, aut cum cæteris iudicans. Si igitur poſsis, demuta eorum ſermones qui tecũ

ſint, in id quod deceat. Quòd ſi te inter extraneos deprehenſum videas, tace. Fabius Quintilianus libro 10. Oratoriarum inſtitutionum cap. 3. miris modis ſilentium eloquentiæ ſtudioſis conuenire probat.

lib. 1. polit. cap. ſui.

Peripateticæ familiæ princeps Ariſtoteles ex Poeta quodam refert: Quòd ſilentium adferat mulieri decus, virum tamen non ſemper exornet. Dummodò norit eſſe tempus quando & quid loqui conueniat. Eſt enim, teſte ſcriptura, tempus tacendi, eſt tempus loquendi. Vtrobique modus & prudentia adhibeatur. Quæ cùm veteres quidam egregij & pij viri perſpicerent, egregia & liberrima voluntate ſibi ipſis ſilentium indixerunt, & alijs vt idem facerent authores fuêre: & paulatim pro lege obſeruari cœpit, vt certis temporibus, certiſque diei horis tacerent.

Eccleſ. 3. & 5.

Baſilius Magnus quæſtione 13. fusè explicata, vtiliſsimum ait religioſis ſilentium exiſtere, vt & priorum ſermonum, quibus extra cœnobium aſſueuerant, obliuiſcantur, & meliora atque vtiliora per ſilentium diſcant. Omnes denique religioſos hortatur, vt niſi aut propria neceſsitas poſtulet, aut ab alijs interrogati reſpondere cogantur,

Idem Baſilius Conſtitutionis exercit. ca. 8.

tur, ſilentium extra pſalmodiam obſeruent.

B. Ambroſius libro tertio de virginibus: Maxima eſt, inquit, virtus tacendi, præſertim in Eccleſia. Deſiderari amat Chriſtus, confabulationes non amat. Si Euæ clauſa fuiſſet ianua, nec Adam deceptus fuiſſet, nec reſpondiſſet ad interrogata ſerpenti. Introiuit mors per feneſtram, hoc eſt, per Euæ oſtium. Ingreditur mors per oſtium tuum, ſi falſum loquaris, ſi turpiter, ſi procaciter, poſtremò, ſi vbi non oportet loquaris. Clauſæ ſint igitur fores labiorum tuorum, & obſeratum maneat vocis veſtibulum, tunc fortaſſe referādum cùm audieris Dei vocem, cùm audiens Dei verbum. Et in exhortatione ad virgines: Cuſtodi virgo vias tuas, vt non delinquas in lingua tua: & bona loqui plerumque eſt crimen virginis: bonus eſt pudor, quem commendant ſilentia. Et inſtitutionis virginis capite 1. Non mediocris virtus eſt tacere: virginitatis dos quædam eſt verecundia, quæ commendatur ſilentio.

D. Hieronymus ad Furiam de viduitate ſeruanda: Maledicam linguam in-

dictum emendat ſilentium. Et regulæ Monachorum capite 22. Sancti patres in eremo ſumma cum diligentia obſeruant ſancta ſilentia: tanquam ſanctæ contemplationis cauſſam. Plures me reperiſſe nõ ambigo, qui per ſeptênium nullum prorſus verbum homini alteri emiſerant, ſcientes quod nõ in commotione Dominus poteſt haberi. Certaque ibi virginibus tacendi tempora & loca præſcribit. Et capite 23. Nequaquam Iacobus Apoſtolus experientiam poneret religionis in refrenatione linguæ, niſi certo ſciret indicio, quòd mors & vita eſt in manibus linguæ. In refrenatione linguæ beatitudo ponitur, vt detur intelligi, quod in multiloquio Deus, qui eſt beatitudo noſtra, haberi & contemplari non poteſt.

Innocentius III. ad Abbatem & Conuentum Sublaceum reſcripſit: In oratorio, refectorio, & dormitorio continuum ſemper ſilentium obſeruetur: in clauſtro quoque certis horis & locis, ſecundum antiquam conſuetudinem.

Ioannes etiam Chryſoſtomus homilia 59. ad Antiochenos, de Monachorum quiete atque ſilentio diſſerit.

Thomas Kempis, religionis cuſtodem vocat ſilentium, quod omnes ſancti

&ti Patres commendarint, obſeruarintque.

Sozomenus liber 6. *Hiſtoriæ* Eccleſiaſticæ, cap. 28. & Nicephorus lib. 11. cap. 34. ſcriptum reliquerunt, Theonam triginta annos ſilentium tenuiſſe. Et admiranda quæque de veterum Monachorum atque virginum ſilentio, memoria prodiderunt, Quod non modò oculos, aures, mentem,ſed linguàm quoque caſtam & puram retinere ſtuduerint. Quo tempore ſibi dictum putabant, illud Iob. ca.21.Superponite digitum ori veſtro.Et hoc Eccleſiaſtici: Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus.

Secundus quidam Philoſophus, quod ex ſuo inconſiderato ſermone matrem obijſſe cognorat, ſpontaneum ſibi ſilentium indixit: quod adcò conſtanter vſq; ad mortem conſeruauit, vt minatam ſibi ab Adriano Imperatore mortem, ni loqueretur,intrepidus contemneret.Chronica Martiniana.

Quando autem loqui permittitur, prudentes, & modicos, & circumſpectos eſſe oportet: vt vera, honeſta, vtilia, ſancta loquantur, quæ ad Dei præpotentis gloriam,ad pacem,& ſalutem aliorum pertineant. Baſilius Magnus epi-

ſtola prima ad Nazianzenum, & in libro de virginitate, & Ambroſius lib. 1. Officiorum cap. 4. docent, diligenter priùs conſiderandum : quid, cum quo, quomodo, & quando loquantur. Noli citatus eſſe in lingua tua, inquit Eccleſiaſticus cap. 4. Et capite 5. Honor & gloria in ſermone ſenſati, lingua verò imprudentis eſt ſubuerſio ipſius. Quapropter Dauid Pſalmo 33. Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Libri 1. Regum capite 3. prædicatur Samuel, quòd non ceciderit ex omnibus verbis eius in terram. Et Paulus ad Epheſios cap. 4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationē fidei, vt det gratiam audientibus. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia, tollatur à vobis, cum omni malitia. Et capite 5. Non nominetur in vobis turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem nō pertinet, ſed magis gratiarum actio. Et ad Colloſenſes 4. Sit ſermo veſter ſale conditus.

Vide ea. quæ 2.2. q. 5.

In primis autem religioſis curandum eſt, quod prohibuit Moſes Leuitici 19. Nō eris criminator, nec ſuſurro in populo. Et quod Sapientiæ cap. 1. docetur: Cuſtodite vos à murmuratione, & à detractione parci-

parcite linguæ. Os quod mentitur occidit animam. Et Eccleſiaſtici 28. Suſurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes.

Aliorum vitia & defectus minimè traducendi ſunt. Vnde Hieronymus ad Neopotianum de vita Clericorum: Ne detrahas ipſe alijs, nec audias alios detrahentes. Et ad Ruſticum Monachum ſcribens ait, hoc non eſſe peccantes corrigere, ſed alios, quibus vitia narrantur, lædere. Idem virginibus, regulæ Monacharum cap. 22. præſcribit, vt nec detrahant ipſæ alicui, & hoc facientes velut ſerpentem fugiant, vt confundantur & reſipiſcant.

Baſilius quoque Magnus Sermone 6. exercitatorio: Non oportet contra fratrem abſentem dicere ſcopo calumniandi, quod eſt detractio, etiamſi verum fuerit quod dicitur: ſed oportet fratri detrahentem auerſari.

Quæſtione 26. compendioſa vtrumque excommunicatione dignum eſſe aſſeuerat: qui detrahit alteri, & qui audit. Quæſtione verò 229. ad Præfectos dicit vitia referenda, qui ſanare poſsint: ſicut corporis morbi non omnibus promiſcuè, ſed medicis ad curandum explicantur.

Digitized by Google

... cibum capere: vt quas obiurgatio non correxerat, emendaret pudor.

Et ſacri canones grauiter in rixoſos, & murmuratores, in eos qui ſcurrilia & turpia loquuntur, animaduertendum eſſe ſanxerunt. Qui detrahunt fratribus, pro homicidis reputantur: canone, Homicidiorum de pœnitent. diſt. 1. cap. Ex merito, c. ſumma, 16. q. 1. *Diſtinct. 46. 90. 6. q. 1.*

Hinc Dauid Pſal. 56. Filij hominum, dentes eorum arma & ſagittæ, lingua eorum gladius acutus. Et Pſal. 58. Gladius in labijs eorum, &c.

Scitum eſt illud Ambroſij lib. 1. Officiorum, cap. 3. Quid igitur, mutos nos eſſe oportet? Minimè: eſt enim tempus tacendi, & eſt tempus loquendi. Deindè, ſi pro otioſo verbo reddemus rationem, videamus, ne & reddamus pro otioſo ſilentio. Nam Thomas Kempis in libro de ſilentio: Sic, ait, ama ſilentium, vt fratri indigenti non deneges verbum: &, ſi res poſtulauerit, liberè conferas cum amico, eiuſque vtaris conſilio. Cauendum eſt, ne rigidè & indiſcretè quis taceat, præcipuè is, qui cum alijs in congregatione viuit. *Silẽtium quãdoq; dãnatur.*

Quicunque ſoli viuunt, ijs perpetuum ſilentium ſeruare permittit, ſed qui cum alijs in cœnobio verſantur, illos vult in

tempore tacere, & loqui. Manè & veſperi, atque in primis ſub noctem, colloquia damnat, niſi aliter neceſsitas requirat.

Nicolaus Boerius in tractatu de Eremitis, parum ait prodeſſe ſilentium vocis, niſi adſit quoque tranquillitas mentis, & amor fratrum. Porrò, Baſilius Magnus ſermone 4. & 5. exercitatorio, & quæſtione 45. fusè explicata imperat, vt, ſi peregrinis atque hoſpitibus fortè aliqua de re reſpondendum fuerit: ſolus præfectus, præfectaue reſpondeat. Conſtituatur etiam de reliquorum conſilio, aliquis, qui abſente Præfecto id exequatur, ne ſimul ad dicendum proſiliant, cùm exiguum peccatum, maximum hic detrimentum adferat. Nemo etiam quantumuis prudentior facundiorque hoc ſibi temerè vſurpet, verùm ſi quid melius ipſi in mentem venerit, ſuggerat ſermonis magiſtris: quod benè & eleganter reſpondere, ſed non ex officio corrupti ordinis, & elatæ mentis pœnam habeat. Hoc tempore multis in locis ſermonum magiſtræ habentur. Ioannes Chryſoſtomus homilia 15. ad Antiochenos teſtatur, quòd propter vnum verbum, inconſideratè prolatum, tota domus, vniuerſaque vrbs quandoque interierit.

fierit. Vt religioſis diligentiſsimè proſpiciendum ſit, quid coram hoſpitibus atque amicis loquantur. Ne hi contra religioſos vſurpent Hieremiæ querelam, cap. 8. Attendi & auſcultaui, nemo quod bonum eſt, loquitur. Vel hoc Dauidis Pſal. 11. Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum. Aut illud Ioannis epiſt. 1. ca. 4. Ipſi de mundo ſunt, ideò de mundo loquuntur.

Quia enim Chriſtus apud Matthæum profitetur, capite 12. Ex abundantia cordis os loquitur; certè qui vana & inepta, & ridicula, ne dicam turpia, loquuntur: magnam de ſe malè ſuſpicandi occaſionem præbent.

Semper igitur illis ob oculos verſetur aureum Eccleſiaſtici præceptum cap. 28. Ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos: & attende, ne fortè labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.

Quoties loquendum erit, & locum & tempus ſermonis, & perſonas apud quas verba facturi ſunt, & res de quibus dicendum eſt, & ſuam dignitatem, cõſiderent. Et tempore ſilentij diſcant, quę ſu-

tom.

animam introitus eſt. Non poteſt autem Metropolis & arx mentis capi, niſi per portas eius irruerit hoſtilis exercitus. Et Euſtochio virginitatis cuſtodiam præſcripturus, hortatur, vt cogitationes citò exſcindat, nec creſcere patiatur ſed, allidat ad petram, id eſt, Chriſtum: quod alioqui, & mente pereat virginitas.

Prauas verò cogitationes tunc potiſſimum homines adoriri & inuadere ſcribit Baſilius, partim in libro de virginitate, partim Conſtitutionum, exercitatoriarum, cap. 2. & 17. & quęſtione 22. & 30. compendioſ., quando bonis atque ſalubribus vacui ſunt: docetque malis minimè obtemperandum, ſed per bonas, fortiter expellendas eſſe.

Quæſtione 26. fusè explicata exiſtimat profuturum ſi malæ cogitationes Præfectò, vel prudentia & fidelitate claris fratribus ſororibuſue reuelentur. Conſtitutionum Monaſticarum cap. 17. optimum arbitratur contra tentationes remedium eſſe, ardentem orationem. Quam Ioannes Trithemius, homilia 8. & 24. ad nouitios, ait, diabolum velut lapides odiſſe, & prauas cogitationes ab oratione, tanquam ceram à facie ignis, diffluere.

Si fortè obrepant vehementius, & per diabo-

Digitized by Google

bas, homilia 8. ad Nouitios ſcribit: *Si cogitatio turpis animo tuo per Dęmones immiſſa fuerit, impreſſo fronti ſigno crucis, dicito: Salua me Ieſu Chriſte, mediator Dei & hominum, & cunctam à me hoſtis antiqui depelle nequitiam, per tuã innocentiſsimam paſsionem. Quæ oratio vbi cum feruore mentis prolata fuerit, ſtatim omnis iniquitatis machinatio recedit.*

DE BALNEIS.

CAPVT XXI.

VTrum balnea & ablutiones nudorũ corporum ſacris hominibus permittẽdæ ſint, variæ apud orthodoxos Patres ſententiæ extant. Quos equidẽ, præcipua caſtitatis & pudicitię conſeruanda remedia perſcripturus, breuiter indicanda putaui.

Andream Apoſtolum balneum ſibi præparari curaſſe, narrat Abdias Babylonius, l. *3.* hiſtoriæ Apoſtolicæ. Euſebius l. *3.* cap. *28.* & Nicephorus lib. 3. ca. *14.* hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptum reliquerunt: Quòd Ioannes Apoſtolus balneum publicum lauandi gratia fuerit ingreſſus: ſed cùm ibi Cerinthum hæreticum lauare, vel (vt Nicephorus ait) eò venturũ cognoſceret, ſtatim inde receſſerit: *Fugiamus, inquiẽs, ne balneũ cõcidat, in quo*

veri-

poſſe. Si enim vigilijs & ieiunijs macerat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit, ſi flammā libidinis, &inctiēua feruentis ætatis extinguere cupit, continētię frigore, ſi appetitis ſordibus turpare feſtinat naturalem pulchritudinem: cur è contrario balnearum fomentis ſopitos ignes ſuſcitat? Iterum ad Saluinam, de ſeruanda viduitate. Balnearum calor nouum adoleſcentulę ſanguinem non incendat. Rurſus in regula monacharum, cap. 40. Balnearum mollitiem, caro ſponſæ Dei non ſuſcipiat: harum vſus caſtis corporibus non competit. Satis nos ipſi experti quotidie, quantis in membris noſtris libidinis ignis exurat ſentimus, etiamſi ignis fomenta auferantur pro poſſe. Nimis eſt demens & fatuus, qui materiam præparans igni adincendium, non vult vt ardeat.

Sed iſta vel de promiſcuis virorum & mulierum balneis inuerecundis atque impudicis turpibuſque, vel de nimis crebris, aut n[illegible]cturnis, immoderatiſué, & voluptatis cauſſa ſuſceptis balneis intelligenda ſunt. Nam habuiſſe olim viros balnea cum mulieribus communia ex concilio Laodicenſi perſpicitur: quod recitat Gratianus diſtinct. 81. c. Non oportet.

Promiſcua & laſciua nimiúque crebra balnea vituperantur.

Nam ipſe Hieronymus ad Lætam, de inſtitutione filiæ, ſcribens, puellis ante robuſtam ætatem, ſi neceſsitas poſtularit, balneas adire permittit. Et regulæ monacharum cap. 40. valetudinis & neceſsitatis cauſſa, ſeruato omnis pudicitię honore, & modeſtia balneare concedit. Et in epitaphio Paulæ, ad Euſtochium, narrat: Paulam, quando ipſius valetudo poſtulabat, balnea fuiſſe ingreſſam. D. Cyprianus in tractatu de habitu virginum, quemadmodum promiſcua balnea virorum & mulierum reprehendit, ſic: Celebrētur, ait, lauachra cum fœminis, quarum in vos publica lauatio eſt. Eadem Clementis Alexandrini de balneis ſententia eſt, lib. 3. ca. 14. pœdagogi, vbi de Ioannis Apoſtoli balneo differit, ſignificatque illum neceſsitate quadam, vti balnearet, coactum fuiſſe.

Epiphanius hęreſi 30. aſſerit, cùm nunquā lauaretur Ioannes, tunc à Spiritu ſancto impulſum eò ire, vt poſteri exemplum caperent hæreticos fu[illegible]ndi.

Ex canone 30. Concilij Laodicēſis refert Gratianus can. Nō oportet, diſtinct. 81. Non oportet miniſtros altaris, vel clericos quoſlibet, ſe continentes, & omnino Chriſtianum, cum mulieribus lauacra habere communia: hęc eſt enim apud gen-

gentiles prima reprehenſio. Similis canon extat 78. Synodi 6. in Trullo celebratę.

D. Auguſtinus fratribus ſuis in Regula ſic præcepit: Lauacrum corporis, cùm infirmitatis neceſsitas poſtulat, minimè denegetur, fiat ſine murmure, de conſilio Medici: ita vt, etiamſi nolit, iubente præpoſito faciat, quod faciundum eſt pro ſalute. Si autem velit, & fortè non expedit, ſuæ cupiditati non obediatur. Aliquádo enim etiamſi noceat, prodeſſe creditur, quod delectat. Denique ſi latẽs eſt dolor in corpore, famulo Dei dicẽti quid ſibi doleat, ſine dubitatione credatur. Sed tamen, vtrum ſanando illi dolori quod delectat, expediat, ſi non eſt certum, medicus conſulatur. Nec eant ad balneum, ſiue quocunque ire neceſſe fuerit, minus quàm duo, vel tres: & cum quibus præpoſitus iuſſerit, ire debebunt.

Gregorius Magnus olim ad ciues Romanos reſcripſit, vt refert Gratianus, c. Peruenit, de conſecratione diſtinct. 3. Ad me perlatum eſt, vobis à peruerſis hominibus eſſe prædicatum, quòd Dominico die nemo debeat lauari: & quidem, ſi pro luxuria, & pro voluptate quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet

die concedimus: ſi autem pro neceſsitate corporis, hoc nec die dominico prohibemus.

Quatenus monialibus Iure permiſſũ ſit petita quidem, ſed non obtenta licentia ſuperiorum, ad balnea externa, propter grauem infirmitatem proficiſci, tradit Q. Mandoſius ſuper ſignatura gratię, §. Licentia.

Quod ex ſynodo. VII. apud Gratianum, in c. Nullus, *28.* q. 1. docetur, ne quis omninò cum Iudæis lauare auſit: hoc ad religioſas virgines ita referri poterit, ne cum extraneis mulieribus, præſertim grauidis, balnea, etiam in cœnobijs, ingrediantur.

M. Cicero libro 1. Officiorum ediſſerit, apud Priſcos Romanos fuiſſe obſeruatum, ne cum parentibus filij puberes, aut cum ſoceris generi lauarent: vt retinerent verecundiam, natura duce & magiſtra: nec paternæ reuerentiæ authoritas minueretur, vt D. Ambroſius obſeruauit, lib. *1.* Officiorum cap. *18.* Vbi & illos prædicat, qui nudum in lauacro corpus, quantum poſſunt, tantùm tegere conantur.

Valetudinis ergo & neceſsitatis cauſſa, raro & verecundè, honeſtis atq; moderatis balneis, cum eiuſdem ſexus, religionis

glonis. ſtudij atque doctrinæ hominibus vti licebit.

Poſt balneum , omnis compotatio largior, quæq; præter rationem & officium frequenter plerisq; in locis accidere ſolent, prohibita ſunto: ne dum corpus curatur, animus infirmior euadat, & alij ſcandaliſentur.

Quod viri in virginum cœnobijs extra neceſsitatem balnearent, hominibus cordatis magna ratione ſemper diſplicuit.

DE SPIRITVALI GAVDIO & lætitia.

CAPVT XXII.

PAulus Apoſtolus ad Philippenſes ſcribés: Gaudete, inquit, in Domino ſemper, iterum dico gaudete: in omni oratione & obſecratione, cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum, cap. 4. Et ad Theſſalonicenſes. Semper gaudete, 1. Theſſ. cap. 5. Cum gaudio gratias agentes Deo. Coloſſ. 1. Nõ accepimus à Deo ſpiritum ſeruitutis in timore, ſed ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater: & qui teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, quod ſimus filij Dei. Et filius qui eſt ad

dexteram Dei, interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus, Rom. 8. Puſillanimes confortamini, & nolite timere. Eſaiæ 35. Noli eſſe puſillanimis in animo tuo, Eccleſiaſt. cap. 7. Non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium, Eccleſiaſt. 7.

S. Antonius Eremitarum & monachorum decus, ſectatoribus ſuis ſpiritualem lætitiam commendabat, vnicam hanc vincendi inimicum rationem eſſe perſuadens. Eò quòd triſtitia & puſillanimitate religioſos ferè acriter Diabolus oppugnet. Triſtitia inordinata nec Deo placet, nec homini conuenit.

Tho. Kempis de ſilentio ca. 38. & ſeq.

Spiritus triſtis exſiccat oſſa, animus hilaris ætatem floridam facit, Prouerb. 17. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno, ſic triſtitia viri nocet cordi, Prouerb. 25. Et cur fruſtra affligimur?

Aureum Saræ verbum eſt apud Tobiam, ca. 3. Hoc, Domine Deus, procerto habet omnis, qui colit te, quia vita eius, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in correptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris: quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationem & fletum exultationẽ

infundis. Et hoc Dauidis: Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei, & Deus meus, Pſalm. 42. Dominus mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit. 1. Reg. 2.

Si peccauerimus tui ſumus, ſcientes magnitudinem miſericordiæ tuæ: ſi non peccauerimus, ſcimus quoniam apud te ſumus conſummati, Sapient. 15.

Tu miſereris omnium, & diſsimulas peccata hominum, propter pœnitentiam: quia amas animas. Sapient. 11. Tu das locum in peccatis pœnitentiæ, tibi cura eſt de omnibus. Sap. 12. Quàm bonus & quàm ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus: errantes corripis, & de quibus peccant admones & alloqueris, vt relicta malitia credant in te Domine, Ibidem.

Conſolatorium quoque verbum eſt Ioſaphat Regis, 2. Paralip. 2. Cùm ignoramus, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te Deus. *Ieſus Chriſtus* vnicus mediator Dei & hominum, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus hominibus, & vult omnes homines ſaluos fieri, 1. Timo. 2. Idcirco venit in hunc mundũ, vt peccatores ſaluos faceret. 1. Ti.

Digitized by Google

1. Ille dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem. Tit. 2.

Deus ſuos cultores aliquando affligi patitur, atque tentari, vt probentur, & glorioſiores euadant, ſicut aurum per ignem 1. Petr. 1. Quòd à Deo viſitatus atque adeò humiliatus eſſet, magni beneficij loco reputabat Dauid. Bonum mihi Domine, quòd humialiaſti me, vt diſcam iu-

Pſal. 118. ſtificationes tuas. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Viſitatio tua cuſtodiuit ſpritum meum: Tunc recordentur, quod Iob de ſe profitetur. Etiamſi occidas me Domine, tamen ſperabo in te. Et quod Ionas propheta, in medio mari & ventre piſcis, ait: Ad Dominum clamaui, de tribulatione mea, & exaudiuit me. De ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam. Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum: veruntamen rurſus videbo templum ſanctum tuum. Circumdederunt me aquæ vſque ad animam, abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meum: & ſubleuabis de corruptione vitam meam Domine Deus meus. Cùm anguſtiaretur anima mea, Domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum. Ionæ c. 2. Dei filius humani generis ſaluator, & medicus,

medicus, omnes afflictos & puſillos clementiſsima voce, ad magnanimitatem animique fortitudinem inuitaturus: Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Triſtatur ergo quis, oret, Iacobi cap. 5.

Et qui firmiores ſunt in fide, & in hoc vitæ genere maiores progreſsiones fecerunt, meminerint D. Pauli præcepti: Infirmum in fide aſſumite. Roman. 14. Conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos 1. Theſſal. 5.

TEMPORIS HABENDA RATIO, & animus aliquando relaxandus eſt.

CAPVT XXIII.

PORro diligenter obſeruandū eſt, quòd Eccleſiaſtes docet. Omne tempus, ſuū tempus habet. Et in omni negotio ineſt tempus & oportunitas. Eſt tempus gaudij, eſt tempus luctus, eſt tempus orandi, eſt tempus legendi. Vetus & nobile prouerbium eſt: *Noſce tempus.* *Eccle. 3. & 8.*

Omnibus in rebus tempus ſpectare, & modum adhibere oportet. Vnde Ambroſius libro 3. de virginibus: Quòd prolixè facere vis, aliquando ne feceris. Virginibusq; ſacris agricolas ad imitādum proponit, qui nec vno ſemine agrum ſuum

ſemper conferunt, aliquando etiam vt vegetior fertiliorque reddatur, quieſcere ſinunt. Sapientiæ humanæ ſtudioſi varietate quadam exercentur, & diem in certas horas diſtribuunt, ne tædium ſubrepat

Notum eſt illud Poetæ:

Interpone tuis interdum gaudia curis,
Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

De externis honeſtis exercitijs, de cantu, & alijs pijs oblectationibus ſupra cap. 17. dictum eſt.

DE CASTITATIS EXCELLENTIA, & præmio.

CAPVT XXIV.

D. Ambroſius ad Vercellenſem Eccleſiam reſcripſit: Audio veniſſe ad vos Sarmationem, & Barbatianum, vaniloquos homines, qui dicunt, nullum eſſe abſtinentiæ meritum, nullam virglnitatis gratiam, pari omnes æſtimari pretio. Quæ iſtos Epicuræos noua ſchola miſit? Non Philoſophorum, vt ipſi aiunt, ſed imperitorum, qui voluptatem prædicét, delitias ſuadeant, caſtimoniam nulli vſui eſſe dicant. Quid autem loquar, quanta ſit virginitatis gloria, quæ meruit à Chriſto eligi, vt eſſet etiã corporale Dei templũ, in quo corporaliter habitauit plenitudo diuini-

Epiſtola 82.

diuinitatis? Virgo genuit mundi ſalutem, virgo peperit vitam vniuerſorum. Sola ergo non debet eſſe virginitas, quę omnibus in Chriſto profuit? In virgine Chriſtus reperit, quod ſuum eſſe vellet, quod ſibi omnium Dominus aſſumeret. Per virum & mulierem caro eiecta de Paradiſo, per virginem iuncta eſt Deo. Quid de altera Moſis ſorore Maria loquar? quę fœminei dux agminis pede tranſmiſit pelagi freta? Quo munere autem venerabilis Tecla etiam leonibus fuit, vt ad pedes prædæ ſuæ ſtratę impaſtę beſtię ſacro deferrent ieiunio, nec procaci oculo virginem, nec vngue violarent aſpero? Tecla enim (vt libro ſecundo de virginibus ſcribit) copulam fugiens nuptialem, naturam beſtiarum virginitatis veneratione mutauit. Parata ad feras, cùm aſpectus etiam declinaret virorum, ac vitalia ipſa ſæuo leoni offerret: cernere erat lingentem pedes beſtiam, cubitare humi, muto teſtificantem ſono, quòd ſacrum virginis corpus violare non poſſet. Adorabat prædam ſuam beſtia, & propriæ oblita naturæ, naturam induerat, quam homines amiſerant. Videres quadam naturæ tranſfuſione homines feritatem indutos, ſæuitiam imperare beſtiæ, beſtiam verò exoſcu-

xoſculātem pedes virginis, docere, quid homines facere deberent. *Tantum habet virginitas admirationis, vt eam etiã leones mirētur.* Nō impaſtos cibus flexit, nō citatos impetus rapuit, nō ſtimulatos ira exaſperauit, non vſus decepit aſſuetos, non feros natura poſſedit. Docuerunt religionem, dum adorant martyrem, docuerunt etiam caſtitatem, dum virgini nihil aliud niſi plantas exoſculantur, demerſis in terram oculis tanquam verecundantibus, ne mas aliquis vel beſtia virginem nudam videret. *Corpus virginis Dei templũ eſt: animus vaporem diuini ignis exhalat &c.* Angelos habent amicos atque patronos virgines, quia vitam Angelorum in carne imitantur.

lib. 1. de virginibus.

Vnde idem Ambroſius: Non mirũ eſt, ſi pro vobis (loquitur autem ad virgines) angeli militant, quæ Angelorum moribus militatis. Meretur eorum præſidium caſtitas virginalis, quorum vitam meretur. Et quid pluribus exequar laudem caſtitatis? Caſtitas etiam Angelum facit. In reſurrectione neque nubent, neque ducent vxores, ſed erunt ſicut Angeli in cælo: quod nobis promittitur, vobis præſto eſt. Quàm præclarum autem, Angelos propter intemperantiam ſuam in ſeculum cecidiſſe de cælo: virgines prop-

Math. 22.

ter

ter caſtimoniam in cælum tranſiſſe de ſeculo. Beatæ virgines quas non illecebra ſollicitat corporum, non colluuio præcipitat voluptatum. Nemo miretur ſi virgines Angelis comparentur, quæ Angelorum Domino copulantur: quoniam quæ non nubũt,neq; nubentur,erũt ſicut Angeli Dei in cælo.Martialis Chriſti, vt creditur,diſcipulus epiſtola ad Tholoſanos:Quicunque, ait, viduitatem propter recompenſationem elegerint, non fraudabuntur munere charitatis Dei, qui verò in ſublimitate excelſiori permanſerint, virgines eſſe eligentes, centuplicatam in perpetua benedictione gloriam conſequentur.

D. Ignatius S. Ioannis Apoſtoli diſcipulus Epiſtola, ad Tharſenſes: Virgines honorate, ſicut ſacratas Chriſto, viduas pudicas vt ſacrarium Dei.

Magnus ille Athanaſius in libro de virginitate: Grauis eſt exercitatio, difficilis continentia, ſed nihil dulcius cœleſti ſponſo. Magna virtus continentia, magna gloria caſtitatis. Magna ſunt virginitatis præconia. O virginitas, diuitiæ incomprehenſibiles. O virginitas corona immarceſsibilis. O virginitas templum Dei, & ſancti ſpiritus domicilium. O virginitas margarita precioſa, apud

Nam ipſe Hieronymus ad Lætam, de inſtitutione filiæ, ſcribens, puellis ante robuſtam ætatem, ſi neceſsitas poſtularit, balneas adire permittit. Et regulæ monacharum cap. 40. valetudinis & neceſsitatis cauſſa, ſeruato omnis pudicitię honore, & modeſtia balneare concedit. Et in epitaphio Paulæ, ad Euſtochium, narrat: Paulam, quando ipſius valetudo poſtulabat, balnea fuiſſe ingreſſam. D. Cyprianus in tractatu de habitu virginum, quemadmodum promiſcua balnea virorum & mulierum reprehendit, ſic: Celebrētur, ait, lauachra cum fœminis, quarum in vos publica lauatio eſt. Eadem Clementis Alexandrini de balneis ſententia eſt, lib. 3. ca. 14. pœdagogi, vbi de Ioannis Apoſtoli balneo differit, ſignificatque illum neceſsitate quadam, vti balnearet, coactum fuiſſe.

Epiphanius hęreſi 30. aſſerit, cùm nunquā lauaretur Ioannes, tunc à Spiritu ſancto impulſum eò ire, vt poſteri exemplum caperent hæreticos fu[illegible]ndi.

Ex canone 30. Concilij Laodicēſis refert Gratianus can. Nō oportet, diſtinct. 81. Non oportet miniſtros altaris, vel clericos quoſlibet, ſe continentes, & omnino Chriſtianum, cum mulieribus lauacra habere communia: hęc eſt enim apud gen-

gentiles prima reprehenſio. Similis canon extat 78. Synodi 6. in Trullo celebratę.

D. Auguſtinus fratribus ſuis in Regula ſic præcepit: Lauacrum corporis, cùm infirmitatis neceſsitas poſtulat, minimè denegetur, fiat ſine murmure, de conſilio Medici: ita vt, etiamſi nolit, iubente præpoſito faciat, quod faciundum eſt pro ſalute. Si autem velit, & fortè non expedit, ſuæ cupiditati non obediatur. Aliquãdo enim etiamſi noceat, prodeſſe creditur, quod delectat. Denique ſi latês eſt dolor in corpore, famulo Dei dicẽti quid ſibi doleat, ſine dubitatione credatur. Sed tamen, vtrum ſanando illi dolori quod delectat, expediat, ſi non eſt certum, medicus conſulatur. Nec eant ad balneum, ſiue quocunque ire neceſſe fuerit, minus quàm duo, vel tres: & cum quibus præpoſitus iuſſerit, ire debebunt.

Gregorius Magnus olim ad ciues Romanos reſcripſit, vt refert Gratianus, c. Peruenit, de conſecratione diſtinct. 3. Ad me perlatum eſt, vobis à peruerſis hominibus eſſe prædicatum, quòd Dominico die nemo debeat lauari: & quidem, ſi pro luxuria, & pro voluptate quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet

die concedimus: ſi autem pro neceſsitate corporis, hoc nec die dominico prohibemus.

Quatenus monialibus Iure permiſſū ſit petita quidem, ſed non obtenta licentia ſuperiorum, ad balnea externa, propter grauem infirmitatem proficiſci, tradit Q. Mandoſius ſuper ſignatura gratię, § Licentia.

Quod ex ſynodo. VII. apud Gratianum, in c. Nullus, 28. q. 1. docetur, ne quis omninò cum Iudæis lauare auſit: hoc ad religioſas virgines ita referri poterit, ne cum extraneis mulieribus, præſertim grauidis, balnea, etiam in cœnobijs, ingrediantur.

M. Cicero libro 1. Officiorum ediſſerit, apud Priſcos Romanos fuiſſe obſeruatum, ne cum parentibus filij puberes, aut cum ſoceris generi lauarent: vt retinerent verecundiam, natura duce & magiſtra: nec paternæ reuerentiæ authoritas minueretur, vt D. Ambroſius obſeruauit, lib. *1.* Officiorum cap. *18.* Vbi & illos prædicat, qui nudum in lauacro corpus, quantum poſſunt, tantùm tegere conantur.

Valetudinis ergo & neceſsitatis cauſſa, rarò & verecundè, honeſtis atq; moderatis balneis, cum eiuſdem ſexus, religionis

glonis. ſtudij atque doctrinæ hominibus vti licebit.

Poſt balneum, omnis compotatio largior, quæq; præter rationem & officium frequenter plerisq; in locis accidere ſolent, prohibita ſunto: ne dum corpus curatur, animus infirmior euadat, & alij ſcandaliſentur.

Quod viri in virginum cœnobijs extra neceſsitatem balnearent, hominibus cordatis magna ratione ſemper diſplicuit.

DE SPIRITVALI GAVDIO & lætitia.

CAPVT XXII.

PAulus Apoſtolus ad Philippenſes ſcribẽs: Gaudete, inquit, in Domino ſemper, iterum dico gaudete: in omni oratione & obſecratione, cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum, cap. 4. Et ad Theſſalonicenſes. Semper gaudete, 1. Theſſ. cap. 5. Cum gaudio gratias agentes Deo. Coloſſ. 1. Nõ accepimus à Deo ſpiritum ſeruitutis in timore, ſed ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater: & qui teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, quod ſimus filij Dei. Et filius qui eſt ad

dexteram Dei, interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus, Rom. 8. Puſillanimes confortamini, & nolite timere. Eſaiæ 35. Noli eſſe puſillanimis in animo tuo, Eccleſiaſt. cap. 7. Non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium, Eccleſiaſt. 7.

Tho. Kempis de ſilentio ca. 38. & ſeq.

S. Antonius Eremitarum & monachorum decus, ſectatoribus ſuis ſpiritualem lætitiam commendabat, vnicam hanc vincendi inimicum rationem eſſe perſuadens. Eò quòd triſtitia & puſillanimitate religioſos ferè acriter Diabolus oppugnet. Triſtitia inordinata nec Deo placet, nec homini conuenit.

Spiritus triſtis exſiccat oſſa, animus hilaris ætatem floridam facit, Prouerb. 17. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno, ſic triſtitia viri nocet cordi, Prouerb. 25. Et cur fruſtra affligimur?

Aureum Saræ verbum eſt apud Tobiam, ca. 3. Hoc, Domine Deus, procerto habet omnis, qui colit te, quia vita eius, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in correptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris: quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationem & fletum exultationē in-

infundis. Et hoc Dauidis: Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei, & Deus meus, *Pſalm. 42.* Dominus mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit. *1.* Reg. 2.

Si peccauerimus tui ſumus, ſcientes magnitudinem miſericordiæ tuæ: ſi non peccauerimus, ſcimus quoniam apud te ſumus conſummati, Sapient. *15.*

Tu miſereris omnium, & diſsimulas peccata hominum, propter pœnitentiam: quia amas animas. Sapient. 11. Tu das locum in peccatis pœnitentiæ, tibi cura eſt de omnibus. Sap *12.* Quàm bonus & quàm ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus: errantes corripis, & de quibus peccant admones & alloqueris, vt relicta malitia credant in te Domine, Ibidem.

Conſolatorium quoque verbum eſt Ioſaphat Regis, *2.* Paralip. 2. Cùm ignoramus, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te Deus. *Ieſus Chriſtus* vnicus mediator Dei & hominum, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus hominibus, & vult omnes homines ſaluos fieri, *1.* Timo. 2. Idcirco venit in hunc mundũ, vt peccatores ſaluos faceret. *1.* Ti.

1. Ille dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem. Tit. 2.

Deus ſuos cultores aliquando affligi patitur, atque tentari, vt probentur, & glorioſiores euadant, ſicut aurum per ignem 1. Petr. 1. Quòd à Deo viſitatus atque adeò humiliatus eſſet, magni beneficij loco reputabat Dauid. Bonum mihi Domine, quòd humiliaſti me, vt diſcam iu-
Pſal. 118. ſtificationes tuas. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Viſitatio tua cuſtodiuit ſpritum meum: Tunc recordentur, quod Iob de ſe profitetur. Etiamſi occidas me Domine, tamen ſperabo in te. Et quod Ionas propheta, in medio mari & ventre piſcis, ait: Ad Dominum clamaui, de tribulatione mea, & exaudiuit me. De ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam. Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum: veruntamen rurſus videbo templum ſanctum tuum. Circumdederunt me aquæ vſque ad animam, abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meum: & ſubleuabis de corruptione vitam meam Domine Deus meus. Cùm anguſtiaretur anima mea, Domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum. Ionæ c. 2. Dei filius humani generis ſaluator, & medicus,

medicus, omnes afflictos & puſillos clementiſſima voce, ad magnanimitatem animique fortitudinem inuitaturus: Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Triſtatur ergo quis, oret, Iacobi cap. 5.

Et qui firmiores ſunt in fide, & in hoc vitæ genere maiores progreſsiones fecerunt, meminerint D. Pauli præcepti: Infirmum in fide aſſumite. Roman. 14. Conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos 1. Theſſal. 5.

TEMPORIS HABENDA RATIO, & animus aliquando relaxandus eſt.

CAPVT XXIII.

PORro diligenter obſeruandū eſt, quòd Eccleſiaſtes docet. Omne tempus, ſuū tempus habet. Et in omni negotio ineſt tempus & oportunitas. Eſt tempus gaudij, eſt tempus luctus, eſt tempus orandi, eſt tempus legendi. Vetus & nobile prouerbium eſt: *Noſce tempus.* *Eccle. 3.*

Omnibus in rebus tempus ſpectare, & modum adhibere oportet. *V*nde *A*mbroſius libro 3. de virginibus: Quòd prolixè facere vis, aliquando ne feceris. Virginibusq; ſacris agricolas ad imitādum proponit, qui nec vno ſemine agrum ſuum

ſemper conferunt, aliquando etiam vt vegetior fertiliorque reddatur, quieſcere ſinunt. Sapientiæ humanæ ſtudioſi varietate quadam exercentur, & diem in certas horas diſtribuunt, ne tædium ſubrepat

Notum eſt illud Poetæ:

Interpone tuis interdum gaudia curis,
Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

De externis honeſtis exercitijs, de cantu, & alijs pijs oblectationibus ſupra cap. 17. dictum eſt.

DE CASTITATIS EXCELLENTIA, & præmio.

CAPVT XXIV.

D. Ambroſius ad Vercellenſem Eccleſiam reſcripſit: Audio veniſſe ad vos Sarmationem, & Barbatianum, vaniloquos homines, qui dicunt, nullum eſſe abſtinentiæ meritum, nullam virginitatis gratiam, pari omnes æſtimari pretio. Quæ iſtos Epicuræos noua ſchola miſit? Non Philoſophorum, vt ipſi aiunt, ſed imperitorum, qui voluptatem prædicét, delitias ſuadeant, caſtimoniam nulli vſui eſſe dicant. Quid autem loquar, quanta ſit virginitatis gloria, quæ meruit à Chriſto eligi, vt eſſet etiã corporale Dei templũ, in quo corporaliter habitauit plenitudo diuini-

Epiſtola 82.

diuinitatis? Virgo genuit mundi ſalutem virgo peperit vitam vniuerſorum. Sol ergo non debet eſſe virginitas, quę omnibus in Chriſto profuit? In virgine Chriſtus reperit, quod ſuum eſſe vellet, quod ſibi omnium Dominus aſſumeret. Per virum & mulierem caro eiecta de Paradiſo, per virginem iuncta eſt Deo. Quid de altera Moſis ſorore Maria loquar? quę fœminei dux agminis pede tranſmiſit pelagi freta? Quo munere autem venerabilis Tecla etiam leonibus fuit, vt ad pedes prædæ ſuæ ſtratę impaſtę beſtię ſacro deferrent ieiunio, nec procaci oculo virginem, nec vngue violarent aſpero? Tecla enim (vt libro ſecundo de virginibus ſcribit) copulam fugiens nuptialem, naturam beſtiarum virginitatis veneratione mutauit. Parata ad feras, cùm aſpectus etiam declinaret virorum, ac vitalia ipſa ſæuo leoni offerret: cernere erat lingentem pedes beſtiam, cubitare humi, muto teſtificantem ſono, quòd ſacrum virginis corpus violare non poſſet. Adorabat prædam ſuam beſtia, & propriæ oblita naturæ, naturam induerat, quam homines amiſerant. Videres quadam naturæ tranſfuſione homines feritatem indutos, ſæuitiam imperare beſtiæ, beſtiam verò exoſcu-

oſculãtem pedes virginis, docere, quid homines facere debeant. *Tantum habet virginitas admirationis, vt eam etiã leones mirẽtur.* Nõ impaſtos cibus flexit, nõ citatos impetus rapuit, nõ ſtimulatos ira exaſperauit, non vſus decepit aſſuetos, non feros natura poſſedit. Docuerunt religionem, dum adorant martyrem, docuerunt etiam caſtitatem, dum virgini nihil aliud niſi plantas exoſculantur, demerſis in terram oculis tanquam verecundantibus, ne mas aliquis vel beſtia virginem nudam videret. *Corpus virginis Dei templũ eſt: animus vaporem diuini ignis exhalat &c.* Angelos habent amicos atque patronos virgines, quia vitam Angelorum in carne imitantur.

Lib. 1. de virginibus.

Vnde idem Ambroſius: Non mirũ eſt, ſi pro vobis (loquitur autem ad virgines) angeli militant, quæ Angelorum moribus militatis. Meretur eorum præſidium caſtitas virginalis, quorum vitam meretur. Et quid pluribus exequar laudem caſtitatis? Caſtitas etiam Angelum facit. In reſurrectione neque nubent, neque ducent vxores, ſed erunt ſicut Angeli in cælo: quod nobis promittitur, vobis præſto eſt. Quàm præclarum autem, Angelos propter intemperantiam ſuam in ſeculum cecidiſſe de cælo: virgines propter

Matth. 22.

ter caſtimoniam in cælum tranſiſſe de ſeculo. Beatæ virgines quas non illecebra ſollicitat corporum, non colluuio præcipitat voluptatum. Nemo miretur ſi virgines Angelis comparentur, quæ Angelorum Domino copulantur: quoniam quæ non nubũt,neq; nubentur,erũt ſicut Angeli Dei in cælo. Martialis Chriſti, vt creditur,diſcipulus epiſtola ad Tholoſanos: Quicunque, ait, viduitatem propter recompenſationem elegerint, non fraudabuntur munere charitatis Dei, qui verò in ſublimitate excelſiori permanſerint, virgines eſſe eligentes, centuplicatam in perpetua benedictione gloriam conſequentur.

D. Ignatius S. Ioannis Apoſtoli diſcipulus Epiſtola, ad Tharſenſes: Virgines honorate, ſicut ſacratas Chriſto, viduas pudicas vt ſacrarium Dei.

Magnus ille Athanaſius in libro de virginitate: Grauis eſt exercitatio, difficilis continentia, ſed nihil dulcius cœleſti ſponſo. Magna virtus continentia, magna gloria caſtitatis. Magna ſunt virginitatis præconia. O virginitas, diuitiæ incomprehenſibiles. O virginitas corona immarceſſibilis. O virginitas templum Dei, & ſancti ſpiritus domicilium. O virginitas margarita precioſa,

apud

apud multos latens, à paucis verò vix inuenitur. O continentia amica Dei, & apud ſanctos laudata. O continentia vulgo inuiſa, ſed ijs qui te digni ſunt, nota. O continentia mortem & inferos effugiens & immortalitati adhærens. O continentia, gaudium Prophetarum, Apoſtolorum gloria. O continentia Angelorum vita, & ſanctorum hominum corona: Beatus, qui te tenet. Beatus, qui per ſapientiam tibi conſtanter adhæret: quoniam poſtquam paululum laborauerit, multa recipiet munera in te. Beatus qui per totum hoc tempus ieiunârit, quoniam in æterna Hieroſolyma habitabit, cumque Angelis choreas ducet, cumque ſanctis Angelis, Prophetis & Apoſtolis requiem habebit. Celeberrimus quoque Martyr Cyprianus: Nunc nobis ad virgines ſermo eſt, quarum quo ſublimior gloria, maior & cura eſt. Flos eſt ille Eccleſiaſtici germinis, decus atque ornamentum gratiæ ſpiritualis, læta indoles laudis & honoris opus integrum; atque incorruptum, Dei imago reſpondens ad Domini ſanctimoniam, illuſtrior portio gregis Chriſti. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Eccleſiæ matris glorioſa fœcunditas. Quanto plus copioſa virginitas numero ſuo addidit, tanto gaudi-

Tract. de habitu virgin.

gaudium matris augeſcit. Ad has loquimur, has hortamur, vt quæ ſe Chriſto dicauerint, & à carnali concupiſcentia recedentes tam carne quàm mente Deo ſe deuouerint, opus ſuum conſumment, magno præmio deſtinatum, nec ornari iam, aut placere cuiquam niſi Domino ſuo ſtudeant, à quo & mercedem virginitatis expectent. Et ſub finem eiuſdem libri: Quòd nos futuri ſumus, vos iam eſſe cœpiſtis, vos reſurrectionis gloriam in iſto ſeculo iam tenetis, per ſeculum ſine ſeculi contagione tranſitis. Cùm caſtæ perſeueratis & virgines, Angelis Dei eſtis æquales. Cùm habitationes apud Patrem ſuum Chriſtus eſſe dicat, melioris habitaculi hoſpitia demonſtrat: habitacula iſta meliora vos petiſtis, carnis deſideria caſtrantes, *maioris gratiæ præmium in cœleſtibus obtinetis.* Iterum: *Virginitas æquat ſe Angelis.*

Pulchrè etiam Lactantius: Continentia quaſi faſtigium eſt, omniumque conſummatio virtutum. Ad quam ſi quis eniti, atque luctari poterit; hunc ſeruum Dominus, hunc Diſcipulum magiſter agnoſcet, hic terram triumphabit, hic erit conſimilis Deo, qui virtutem Dei cœperit. Baſilius Magnus in pulcherrimo illo de virginitate libro, id eas per *Lib.6.cap.23.*

conti-

continentiam primò quidem efficere ait, vt à grauiſsima maledictione, quam Deus Euæ propter peccatum inflixit, quod in ſummo dolore eſſet filiorum procreatura, liberæ ſint: Deindè vt quæ nunc humiles & pannoſæ aliquibus apparent, tanquam Reginæ in veſtitu deaurato, cum Rege & ſponſo ſuo Chriſto, in ſempiternum beatiſsimæ glorioſiſsimæque triumphent. Auguſtinus ſingulare & magnum quid, præ cæteris, à Deo recepturos olim profitetur, qui habent aliquid iam non carnis in carne.

Virginitas vt matrem Domini fecit: ita virgines reddit templa ſpiritus ſancti. Hæc Ioannem Euangeliſtam *Chriſto* chariſsimum effecit, & profundum diuinæ naturę atque myſteriorum Dei contemplatorem. Immortalemque ipſi gloriã, & magnum reliquis virginibus gaudium peperit, quod precioſiſsimam hæreditatem virginis Domini, virginem matrem, filius virgo, cuſtodiendam fruendamq; recepit.

Virgines etiam peculiariter à Deo amantur, & facilè earum preces exaudit; tuetur eas hic atque defendit, longè rectius, quam mariti eas eſſent defenſuri, quorum ipſe omnibus in rebus officium præbet, vt pulchre indicat Ambroſius: & Io-

& Ioſeph, Suſannæ, Danielis, Teclæ, Agnis, Catharinæ, &c. exempla teſtantur: ac Sozomenus lib. 9. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 3. de Theodoſij Imperatoris ſororibus probat.

Virginitas trahit vnicornu animal ferox, & lemures, qui decipi non poſſunt, capiuntur pulchritudine virginum: imò Deus optimus maximus, ob pulchræ & decoræ filiæ Hieruſalem immaculatam virginitatem, humano generi ſibi infeſto pepercit, & homo factus eſt. Roma. conſ. fin. coll. penult. in tracta. de fide cath. Neuizanus lib. 4. ſyluæ nupt. nũ. 99. Tantaque iſthæc virtus eſt, vt non ſolum Angeli eam venerentur, & colant, vel mirificè à Deo adametur: ſed bruta etiam animalia adorent, & virginibus obtemperent. Leones enim Danielem & Teclam adorauerunt, vt paulo ante diſſerui: & Zoſimas Monachus leonem, qui baiulum ſuum aſinum deuorarat, compulit, vt ſarcinulas ſuas more aſinino ad portas Cæſareę deportaret. *Euagrius l. 4. hiſto. cap. 7.*

Leo prophetæ cadauer cuſtodit, 3. Reg. cap. 13.

Iudith vidua, propter caſtitatem Deo chariſsima, tam audax facinus viriliter aggreſſa feliciſsimè tranſegit. Nam ſic de *Iudith. 15.*

ea ſcribitur: Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum: eò quòd caſtitatem amaueris, & poſt virum tuum alterum neſcieris, ideo & manus Domini confortauit te, & ideò eris benedicta & æternũ.

cap. 16. Magnaque facta eſt Iudith in Betulia, & præclarior erat vniuerſæ terræ Iſrael. Erat etiam virtuti caſtitas coniuncta, ita vt non cognoſceret virum omnibus diebus vitæ ſuæ, ex quo defunctus eſt Manaſſes vir eius.

Amb. li. 1. de virginibus. Helias quia virgo, ideò curru raptus in cælum, ideò cum Domino apparet in gloria, ideò Dominici venturus eſt præcurſor aduentus. Huc pertinet illud E-
Eſaiæ 56. ſaiæ: Hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meũ, dabo ijs in domo mea, & in muris meis locum, & nomẽ melius à filijs & filiabus, nomen ſempiternũ dabo ijs, & quod non peribit. Nomen illud melius, locumque meliorem B. Ambroſius præmia cæteris præſtantiora intelligit. Quòd enim varij gloriæ & honorum gradus futuri ſint in regno cœlorum, indicat ipſe
Ioan. 14. Chriſtus: In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Qui diligit cordis mun-

munditiam, inquit Salomon, propter gratiam labiorum ſuorum, habebit amicum Regem. Et Sapiens: Caſta generatio in perpetuum coronata triumphat, & incoinquinatorum certaminum præmium vincens. Felix eſt ſterilis, & incoinquinata, quæ neſciuit thorum in delicto: habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum. Veris quoque & bonis ſpadonibus pollicetur ſortem in domo Dei acceptiſſimam. *Prouerb.22.* *Sap.4.&3.*

Ioannes etiam profitetur, ſe vidiſſe agnum ſtantem ſuper montem Sion, & cum illo centum quadraginta quatuor millia, qui cantarint canticum nouum, quod nemo potuerit diſcere præter ipſos. Eoſque dicit virgines fuiſſe, nec cum mulieribus coinquinatos, ideóque ſequi agnum, quocunque ierit: emptos, ex hominibus primitias Deo & agno. Porrò inter ea omnia, quæ homines admirantur, & prædicant, & quorum poſſeſſione felices atque beati vulgo iudicantur, principem mihi ſemper locum obtinere viſa eſt ſapientia, quæ & diuinarum & humanarum rerum cognitionem profitetur. Caſtitas verò & pudicitia cum oratione, & temperantia vehementer ſtudia ſapientiæ pro- *Apocalyp.14.*

mouet: vt Danielis & Ezdræ exemplum declarat. Daniel enim, abditas rerum ſecretiſsimarum cauſſas, atque naturam inueſtigare potuit; quæ ſapientiſsimi Babyloniorum atque Perſarum viri ignorabant. Ezdræ Angelus Dei reſpondit: Audita eſt vox tua apud altiſsimum: vidit enim fortis directionem tuam, & prouidit pudicitiam, quàm à iuuentute tua habuiſti, & propter hoc miſit me, tibi demonſtrare hæc omnia. Ipſeque Ezdras propter orationem, ieiunium, & caſtitatem ſuam, ſecretiſsima myſteria Dei, & longè poſt futuras res ſibi fuiſſe per Angelum reuelatas teſtatur. Anna Phanuel caſtiſsima vidua, prophetiæ dono celebris Chriſtum videre meruit. Et Philippo quatuor fuerunt filiæ propheta̅tes: Prophetabant autem, teſte Epiphanio, propter virginitatem ſuam. Et quanquam Dominus in Euangelio dixit: Lex & prophetæ vſque ad Ioannem, iſtæ tamen, quia virgines erant, etiam poſt Ioannem prophetaſſe referuntur.

Daniel cap. 2. & 4. *lib. 4. Ezd. 6.* *Lucæ 2.* *Epiphanius hæreſi 78.* *Hiero. lib. 1. contra Iouinianum.* *Niceph. li. 3. cap. 20.*

Ioannem Apoſtolum Chriſtus propter puriſsimam virginitatem ardenter amabat, authore Hieronymo: ideoq; & Apoſtolus & Euangeliſta, & propheta, & matris Ieſu cuſtos eſſe promeruit. Cum que Apoſtoli piſcarentur, & Ieſus ſtaret in

lib. 1. contra Iouinianum.

littore,

littore, ſolus Ioannes virgo virginem agnouit, & dixit Petro: Dominus eſt. Euangelium ſuum ita deſcribit, vt quaſi aquila ad ſuperna euolet: *In principio erat verbum*, &c. *Expoſuit virginitas*, inquit Hieronymus, *quod nuptiæ ſcire non poterant*. *Ioan. 21.*

Zoſimas Monachus Deo, propter ſingularem pietatem, caſtitatemque familiaris admodum euaſit, & propheta. Euagrius libro 4. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 7.

Nec fruſtra eſt, quod Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores adeò diligenter annotarunt, qualiter S. Antonius viderit Ammonij animam cum iucundiſsimo concentu ab Angelis in cœlum perduci; vt nimirum poſteri hoc pro exemplo caperent: reliquis veræ religioſæ & ſpiritualis vitæ cultoribus certum eſſe ac definitum locum in cælo, vbi cum Deo & Angelis in æternum viuant. *Socrates li 4. cap 23. Sozo. lib. 1. cap. 14. Nice. l. 8. c. 41*

Ambroſius putat, quod ex Dei voluntate Maria virgo animas virginum, ſtatim vt è corpore migrarint, clementer benigneque recipiat, & his propemodum verbis vtatur. Hæ thorum filio meo, hæ thalamos nuptiales immaculato pudore ſeruarunt. Et quòd Chriſtus eas ſit commendaturus Patri ſuo cœleſti: Pater ſancte, iſtæ ſunt quas ſer- *Lib. 2. de virginibus.*

uaui tibi, in quibus filius hominis caput reclinans quieuit; Peto, vt vbi ſum ego, ſint & illæ mecum.

Apocalyp. 2. Ad ſacros quoque homines, viros & fœminas fortè quis retulerit illa Ioannis Apoſtoli verba: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in medio paradiſi Dei mei. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda. Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit.

QUANTUM REIPUBLICAE Chriſtianæ profuerint religioſæ vitæ ſectatores, ideoq; ab antiquis meritò honorati fuerint.

CAPUT XXV.

HElias, Heliſæus, Daniel, cæterique filij Prophetarum, omnium denique ex muliere procreatorum maximus Ioannes Baptiſta, quantum periculoſiſſimis temporibus vniuerſo orbi, viui & mortui profuerint, nemo eſt qui ignoret, & literæ ſacræ hactenus diuerſis in locis proſitentur. Religioſa Iudith omni ope

ni ope & auxilio deſtitutos Iudæos liberauit: vt omnes ordines eam gloriam Hieruſalem, & lætitiam Iſrael appellarent, & omni tempore vitæ eius non fuit, qui perturbaret Iſrael, & poſt mortem ipſius annis multis, inquit ſcriptura, Iudith c. 7. 8. 13. 15. & vlt.

Apoſtoli atque diſcipuli Ieſu Chriſti, veram religionem & ſapientiam orbi terrarum reſtituerunt, & ſcriptis libris Eccleſiam hactenus erudiunt. Illos verò Hieroſolymis religioſam vitam primos cœpiſſe, Lucas indicat, & Eccleſiaſticæ *Act. 2.* hiſtoriæ ſcriptores probant. Hanc D. Marci Euangeliſtæ ſucceſſores in Aegypto retinuerunt, per quos non modò vera pietas atque religio conſeruata, & propagata eſt: verùm etiam quando in multorum mentibus propemodum extincta atque deleta erat, egregiè iterum erecta & excitata fuit. *Caſsianus. Collat. 18. c. 5.*

Quantum Baſilius Magnus, Hieronymus, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Benedictus, cæterique Sancti Patres Monachi, & peculiarium Ordinum auctores, Eccleſiæ DEI profuerunt, nemo eſt, qui ignoret. Regulam S. Franciſci piam & Eccleſiæ vtiliſsimam extitiſſe, capite tertio, de verborum ſignificat.

ficat: in 6. & Clementina 1. ac extrauaganti Ioannis 22. eodem titulo, aſſeritur. Idem de S. Dominici, Bernardi, & aliorum Ordinum fratribus, quos deinceps tanquam varijs horis operarios in hanc vineam Dominus miſit, grauiſsimi viri comprobarunt: qui ad eccleſiæ culturam, dignitatem, propagationem, defenſionemque plurimum contulerint. Eorum enim preces magnoperè ad Deum humano generi conciliandum valere, crediderunt. Ideoque dixit Bernardus, eos conſtitutos eſſe, orare pro vniuerſo corpore eccleſię. Et Nazianſenus, eorum lacrymas eſſe peccati diluuium, & mundi expiamentum. Euſebius quoque, eos ſummo Deo conſecratos eſſe pro vniuerſo genere dixit. Credebant etiam, eos deprecatione ſua, multa mala, & calamitates plurimas à mundo depuliſſe, multoties Deum mundo iratum placaſſe, egregiaq; beneficia obtinuiſſe: ad hæc optimos fructus vita, & exemplo, opere, labore, induſtria attuliſſe. Quorum modeſtia, humilitas, pietas, deuotio, populis virtutum Magiſtra extiterit, virtutumque exemplar mortalium oculis ad imitandum propoſuerit. Ideoque Chryſoſtomus eos mundi luminaria appellarit. Qui etiam duabus homilijs populum hor-

Serm. 63.
Orat. 1. in Iul.
21. cap. 8. de Euang.

hortatur: vt ſæpè Monaſteria,& religioſas domos inuiſant, certam inde vtilitatem relaturi. Cùm eorum aſpectus tacita eſſet vitiorum obiurgatio, & inuitatio ad virtutem. Religioſis quoque illud Chriſti verbum applicare merito poſſe putauerunt: Vos eſtis lux mũdi, vos eſtis ſal terrę. Quod piiſsima vita, & optimis exemplis prælucerent,& hominum mores ne corrũperentur, ſale adhibito conſeruarent, ſed etiam iam corruptos, (vltra ſalis naturam) inſtaurarent, & redintigrarent, errantes reuocando, lapſos erigendo, rudes docendo, laborantibus cõſilio, doctrina, & omni ope ſubueniendo. Præterea, D. Athanaſio, cæteriſque orthodoxis Epiſcopis contra Arrianos, & alios hæreſiarchos in conſeruanda eccleſiæ puritate magno vſui fuerunt. Quibus diſputando, concionando, libros ſcribendo, priuatis publiciſque ſermonibus tanquam munitionem ac propugnaculum ſeſe opponebant. Multa etiam regna, multæq; florentiſsimæ Poruincię per illos (Deo adiutore) ex paganiſmo ad Chriſtianam religionem conuerſa fuerunt. Euangelij lumen, vbi nullum antea erat, intulerunt; vbi obſcuratum inſtaurarunt. In quo Zelus eorum ita enituit, vt hiſtorias perſcrutanti facilè appareat, poſt

Matth. cap. 5.

Niceph. l. 8. c. 39 & l. 9. ca. 14.

poſt Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, fidem per religioſos, in multas prouincias inductam fuiſſe.

S. Remigius anno fermè DXXX. Clodouæum Regem & Franciam ab Idolorum cultu, ad fidem Chriſtianam traduxit. Huic æqualis Martinus anno DXL. Sueuos ab Arriano errore ſanauit. Angliam Auguſtinus cum Rege Etelberto informauit. S. Lambertus Teſſandriã, Germaniæ prouinciam. Vilfridus ex Hirpnenſi Monaſterio Angliæ anno DCLXXXIII. Friſijs & Hollandis prædicare cœpit. Quod opus tandem VVillibrordus, ex Monaſterio Ripenſi, Angliæ, cõtinuauit.

Adalbertus Monachus, & Archiepiſcopus Pragenſis, Pannoniam Chriſti cultu imbuit, & Ruſsis, Lituanis, Moſchis, Pruſsis, Polonis, Sarmatis Euangelium promulgauit.

Eodem tempore Suitbertus Lindiſſæ in celebri cœnobio Angliæ educatus, vnà cum vndecim alijs, ad Apoſtolicum numerum repræſentandum, ad Saxones ſe contulit, & ingentem fructum reportauit. Verdenſis tandem Eccleſiæ præpoſitus Bonifacius patria Scotus, poſt Archiepiſcopus Moguntinus, Thuringiam, Friſiam, Haſsiam, & plures alios

alios populos, anno ſermè DCCVI. Chriſto adiunxit, Germaniæque Apoſtolus appellatur. Sic Germani noſtri magna ex parte per religioſos & pios ſacerdotes Chriſtum cognouerunt. Quod perpetua memoria, & gratiarum actione dignum, opus eſt.

Quare Sozomenus, poſtquam veterum monachorum virtutes & ſtudia recenſuit: Omnes, inquit, iſti Monachi longo tempore vixerunt, quos, vt mihi videtur, in hac vita Deus ob id ita longæuos eſſe voluit, vt religionem Chriſtianam propagarent. Syros enim vniuerſos, & ex Perſis ac Saracenis plurimos ad cultum ipſius induxerunt, & Paganiſmo abſtraxerunt, monaſticamque ibi Philoſophiam inchoantes, multos ſibi pares reddiderunt. Quin & Galatas & Cappadoces illis vicinos, multos arbitror tum temporis habuiſſe eccleſiaſticos Philoſophos, vt qui plurima dogmata ſtudiosè coluerint. Saraceni quoque, ex Iſmaele filio Abrahami poſteri, per monachos conuerſi ſunt. *Lib. 6. ca. 34. Niceph. li. 11. cap. 41.* *So. l. 6. c. 38. Niceph. li. 11. cap. 41.*

Porrò Lucius Arrianus, poſt mortem Athanaſij, per Imperatorem Alexandrinę Eccleſiæ obtruſus Epiſcopus, cùm acerrimum bellum cõtra religioné Catholicam animo cõcépiſſet; monachos omniũ *Soz. l. 6. c. 20.*

primò

primò aggreſſus eſt, quod populus ab ipſis depéderet, vt illis perſuaſione aut tyrannide ſeductis, res confecta videretur: ſed longe ſecus euenit. Pernitioſiſsima quoque Apollinarij hæreſis per Monachos præcipuè oppreſſa eſt. Populus enim, authore Sozomeno, monachos ob virtutes admirabatur, & verũ hoc eſſe credebat, quod ipſi ſentirent: eoſque veritatem retinere arbitrabatur, quorũ preces Deus exaudiret, quique vita & operibus ſuis fidem ſuam, velut certiſsimis teſtimonijs confirmarent, maximorum quoque miraculorum patratores, & virtutis magiſtri apparebant. Quocirca Epiſcopi & catholicæ eccleſiæ Antiſtites crebrò eos in vrbem euocabant, ad ſedandos tumultus popularis, ad retinendam catholicam religionem, contra hæreticos atq; tyrannos. De Aphraate vide Theodoretum lib. 4. cap. 26. hiſtoriæ eccleſiaſticæ.

So. l. 6. c. 27.

Niceph. li. 11. cap. 17.

Et quoties catholici ab hæreticis diſſidebant, ac de ſalutæ publica, & veritate fidei orthodoxę digladiabantur, vtraque pars ardentiſsimo ſtudio monachos ſibi coniungere, propter ſummá eorum authoritatem, laborabat.

Quando Catholici in Africa in ſanctimonialibus oſtentabant quoddam decus

Eccle-

Eccleſiæ, valde hoc agebant Donatiſtæ, vt eas ad ſe pollicerent: ſicut indicat Auguſtinus epiſtola 169 & Optatus libro ſexto contra Parmenianum.

Arriani ſuas hæreſes Antiochenis obtruſuri, monachos eas probare, & contra Athanaſium ſentire, mentiebantur. Idcirco B. Athanaſium calumnijs & mendacijs oneraturi hæretici, monachum quendam, authoritatis gratia, accuſatorem ſubornarent. *Theodoretus li. 4. c. 27. So. li. 2. ca. 23.*

Tempore Anaſtaſij Auguſti, contra ſynodum Oecumenicam Chalcedonenſem, hæretici monachorum authoritate abuti ſtudebant: ſed Theodoſius vir pietate & eruditione clariſsimus, ac monachorum princeps, coram frequenti populo, qui non mediocriter hæreticorum fraude ſeductus atque perſuaſus erat, apperta voce pronunciabat: *Si quis quatuor ſynodos, quatuor Euangelijs non exæquat, anathema.* His verbis perinde atque angelus quidã è cælo miſſus populũ ita cõfirmauit, vt illico ad Imperatorem literas darent, quibus ſe nulla ratione à traditionibus Patrum, etiam ſub extremo capitis & fortunarum ſuarum diſcrimine, receſſuros ſignificarent: vt author eſt Nicephorus lib. 16. ca. 33.

Alius Monachus, Sabba nomine, ad ipſum

Niceph. lib. 6. cap. 32. ſum Imperatorem pro Helia Hieroſolymitano Hierarcha, legationem ſuſcepit, & ne Eccleſiam Dei, atq; viros Catholicos ampliùs vexaret, perſuaſit talibus *Heliæ* literis inſtructus: Eremi incolas, & cum illis Sabbam, ſolitudinis caput, oratores pro Eccleſijs, ad Celſitudinem tuã mittimus. Tu verò ô Imperator diuinos eorum labores atque ſudores reueritus, finem bello, quod contra Eccleſiãm ſuſceptum eſt, imponito, neque cladem vlteriùs progredi ſinito: curæ enim tibi eſſe, vt quæ Deo grata ſint facias, qui tibi diadema cõceſsit, perſuaſum habeo. Plures quoque optimi Monachi periculoſiſſimas, pro tranquillitate publica, & Catholica religione ad diuerſos Imperatores, Reges atque Magiſtratus, legationes *Niceph. l. 12. cap. 44.* ſuſceptas, dextrè & feliciter, magno cum vniuerſi orbis fructu, perfecerunt. Inter Euſebium Cęſarienſem & Baſilium *Magnum* exortum diſsidium compoſuerunt: vt in Monodia Baſilij refert *Nazianzenus*. Sozomenus & Nicephorus authores *Sozo. l. 1. c. 13. Niceph. li. 8. cap. 40.* ſunt, quòd multi pauperes atque egeni S. Antonium ex eremo in vrbes adduxerint, vt eorum *Patronus* & interceſſor apud magiſtratus fieret.

Crudeliſsimos etiam tyrannos, & acerrimos reipublicæ Chriſtianę hoſtes, quos

nemo admonere audebat, monachi audacter redarguerunt, vt à tam nefario ſcelere abſtinerent. Vt de Iſcalico refert Sozomenus,lib.6.cap.40.hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.Etſi Nicephorus li.11.ca.50. Iſaacium appellat.

Tempore Lotharij Imperatoris crudeliſsima bella, & pernicioſiſsimos motus in Germania S. Bernardus Claræuallenſis Abbas compoſuit.

Anno Domini 1297. Pontifex miſit Generales Miniſtros FF. Minorum & Prædicatorum, vt teſtes fierent ſolennium induciarum confirmatarum. Iac. Meierus lib.10.Annal.Fland. *Ad* hęc,rem literariam, & ſapientiæ ſtudia incredibiliter in omnibus ferè Prouincijs Monachi promouerunt. Duo enim ex Anglia ad Carolum Magnum in Galliam nauigârunt, quorum ſtudio & induſtria bonæ litteræ, & vera ſapientia Pariſijs & Papiæ reſuſcitata fuit. Coloniam *A*grippinam (quam è multis hîc honoris cauſſa nomino) D. Thomas Aquinas, Albertus Magnus, Ioannes Scotus Doctor ſubtilis, &c. doctiſsimis prælectionibus, & ſcriptis commentarijs, exornârunt. Tandem Monachi ex quatuor Ordinibus mendicantium à S.P.Q.Colonienſi ad Vrbanum PP. VI.

miſsi,

miſsi, effecerunt, vt publicam ibi omnium liberalium artium Academiam habere liceret, quæ toti Germaniæ, & ſacro Romano Imperio vtiliſsima fuit. In *Academia* Duacenſi ſuperioribus annis duo *Abbates* egregia literarum gymnaſia erexerunt.

De Hieronymo, Auguſtino, *Baſilio*, Epiphanio & reliquis, nihil in præſens volo dicere. Deus bone, quantum Gratianus & Panormitanus Iuriſconſultis profuerunt? Meritò igitur fuit hoc Monachi nomen olim in ſummo honore, ac celebritate, quando religioſi viri & fœminæ pietati & ſanctimoniæ taliter ſtudebant. Conſtantinus Magnus *Antonio* Eremitæ ſeipſum, cum vxore, liberis, atque Imperio per peculiares literas commendabat: & tanquam integerrimum amicum, quibuſcunque rebus indigeret, ad ſe reſcribere iuſsit. Eutichiani quoque Monachi amicitiam Conſtantinus Imperator quæſiuit: quoniam raræ ſanctitatis vir, incurabiles morbos, authore Deo profligabat: ideoque Imperatori adeo charus erat, vt nihil quicquam in gratiam ipſius facere recuſaret. *Multaque* religioſis priuilegia indulſit: tunc reipublicæ benè cõſuli exiſtimans, ſi Deus rectè coleretur, & cœleſtis Philoſphia floreret. Quomodo

Ruff. li. 1. c. 8. Sozo. l. 1. c. 13. Niceph. lib. 8. cap. 40.

Niceph. lib. 8. cap. 41. Sozo. l. 1. c. 14

Sozo. l. 1. c. 9.

Con-

Conſtantini mater Helena, ſacris virginibus tanquam Chriſti ſponſis, miniſtrarit, iam antè eſt recitatum. *Ruff. li. 1. c. 8.*

Theodoſius Imperator Deo gratiſsimus, vtroque pacis & bellorum tempore, Ioannem quendam inſignem monachum adhibere in conſilium ſolebat, & de illius ſententia bellum ſuſcipere vel non ſuſcipere. Carolus Magnus in exercitu monachos circumducebat, qui pro felici euentu, & tranquillo Imperio Deum precarentur: ac tunc demum ſeſe rem Deo gratiſsimam, & reipublicæ in primis ſalutarem, atque vtilem facere arbitrabatur, ſi religioſis viris & fœminis cœnobia extrueret. Cuius exemplo infiniti Chriſtiani Principes, virtutis atq; religionis gloria præcellentes, vt ædes ſacras & cœnobia ędificarēt, opes cōferrēt, quibus virgines alerētur, & monachi perpetuò religioni vacarent, permoti fuerunt. De Alphōſo Aragonū rege ſcribit Panormitanus, lib. 1. cap. 19. quod virgines ſacras mirificè honorarit, & infinitis dotem aſsignarit, quam cœnobijs offerrent. Quod cum fiebat, erant illi Principes propter religionis ſtudium, & ſanctorum hominum ardentiſsimas preces, Deo chari, victorijs illuſtres, & rerū geſtarum gloria chariſsimi, ac ſalus patriæ *Ruff. l. 2. c. 19 Nice. l. 12. ca. 39. P. Diaconus in vita Theodoſij*

erat ab ijs egregiè conſtituta.

Quantoperè omnes gentes religioſos & monachos, philoſophosq́; coluerint, fouerint, & collegia eorũ aduerſus omnem iniuriam defenderint, ſupra commemoraui.

P. Hieron. Platus lib. 2. cap. 37. De Virginum Veſtalium, & ſummorum Pontificum apud Romanos veneratione ante dictũ eſt. De Flamine Diali legitur: tantam fuiſſe eius auctoritatem, vt ad eum, tanquam ad aſylum, vulgo concurrerent: qui enim ad eius pedes accidiſſent, vincti ſoluebantur, noxijs pœna omnis condonabatur. Apud Iaponenſes Bonzij, tanto in pretio eſſe dicuntur, quaſi Dij quidam terreſtres: quorum arbitrio omnia agantur, Regnaque ſæpe dentur & adimantur.

Ipſis gentilibus, inquit *Ambroſius*, inter aras & focos venerabilis ſolet eſſe virginitas, & in quibus nulla meritorum eſt pietas, nulla mentis integritas, in ijs tamen carnis virginitas prædicatur. *A* prophanis cæremonijs virgines nemo prohibet, ab Eccleſia Dei virginitas arcebitur? Illic coguntur, quod non docentur: hic interdicitur, quod non licet non doceri? illic præmijs reuocantur à nuptijs, hic ad nuptias arctabuntur iniurijs? illic violentia fit vt capiantur, hic fiet violentia,

lentia, ne profiteantur? Deus bone, quid iam diceret, quibus verbis vteretur Ambroſius? Nam olim Virgines Veſtales apud priſcos in Paganiſmo Romanos tantoperè colebantur, vt omnes Ordines illis via, loco, ſede, ſumma cum veneratione cederent: omnes religioſè eas honorabant, Collegiumque ipſum diligenter tuebantur, ornabant, amplificabant. Quid Chriſti virginibus ſæpe nunc eueniat, non indiget verbis, res ipſa loquitur.

De Veſtalibus cecinit Prudentius lib. 2. contra Symmachum.

Fertur per medias, vt publica pompa, plateas
Pilento reſidens molli, ſeq; ore retecto
Implicat attonitæ virgo ſpectabilis vrbi.

Ambroſius taxat Valentinianum Imperatorem, quòd nulla ſacris virginibus priuilegia concederet: cùm Paganos Veſtalium honorem, bona & priuilegia tanto ſtudio tueri videret. *Lib. 5. epiſt. 30.*

Hieronymus refert, quòd Aegyptij etiam non veros Monachos ita venerati ſint, vt ipſorum opera cariùs emerent, quàm aliorum artificum, quaſi ars eſſet ſancta, non vita. *Ad Euſtoch. de cuſtodia virgin.*

Iuſtiniani Imperatoris conſtitutio eſt; Quidã volentes corrumpere orthodoxę fidei honeſtatem, ſi litem habuerint cum

monachis aut aſsiſterijs, ciuiles Iudices interpellant, at illi mittunt executores, præſumentes accedere intra loca ſancta, & monachos trahere, atque monaſteria vel aſsiſterias inquietare; forſan eas quæ non videntur. Et huic iniuriam, & confuſionem non paruam adorabilibus fieri locis, ac rem non rectam fieri cognouimus: Propterea ſancimus, ſi quis, quamcunque habuerit cauſſam, cum aliquibus venerabilibus ſanctimonialibus, aut ſacris virginibus, aut mulieribus omninò in monaſterijs conſiſtentibus, Deo amabilem ciuitatis illius Epiſcopum interpellet. Accelerari etiam lites ſancimus monachis illibatis, vt non mens eorum occupetur circa litis ſollicitudinem, ſed velociter liberati ſacris operibus obſecundent.

Auth. Multò magis C. de ſacroſ. eccle. ſijs. ca. quia 16. q. 1.

Similis eſt iſta conſtitutio: Multò magis prohibetur ipſius monaſterij alienatio, qua redeat in antiquum ſtatum, & ſecularem vſum. Huc pertinet Caroli & Ludouici Imperatorum ſanctio: Quia iuxta ſanctorum Patrum traditionem nouimus res Eccleſiæ vota fidelium eſſe, precia peccatorum, & patrimonia pauperum, cuique non ſolum habita conſeruare, verumetiã, Deo opitulante, conferre optamus: vt ab eccleſiaſticis officijs, de

diui-

diuidẽdis rebus eccleſiæ, ſuſpitionẽ dudũ conceptũ penitus amoueamus, ſtatuimus, vt neq; noſtris, neq; filiorũ, &, Deo diſpenſante, ſucceſſorum noſtrorum temporibus, vllam penitus diuiſionem aut iactur am patiantur.

Iure conſtitutum eſt; Ne liceat parentibus filios religionem ingreſſos è monaſterijs abſtrahere: neque propterea ab hæreditate excludere. L. vlt. §. 2. C. de Epiſcop. & cleric. Gratianus 19. q. vlt. Didacus Couarruuias, ad c. 30. de teſt.

Ipſis quoque Epiſcopis ſacri Canones grauiſsimè interdixerunt, ne monaſteria *c. 3. de Cenſib.* exſpolient, atque euertant, vel indignis *& 18. q. 2* oneribus grauent. In Concilio Hiſpalenſi *Concil. Hiſp. 2. can. 10.* decretum extat: Si quis noſtrum, vel nobis ſuccedentium ſacerdotum quodlibet monaſterium, aut vi cupiditatis exſpoliandum, aut ſimulatione aliqua fraudis conuellendum aut diſſoluendum tentauerit: anathema effectus maneat, & à regno Dei extraneus. Nec proficiat illi bonum fidei vel operis ad ſalutem, qui tantę & ſalutaris vitę deſtruxerit tramitem. Super hos enim vniuerſi illius Prouinciæ Epiſcopi congregati, eundem ſacrilegum cœtuſque ſui euerſorem à communione ſuſpendant, & quod impiè vnus ſubuertit, omnes reſtaurent.

Inter quatuor, de relig. domibus.

Monaſteria nō ſunt in collegia cōuertēda, nec in Epiſcopatus, niſi monachi planè defecerint.

Innocentius III. ad Conſtantinopolitanum Patriarcham reſcripſit: Quamdiu monaſteria per regulares remanere potuerint ordinata, non ſunt ad ſeculares clericos transferenda: ſed ſi regulares defuerint, propter eorum defectum in iis ſeculares clerici poterint ordinari. Et in epiſtola quadam ad Archiepiſcopum Rhemenſem reſcribit: Licere ipſi nouum Epiſcopatum erigere, vt tamen monachi nullatenus excludantur, quod ſacris canonibus ſancitum ſit; vt ſemel Deo dedicata monaſteria, ſemper maneant monaſteria. Et alia epiſtola ad Cantuarienſem Archiepiſcopum, præcipit, vt ex cœnobio factum collegium, in antiquum ſtatum reducat.

Gregor. X. c. vnico. §. penult. de religioſis domibus in 6. profitetur: monachos preſertim Dominicanos & Frāciſcanos, vniuerſæ Eccleſiæ catholicę vtiliſsimos extitiſſe. Gregor. 9. epiſt. & vniuerſos Eccleſiarum Prælatos (quæ in c. Nimis iniqua, & c. Nimis praua. ext. de exceſsibus Prælat. recitatur) illos honorandos & defendendos, minimè autem iniuriâ afficiendos reſcripſit.

Quod Clemens V. Clementina 2. de ſepult. & Clem. Vnica. de exceſsibus Prelatorū. Et Bonifacius 8. extrauagāti cómuni 2.

ni 2.de ſepulturis. Benedictus XI. extrauagāti cōmuni 1.de priuilegijs, cōfirmāt.

Tanto ſtudio Epiſcopi olim cœnobia exſtruebant, monachosq; alebāt, vt pauperiores euaderent. Ideoq; tunc in ConcilioConſtantinopolitano, quod in templo SS. Apoſtolorum congregatum fuit, canone 7. modus dādi cœnobijs præſcriptus eſt. Si nunc auferendi ſpoliandique modum omnes tenerent. Adde c.4. Cōcilij Chalcedonenſis,&c. Qui verè 16.q.1.

Porrò, ſacrilegi atq; bonorum hominum oppreſſores & tyranni, grauiſsimè ſemper à Deo puniti fuerunt. Scriptura Sacra commemorat, quòd olim duo & quadraginta pueri per vrſos lacerati fuerint, qui Heliſæo prophetæ, & monacho, iniurias intulerant, pro contumelia, caluum appellantes. Heliodorus ſacrū theſaurum manibus auaris contrectare volebat, verùm ab Angelo Dei taliter caſtigatus eſt, vt omnes inde exemplū caperēt, huiuſmodi ſacrilegio abſtinendi. Antiochus etiam Rex templū Hieroſolymitanū ſpoliarat, ſed hāc iniuriā ita Deus vltus fuit, vt ſcelus ſuū libenter Antiochus agnoſceret, & omnia ſe reſtituturū cū fœnore, deniq; Iudęū futurum promitteret. Quid Balthaſaro Regi Babyloniæ acciderit, quòd res ſacras proſanaret, hiſt. Dan. teſtatur.

4. Rég. 2. *2. Mach. 3.* *2. Mach. 9.* *Ioſep. l. 12. ca. 13.* *Daniel. c. 5.*

Marl.l.3.c.11 Titus Romanorum Imperator, ſacra vaſa ex templo Hieroſolymitano aſportauit, quæ Veſpaſianus in templo Pacis Romæ collocabat: ſed non diu poſt, horrendo incendio conflagrauit. Q. Cepio *Gel.li.3.c.9.* Conſul Romanus Toloſanum Galliæ fanum ſpoliauit, ſed ipſe ex ditiſsimo pauperrimus euaſit: & quiſquis ex ea direptione aurum attigerat, miſero cruciabiliq́ue exitu perijt. Vnde natum prouerbium: *Aurum Toloſanum habet.* Conſtantinus *Zonoras li.3. annalium* V. Græcorum Imperator religioſos Dei cultores perſequi cœperat, ſed ſtatim elephantia perijt. *Eſpenc.l.4.de continentia.*

Idem in ſacerdotibus tentauit Vitiza Gotthorum rex in Hiſpanijs: verum prælio ſuperatus, & captus, excæcatuſq́ue in carcere teterrimo deceſsit. Valens Imperator contra Barbaros exercitum educturus, ab Iſcalico Monacho admonebatur, vt ablatas Catholicis Eccleſias reſtitueret, alioqui ex bello non eſſet rediturus: ipſe tamen eas non modo reddidit, ſed Monachum quoq; in vincula coniectum punire decreuerat: at ex bello profugus in caſa quadam à Gothis exuſtus eſt. *Sozo.l.6.c.fi. Niceph.li.11. cap.50. vocat Iſaacium.* Nero, Domitianus, Decius, Diocletianus, Iulianus, qui religioſos homines, & Eccleſiam Dei perſecuti ſunt, quam miſerè perierint, omnes hiſtoriæ loquuntur. *Ioſephus lib. 14.cap.8.*

Pompe-

Pompeius Magnus, poſtquam Hieroſolymis ſancta ſanctorum ſuperbè ingreſſus, Deum cæli offenderat, nihil amplius feliciter geſsiſſe creditur. Marcus verò Craſſus, pecuniam & res ſacras, quas Pompeius non attigerat, abſtulit: quare contra Parthos mouens, ſtatim ſine gloria occubuit. Scribit Sozomenus: multos viros nobiles propter ſacrilegia atque impietatem fuiſſe à vermibus conſumptos. Et de Clodoueo 2. Gallorum Rege ſcriptum reperitur: inſanum euaſiſſe Regem, quod fanum S. Dionyſij ſpoliaſſet, ſumpto prætextu, quaſi res ſacras pauperibus vellet diſtribuere. Quàm grauiter in omni hominum memoria puniti fuerint, qui idolorum etiam templa ſpoliarent, & falſorum Deorum ſacerdotes, & nymphas iniurijs afficerent, Galatarum & Phocenſium exempla teſtantur. Vehementerque Dijs gratum fuiſſe traditur, quod Philippus Macedonum Rex ſacrilegos iſtos, fanique Apollinis Delphici ſpoliatores, bello perſequeretur. Non quod impium & ſuperſtitioſum cultum Deus aboleri nollet (nam Iudæis, qui veri Dei cognitionem habebant, vt falſorũ Deorum delubra & fana euerterent, præceptum erat) ſed homines imperitos, diuinum numen, quod ſub iſtis nominibus

Ioſeph. li. 14. cap. 13.

Sozo. l. 5. c. 8.

Io. Tilius in chro. Galliæ.

Gratianus 12. q. 2. Lactant. l. 2. cap. 8. Leonard. Aretinus in comment. rerum græcarum ex Xenophonte. Iuſti. l. 8. hiſt.

Niceph. lib. 6. cap. 32. ſum Imperatorem pro Helia Hieroſolymitano Hierarcha, legationem ſuſcepit, & ne Eccleſiam Dei, atq; viros Catholicos ampliùs vexaret, perſuaſit talibus *Heliæ* literis inſtructus: Eremi incolas, & cum illis Sabbam, ſolitudinis caput, oratores pro Eccleſijs, ad Celſitudinem tuã mittimus. Tu verò ô Imperator diuinos eorum labores atque ſudores reueritus, finem bello, quod contra Eccleſiam ſuſceptum eſt, imponito, neque cladem vlteriùs progredi ſinito: curæ enim tibi eſſe, vt quæ Deo grata ſint facias, qui tibi diadema cõceſsit, perſuaſum habeo. Plures quoque optimi Monachi periculoſiſſimas, pro tranquillitate publica, & Catholica religione ad diuerſos Imperatores, Reges atque Magiſtratus, legationes *Niceph. l. 12. cap. 44.* ſuſceptas, dextrè & feliciter, magno cum vniuerſi orbis fructu, perfecerunt. Inter Euſebium Cęſarienſem & Baſilium Magnum exortum diſsidium compoſuerunt: vt in Monodia Baſilij refert *Nazianzenus*. *Sozo. l. 1. c. 13.* Sozomenus & Nicephorus authores *Niceph. li. 8. cap. 40.* ſunt, quòd multi pauperes atque egeni S. Antonium ex eremo in vrbes adduxerint, vt eorum Patronus & interceſſor apud magiſtratus fieret.

Crudeliſsimos etiam tyrannos, & acerrimos reipublicæ Chriſtianę hoſtes, quos nemo

nemo admonere audebat, monachi audacter redarguerunt, vt à tam nefario ſcelere abſtinerent. Vt de Iſcalico refert Sozomenus, lib. 6. cap. 40. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Etſi Nicephorus li. 11. ca. 50. Iſaacium appellat.

Tempore Lotharij Imperatoris crudeliſsima bella, & pernicioſiſsimos motus in Germania S. Bernardus Claræuallenſis Abbas compoſuit.

Anno Domini 1297. Pontifex miſit Generales Miniſtros FF. Minorum & Prædicatorum, vt teſtes fierent ſolennium induciarum confirmatarum. Iac. Meierus lib. 10. Annal. Fland. Ad hæc, rem literariam, & ſapientiæ ſtudia incredibiliter in omnibus ferè Prouincijs Monachi promouerunt. Duo enim ex Anglia ad Carolum Magnum in Galliam nauigârunt, quorum ſtudio & induſtria, bonæ litteræ, & vera ſapientia Pariſijs & Papiæ reſuſcitata fuit. Coloniam Agrippinam (quam è multis hîc honoris cauſſa nomino) D. Thomas Aquinas, Albertus Magnus, Ioannes Scotus Doctor ſubtilis, &c. doctiſsimis prælectionibus, & ſcriptis commentarijs, exornârunt. Tandem Monachi ex quatuor Ordinibus mendicantium à S.P.Q. Colonienſi ad Vrbanum PP. VI. miſsi,

miſsi, effecerunt, vt publicam ibi omnium liberalium artium Academiam habere liceret, quæ toti Germaniæ, & ſacro Romano Imperio vtiliſsima fuit. In Academia Duacenſi ſuperioribus annis duo Abbates egregia literarum gymnaſia erexerunt.

De Hieronymo, Auguſtino, Baſilio, Epiphanio & reliquis, nihil in præſens volo dicere. Deus bone, quantum Gratianus & Panormitanus Iuriſconſultis profuerunt? Meritò igitur fuit hoc Monachi nomen olim in ſummo honore, ac celebritate, quando religioſi viri & fœminæ pietati & ſanctimoniæ taliter ſtudebant. Conſtantinus Magnus Antonio Eremitæ ſeipſum, cum vxore, liberis, atque Imperio per peculiares literas commendabat: & tanquam integerrimum amicum, quibuſcunque rebus indigeret, ad ſe reſcribere iuſsit. Eutichiani quoque Monachi amicitiam Conſtantinus Imperator quæſiuit: quoniam raræ ſanctitatis vir, incurabiles morbos, authore Deo profligabat: ideoque Imperatori adeo charus erat, vt nihil quicquam in gratiam ipſius facere recuſaret. Multaque religioſis priuilegia indulſit: tunc reipublicæ benè cōſuli exiſtimans, ſi Deus rectè coleretur, & cœleſtis Philoſphia floreret. Quomodo Con-

Ruff. li. 1. c. 8. Sozo. l. 1. c. 13. Niceph. lib. 8. cap. 40.

Niceph. lib. 8. cap. 41. Sozo. l. 1. c. 14

Sozo. l. 1. c. 9.

Conſtantini mater Helena, ſacris virginibus tanquam Chriſti ſponſis, miniſtrarit, iam antè eſt recitatum.

Ruff.li.1.c.8.

Theodoſius Imperator Deo gratiſsimus, vtroque pacis & bellorum tempore, Ioannem quendam inſignem monachum adhibere in conſilium ſolebat, & de illius ſententia bellum ſuſcipere vel non ſuſcipere. Carolus Magnus in exercitu monachos circumducebat, qui pro felici euentu, & tranquillo Imperio Deum precarentur: ac tunc demum ſeſe rem Deo gratiſsimam, & reipublicæ in primis ſalutarem, atque vtilem facere arbitrabatur, ſi religioſis viris & fœminis cœnobia extrueret. Cuius exemplo infiniti Chriſtiani Principes, virtutis atq; religionis gloria præcellentes, vt ædes ſacras & cœnobia ędificarẽt, opes cõferrẽt, quibus virgines alerẽtur, & monachi perpetuò religioni vacarent, permoti fuerunt. De Alphõſo Aragonũ rege ſcribit Panormitanus, lib. 1. cap. 19. quod virgines ſacras mirificè honorarit, & infinitis dotem aſsignarit, quam cœnobijs offerrent. Quod cum fiebat, erant illi Principes propter religionis ſtudium, & ſanctorum hominum ardentiſsimas preces, Deo chari, victorijs illuſtres, & rerũ geſtarum gloria chariſsimi, ac ſalus patriæ

Ruff.l.2.c.19 Nice.l.12.ca. 39.P. Diaconus in vita Theodoſij

erat ab ijs egregiè conſtituta.

Quantoperè omnes gentes religioſos & monachos, philoſophosq; coluerint, fouerint, & collegia eorũ aduerſus omnem iniuriam defenderint, ſupra commemoraui.

P. Hieron. Platus lib. 2. ca. 37. De Virginum Veſtalium, & ſummorum Pontificum apud Romanos veneratione ante dictũ eſt. De Flamine Diali legitur: tantam fuiſſe eius auctoritatem, vt ad eum, tanquam ad aſylum, vulgo concurrerent: qui enim ad eius pedes accidiſſent, vincti ſoluebantur, noxijs pœna omnis condonabatur. Apud Iaponenſes Bonzij, tanto in pretio eſſe dicuntur, quaſi Dij quidam terreſtres: quorum arbitrio omnia agantur, Regnaque ſæpe dentur & adimantur.

Ipſis gentilibus, inquit Ambroſius, inter aras & focos venerabilis ſolet eſſe virginitas, & in quibus nulla meritorum eſt pietas, nulla mentis integritas, in ijs tamen carnis virginitas prædicatur. A prophanis cæremonijs virgines nemo prohibet, ab Eccleſia Dei virginitas arcebitur? Illic coguntur, quod non docentur: hic interdicitur, quod non licet non doceri? illic præmijs reuocantur à nuptijs, hic ad nuptias arctabuntur iniurijs? illic violentia fit vt capiantur, hic fiet violentia,

lentia, ne profiteantur? Deus bone, quid iam diceret, quibus verbis vteretur *Ambroſius*? Nam olim Virgines Veſtales apud priſcos in Paganiſmo Romanos tantoperè colebantur, vt omnes Ordines illis via, loco, ſede, ſumma cum veneratione cederent: omnes religiosè eas honorabant, Collegiumque ipſum diligenter tuebantur, ornabant, amplificabant. Quid Chriſti virginibus ſæpe nunc eueniat, non indiget verbis, res ipſa loquitur.

De Veſtalibus cecinit Prudentius lib. 2. contra Symmachum.

Fertur per medias, vt publica pompa, plateas
Pilento reſidens molli, ſeq; ore retecto
Implicat attonitæ virgo ſpectabilis vrbi.

Ambroſius taxat Valentinianum Imperatorem, quòd nulla ſacris virginibus priuilegia concederet: cùm Paganos Veſtalium honorem, bona & priuilegia tanto ſtudio tueri videret. *Lib. 5. epiſt. 30.*

Hieronymus refert, quòd Aegyptij etiam non veros Monachos ita venerati ſint, vt ipſorum opera cariùs emerent, quàm aliorum artificum, quaſi ars eſſet ſancta, non vita. *Ad Euſtoch. de cuſtodia virgin.*

Iuſtiniani Imperatoris conſtitutio eſt; Quidã volentes corrumpere orthodoxæ fidei honeſtatem, ſi litem habuerint cum

monachis aut aſsiſterijs, ciuiles Iudices interpellant, at illi mittunt executores, præſumentes accedere intra loca ſancta, & monachos trahere, atque monaſteria vel aſsiſterias inquietare; forſan eas quæ non videntur. Et huic iniuriam, & confuſionem non paruam adorabilibus fieri locis, ac rem non rectam fieri cognouimus: Propterea ſancimus, ſi quis, quamcunque habuerit cauſſam, cum aliquibus venerabilibus ſanctimonialibus, aut ſacris virginibus, aut mulieribus omninò in monaſterijs conſiſtentibus, Deo amabilem ciuitatis illius Epiſcopum interpellet. Accelerari etiam lites ſancimus monachis illibatis, vt non mens eorum occupetur circa litis ſollicitudinem, ſed velociter liberati ſacris operibus obſecundent.

Auth. Multò magis C. de ſacroſ. eccleſijs. *ca. quia 16. q. 1.* Similis eſt iſta conſtitutio: Multò magis prohibetur ipſius monaſterij alienatio, qua redeat in antiquum ſtatum, & ſecularem vſum. Huc pertinet Caroli & Ludouici Imperatorum ſanctio: Quia iuxta ſanctorum Patrum traditionem nouimus res Eccleſiæ vota fidelium eſſe, precia peccatorum, & patrimonia pauperum, cuique non ſolum habita conſeruare, verumetiā, Deo opitulante, conferre optamus: vt ab eccleſiaſticis officijs, de diui-

diuidēdis rebus eccleſiæ, ſuſpitionē dudū conceptū penitus amoueamus, ſtatuimus, vt neq; noſtris, neq; filiorū, &, Deo diſpenſante, ſucceſſorum noſtrorum temporibus, vllam penitus diuiſionem aut iactura m patiantur.

Iure conſtitutum eſt; Ne liceat parentibus filios religionem ingreſſos è monaſterijs abſtrahere: neque propterea ab hæreditate excludere. L. vlt. §. 2. C. de Epiſcop. & cleric. Gratianus 19. q. vlt. Didacus Couarruuias, ad c. 30. de teſt.

Ipſis quoque Epiſcopis ſacri Canones grauiſsimè interdixerunt, ne monaſteria exſpolient, atque euertant, vel indignis oneribus grauent. In Concilio Hiſpalenſi decretum extat: Si quis noſtrum, vel nobis ſuccedentium ſacerdotum quodlibet monaſterium, aut vi cupiditatis exſpoliandum, aut ſimulatione aliqua fraudis conuellendum aut diſſoluendum tentauerit: anathema effectus maneat, & à regno Dei extraneus. Nec proficiat illi bonum fidei vel operis ad ſalutem, qui tantę & ſalutaris vitę deſtruxerit tramitem. Super hos enim vniuerſi illius Prouinciæ Epiſcopi congregati, eundem ſacrilegum cœtusque ſui euerſorem à communione ſuſpendant, & quod impiè vnus ſubuertit, omnes reſtaurent.

c. 3. de Cenſib. & 18. q. 2. Concil. Hiſp. 2. can. 10.

In c. Inter quatuor, de relig. domibus.

Innocentius III. ad Conſtantinopolitanum Patriarcham reſcripſit: Quamdiu monaſteria per regulares remanere potuerint ordinata, non ſunt ad ſeculares clericos transferenda: ſed ſi regulares defuerint, propter eorum defectum in iis ſeculares clerici poterint ordinari. Et in epiſtola quadam ad Archiepiſcopum Rhemenſem reſcribit: Licere ipſi nouum Epiſcopatum erigere, vt tamen monachi nullatenus excludantur, quod ſacris canonibus ſancitum ſit; vt ſemel Deo dedicata monaſteria, ſemper maneant monaſteria. Et alia epiſtola ad Cantuarienſem Archiepiſcopum, præcipit, vt ex cœnobio factum collegium, in antiquum ſtatum reducat.

Monaſteria nõ ſunt in collegia cõuertẽda, nec in Epiſcopatus, niſi monachi planè defecerint.

Gregor. X. c. vnico. §. penult. de religioſis domibus in 6. profitetur: monachos preſertim Dominicanos & Fráciſcanos, vniuerſæ Eccleſiæ catholicę vtiliſsimos extitiſſe. Gregor. 9. epiſt. & vniuerſos Eccleſiarum Prælatos (quæ in c. Nimis iniqua, & c. Nimis praua. ext. de exceſsibus Prælat. recitatur) illos honorandos & defendendos, minimè autem iniuriá afficiendos reſcripſit.

Quod Clemens V. Clementina 2. de ſepult. & Clem. Vnica. de exceſsibus Prelatorũ. Et Bonifacius 8. extrauagãti cõmuni 2.

ni 2.de ſepulturis. Benedictus XI. extrauagāti cōmuni 1.de priuilegijs, cōfirmāt.

Tanto ſtudio Epiſcopi olim cœnobia exſtruebant, monachosq; alebāt, vt pauperiores euaderent. Ideoq; tunc in Concilio Conſtantinopolitano, quod in templo SS. Apoſtolorum congregatum fuit, canone 7. modus dādi cœnobijs præſcriptus eſt. Si nunc auferendi ſpoliandique modum omnes tenerent. Adde c.4. Cōcilij Chalcedonenſis, &c. Qui verè 16.q.1.

Porrò, ſacrilegi atq; bonorum hominum oppreſſores & tyranni, grauiſsimè ſemper à Deo puniti fuerunt. Scriptura Sacra commemorat, quòd olim duo & quadraginta pueri per vrſos lacerati fuerint, qui Heliſæo prophetæ, & monacho, iniurias intulerant, pro contumelia, caluum appellantes. Heliodorus ſacrū theſaurum manibus auaris contrectare volebat, verùm ab Angelo Dei taliter caſtigatus eſt, vt omnes inde exemplū caperēt, huiuſmodi ſacrilegio abſtinendi. Antiochus etiam Rex templū Hieroſolymitanū ſpoliarat, ſed hāc iniuriā ita Deus vltus fuit, vt ſcelus ſuū libenter Antiochus agnoſceret, & omnia ſe reſtituturū cū fœnore, deniq; Iudęū futurum promitteret. Quid Balthaſaro Regi Babyloniæ acciderit, quòd res ſacras profanaret, hiſt. Dan. teſtatur.

4. Reg. 2. *2. Mach. 3.* *2. Mach. 9.* *Ioſep. l. 12. ca. 13.* *Daniel. c. 5.*

 Ti-

Pompeius Magnus, poſtquam Hieroſolymis ſancta ſanctorum ſuperbè ingreſſus, Deum cæli offenderat, nihil amplius feliciter geſsiſſe creditur. Marcus verò Craſſus, pecuniam & res ſacras, quas Pompeius non attigerat, abſtulit: quare contra Parthos mouens, ſtatim ſine gloria occubuit. Scribit Sozomenus: multos viros nobiles propter ſacrilegia atque impietatem fuiſſe à vermibus conſumptos. Et de Clodouęo 2. Gallorum Rege ſcriptum reperitur: inſanum euaſiſſe Regem, quod fanum S. Dionyſij ſpoliaſſet, ſumpto prætextu, quaſi res ſacras pauperibus vellet diſtribuere. Quàm grauiter in omni hominum memoria puniti fuerint, qui idolorum etiam templa ſpoliarent, & falſorum Deorum ſacerdotes, & nymphas iniurijs afficerent, Galatarum & Phocenſium exempla teſtantur. Vehementerque Dijs gratum fuiſſe traditur, quod Philippus Macedonum Rex ſacrilegos iſtos, fanique Apollinis Delphici ſpoliatores, bello perſequeretur. Non quod impium & ſuperſtitioſum cultum Deus aboleri nollet (nam Iudæis, qui veri Dei cognitionem habebant, vt falſorũ Deorum delubra & fana euerterent, præceptum erat) ſed homines imperitos, diuinum numen, quod ſub iſtis nominibus

Ioſeph. li. 14. cap. 13.

Sozo. l. 5. c. 8.

Io. Tilius in chr. Galliæ.

Gratianus 12. q. 2. Lactant. l. 2. cap. 8. Leonard. Aretinus in comment. rerum græcarum ex Xenophonte. Iuſti. l. 8. hiſt.

Apollinis atque Mineruæ, latebat, contumelia afficere, nequaquam permiſit. Neque ob contemptum Apollinem, ſed propter diuini numinis læſam Maieſtatem caſtigati fuêre: neque ſacrilegi iſti pœnas Apollini dederunt, ſed eorum ſcelus & crudelitatem verus Deus, per Philippum aut alios Principes, qui hoc ignorabant, vltus eſt. Quid ergo expectandum erit his, qui pietatis & ſanctimoniæ ſcholas, clauſtra pudicitiæ perfringunt, pudoris ſepta reuellunt, Deo ſacra loca diripiunt atque euertunt, caſtitatem pudicitiamque opprimere, & extinguere, ne vſquam poſthac in terris appareat, conantur. Nec, quantum in ipſis eſt, patiuntur exiſtere, qui regni cœleſtis amore, Chriſti conſilium ſecuti, velint curam huius mundi, & corporis voluptatem repudiare. Non conſiderantes, quàm malè per hoc de republica mereantur. Ablato enim religionis & virtutum ſtudio, publica etiam ſalus aufertur: euerſis cœnobijs & collegijs, egenorum promptuaria, nobilium receptacula, & vtiliſsimæ preces tolluntur.

Si quærat verò aliquis: Cur Deus talia
Rom.2. nunc fieri patiatur? Reſpondet illi Paulus: Ignoras, quia longanimitas Dei ad
Lib.2.ca.18. pœnitentiam te inuitat? Et Lactantius: Patitur

Patitur Deus homines errare, & aduerſum ſe quoque impios eſſe, ſed ipſe iuſtus, mitis, & patiẽs differt, donec veniat temporum finis, quo effundat iram ſuam in poteſtate, ac virtute cœleſti. Patitur ergo vt mala cum bonis pugnent, & vitia ſint aduerſa virtutibus: vt habeat alios quos puniat, alios quos honoret. Et: cùm maxima ſit Dei patientia, tamen, quamuis ſerò, noxios punit, nec patitur longiùs procedere, cùm eos inemendabiles eſſe peruiderit. *De ira Dei cap. 20.*

D. quoque Chryſoſtomus, admirantibus quibuſdam, cur, cùm Deus aqua diluuij totum mundum, & igne cœleſti Sodomam atque Gomorram ſubitò punierit, iam eadem, atque adeò grauiora ſcelera tam diu relinquat impunita? Reſpondet: Quia manet iſtos ignis alius longè grauior, cruciatusque finem nullum habens: atque vel puero cuiuis conſtat, quòd acerbiori & vehementiori pœnæ reſeruentur. Quæ ad Monaſteriorum direptores, & vexatores religioſorum hominum ab ipſo referuntur. Verùm vt ad preces eorum reuertatur oratio, Helias propheta & Monachus, oratione cælum claudere potuit, ne integro triénio plueret, idemque rurſus oratione aperuit. *Lib. 2. contra vitup. vitæ Monaſticæ.* *3. Reg. 18.* *Iacobus ca. 5.*

Oxidra-

Volaterranus lib.21. Oxidrachi apud Indos religioſi atque ſancti vocantur, quia oratione ſola vrbem ſuam florentiſsimam conſeruaſſe, Deorum immortalium præſidio, tot annos putabantur. Quid mirum ergo, ſi veri Monachi, & Chriſti ſponſæ, de Chriſtiana republica optimè mereri, *Hoc fatetur Valentinian. apud Theodoret. li.4. c.5.* ardentiſsimis precibus Deum placare, & crudeliſsima bella auertere atque extinguere dicantur? *Multum certè valet deprecatio iuſti aſsidua.* *Iac.1. Iuſt. q.110.* Hoc conſiderarunt primi illi Chriſtiani, qui religioſos in vaſtam eremum ſequebantur, vt de bonis externis eorum inopiam ſubleuarent, & orationum participes fierent? Conſiderauit idem Conſtantinus Magnus, quando S. Antonium *Ruff.li.1.c.8.* pro ſe orare cupiebat: idque multum ſibi prodeſſe intelligens, aliorum quoque *Euſeb.lib. 4. de vita Conſt. & li.10.hiſt. cap.8 & li.3. in vita Conſt.* ſanctorum virorum preces expetebat. Ideoque hoſtis ipſius Licinius, quia hinc felicitatem eius in bello prouenire iudicabat, alias Eccleſias deſtruens, alias occludebat, ne pro Imperatore preces fierent. Cumque Chriſtianos & religioſos omnes ex Aula ſua profligaſſet, propter ardentiſsimas preces amiſſas, omnem à ſe felicitatem profligauit.

Hæc conſiderarunt etiam illi, qui tantam pecuniam, tot agros & prædia cœnobijs Monachorum contuleruut. Ideo-

que

que tales religioſos ſummis laudibus extollit Chryſoſtomus, & lucernas mundi, vrbiumq́ue muros appellat: omnes quoque homines ad eorum cultum & imitationem hortatur, & vt vigentem in eremo conuerſationem in vrbes introducant, ſuadet. Quibus verbis eorum vitam & ſtudia admiratur Auguſtinus? quàm ſæpè & quam ornatè virtutes eorum & dignitatem extollit Hieronymus? qui eos ſupra modum admiratus, cum ipſis ad extremum vixit. Omnesq́; ſancti Patres eruditione & virtute clariſsimi inſtitutũ maximis laudibus ornarunt. Erant enim tũc religioſi pietate & ſanctimonia & ſapientia excellentes, qui Deo chariſsimi, vniuerſo Chriſtiano orbi plurimum prodeſſent.

Homil. 58. ad Antioch. & ho. 57. in fi.

Quot martyres inde, quot religionis Patroni, quot viri virtutibus illuſtres extiterunt? Vt quicquid fuit illorum ætatibus in Eccleſia, quod vel ad eximiæ virtutis exemplum, vel ad egregiæ ſapientiæ diſciplinam valeret, id religioſis videatur eſſe in acceptis referendum, vel potiùs Chriſto, qui pias mentes ad tam eximiam virtutis & ſapientiæ diſciplinã incitabat. Remittebatur quidem ſæpè, vt fit, hoc præcipuæ religionis ſtudium, ſed non deerant egregij homines, qui id rurſus ſuo

L. 8. de Indi tio ſuorũ tēp. ſus ſuo nitori & integritati reſtituerentū.

Nequaquam, authore Saluiano, inultum tulit Carthago, Romæ quondam æmula, quòd monachos in republica vexari, & iniurias perpeti ſineret. Ideo Archadius & Honorius ſanxerunt: Si quis in hoc genus ſacrilegij proruperit, vt in Eccleſias catholicas irrues, ſacerdotibus & miniſtris, vel in ipſo cultu, locóque aliquid importet iniuriæ: quod geritur à Prouinciæ rectoribus animaduertatur; atque ita Prouinciæ moderator ſacerdotum, & Eccleſiæ catholię cminiſtrorum, loci quoque ipſius, & diuini cultus iniuriam, capitali in cohuictos ſiue confeſſos reos, ſententia nouerit vindicandam. Nec expectet vt Epiſcopus iniuriæ propriæ vltionem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit. Sitque cunctis laudabile, factas atroces ſacerdotibus aut miniſtris iniurias, velut crimen publicum perſequi, ac de talibus reis vltionem ſumere. Vbi docetur, quòd ſacris locis, atque hominibus illatæ iniuriæ tendant ad Dei ipſius irreuerentiam, & reipublicæ detrimentum: ergo ſint per magiſtratum ciuilem ex officio vindicandę. Canõ etiam quieſcite 6. q. 1. ſeuerißimè prohibet, ne quis Dei miniſtros iniurijs afficiat.

L. Si quis C. de Epiſcop. & cleric. c. in primis 2. q. 1.

Syno-

Synodus Mediolanenſis tàm Eccleſi- *parte 3. de*
aſtico quàm ciuili magiſtratui imperat, *clauſ.*
vt Monaſteriorum diligentem curam
ſuſcipiant, ne in viciniotibus ædibus famoſæ
aut ſuſpectę mulieres habitent, neue
ſpectacula, cantus, ludi, vnde ipſis aliquid
periculi ſit pertimeſcendum, exerceantur:
ſed religioſi ab exterorum hominum
aſpectu vel auditu liberi ſint.

Didacus Couarruuias li. 3. reſolutionum
cap. 14. probat, non licere domum altius
tollere, aut feneſtras aperire, quibus in
cœnobia proſpiciatur. Addit Prætereà,
ciues à magiſtratu cogi poſſe, vt domos
ſuas, iuſto pretio, in vſus cœnobiorum
vendāt: vel ſaltem ab huiuſmodi ſtructura
abſtineant: Vide etiam Boerium deciſ. 320
& Gaillium lib. 2. obſ. 69. Egregia
priuilegia militibus olim leges ciuiles
indulſerunt, qui pro Imperatore, & pro
ciuibus prælio decertabant, eadéq; hactenus
diligenter ferè cōſeruātur: meritò igitur
Chriſti militibus, qui pro ſalute totius
orbis Deo, & Eccleſiæ, atque religioni
militant, ſua priuilegia conſeruari debent.
Vt indicat Boerius Iuriſconſultus in tractatu
de auctoritate Magni Conſilij Galliæ. §. 44.

QVOD

QVOD MALORVM RELIGIOSOrum odio, boni non ſint grauandi, nec propter hominum abuſus & vitia, res & ordo vituperandus.

CAPVT XXVI.

DIu equidem ſum capite pręcedenti in laude religioſorum hominũ verſatus,& pulcherrimas eorum in republica vtilitates commemoraui, quæ, proh dolor,ad pleroſque noſtri temporis monachos non pertinent: qui ſic vitam degunt, vt ſacrum iſtum ordinem contumelia afficiant, dedecorentque, & hoc ſceleribus ſuis promerentur, vt is omnium hominum odio atqe inuidia laboret. Etſi minimè propterea vniuerſus monachorum ordo eſt vituperandus, in quo ſanctitate & eruditione clariſsimi viri, & religioſiſsimæ fœminæ reperiuntur. Vnde Hieronymus contra Heluidium: Nunquid virginitatis eſt culpa, ſi ſimulator virginitatis in crimine eſt? Et Auguſtinus in Pſal. 99. Nemo vos fallat fratres; ſi non vultis falli, & amare fratres, ſcitote omnem profeſsionem in eccleſia habere fictos. Inuenis ſanctimoniales indiſciplinatas; nunquid ideo ſanctimonium reprehendendum eſt? Et nunquid

prop-

propter virgines malas damnaturi ſumus & ſanctas corpore & ſpiritu? Aut propter iſtas laudabiles, etiam illas improbandas laudare cogemur? Vndique vnus aſſumetur,& vnus relinquetur. Admonet quoq; ſuos Hipponenſes, ne propter obiectum fortè presbytero crimen,temerè de omnibus Clericis iudicent vel malè ſuſpicētur. Cùm aliqua maritata,inquit, inuenitur adultera, nec proijciunt vxores ſuas, nec accuſant matres ſuas: cùm autem de aliquibus qui ſanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falſitatis ſonuerit, vel veri patuerit, inſtant, ſatagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur. Quātumlibet vigeat diſciplina domus meæ, homo ſum, & inter homines viuo, nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior ſit, quam arca Noe, vbi inter octo homines reprobus vnus inuētus eſt: aut melior ſit quàm domus Abrahæ, vbi dictum eſt, eijce ancillam & filium eius: Aut melior ſit quam domus Iſaac, cui de duobus dictum eſt, Iacob dilexi, Eſau odio habui: Aut melior ſit quàm domus ipſius Iacob, vbi lectum Patris filius inceſtauit: aut melior ſit, quàm domus ipſius Dauid, cuius filius cum ſorore concubuit, cuius alter filius contra patris tam ſanctam manſuetudinem rebellauit: aut melior, quam coh abita-

Matth.24.

Epiſtola 137.

Repetitur ca. quantumlibet. 47. diſt. n.

Alac.

Geneſ.21.

Matth.1.

Geneſ.35. & 49.

2. Reg.13.15.

habitatio ipſius Domini Chriſti, in qua vndecim boni, perfidum & furem Iudã tolerauerunt: aut melior ſit poſtremò, quàm cœlum, vnde Angeli ceciderunt. Nolite ergo propter amurcam, qua oculi veſtri offenduntur, torcularia deteſtari, vnde Apothecæ dominicæ fructu olei luminoſioris implentur.

Rurſus in Pſalm. 132. Sunt & falſi Monachi, & nos nouimus tales; ſed non perijt fraternitas pia, propter eos, qui profitentur, quòd nõ ſunt. Tam ſunt enim Monachi falſi, quàm & Clerici falſi, & fideles falſi. Omnia iſta tria genera habẽt bonos ſuos, habent & malos ſuos.

Similiter Chryſoſtomus homilia 4. de verbis Eſaiæ: Vidi Dominum: Cùm videris ſacerdotem indignum, ne traducas ſacerdotium, nõ enim oportet damnare res, ſed eũ qui re bona malè vtitur. Quandoquidem & Iudas proditor fuit, verùm non ob id accuſatur ordo Apoſtolicus, ſed illius animus: nec crimen eſt ſacerdotij, ſed malum animi. Quot medici facti ſunt carnifices, & venena pro pharmacis dederunt: non tamen artem vitupero, ſed malè vtentem arte. Quot nautæ malè rexerunt nauigia, non tamen ars nauigandi mala eſt, ſed illorum animus. Si Chriſtianus fuerit improbus, ne incuſes profeſ-

…feſsionem, & ſacerdotium, ſed r bona vtentem malè. Librò tertiò contra vituperatores vitæ Monaſticæ plures aſſerit coniuges adulteria committere, quam Monachos: nec tamen propterea vituperari matrimonium.

Rectè igitur dixit M. Cicero: Vitia quidem Tribunatus præclarè, Quinte, perſpicis: ſed eſt iniqua in omni re accuſanda, prætermiſsis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque ſelectio. Nam iſto quidem modo vel Conſulatus vituperabilis eſt, ſi Conſulum peccata collegeris. *Li. 3. de legib.* Eodem argumento, propter multorum coniugum adulteria, matrimonium reprehendẽdum atque abolẽdum erit. Verùm ex malis moribus nequaquam res æſtimandæ ſunt, non magis quam ſi ignẽ & aquam, vtiliſsima & neceſſaria elemẽta calumniari & vituperare velimus, quod multi ijs ad hominum perniciem nequiter abutantur. Dominus Deus propter decem bonos viros, ſceleratiſsimam Sodomorum & Gomorræorum rempublicam conſeruare volebat: & homines peccatores, propter paucorum religioſorũ peccata, totum ordinem vituperare, & diuinũ cultũ euertere audebũt? *Geneſ. 18.* Præſertim quando ipſi ferè authores exiſtũt, cur talia in eo ordine vitia cernãtur.

Nam ne diſciplina Eccleſiaſtica in eos per legitimum magiſtratum exerceatur, ſæpè impediunt, & cæcos, claudos, pueros, ſtultos quoque & proteruos, contra ſuam voluntatem, in cœnobia detrudũt, quorum plus exempla, quàm peccata nocent. Orbem vniuerſum hoc euertere dicit Chryſoſtomus, quod Monachos velint eſſe homines perfectos, cæteris licere putent negligentius viuere. Lib. 3, contra vitup. vitæ Monaſt.

Propter vitã quorũdam nõ eſt euertẽdus Monachiſmus, ſed reforman.

Dolent quidem viri Catholici, & publicæ ſalutis amantes, Monachiſmum à primò inſtituto lõgè degeneraſſe, & quorundam religioſorum mores eſſe corruptos, laxatamque priſcæ diſciplinæ ſeueritatem, aliquos fortaſsis in nequitia volutari, & authoritate ſua intemperanter abuti: ſed idcirco ſacras illas ædes, & admirabilis vitę gymnaſia euertere, indignum eſſe iudicant. Quin potiùs legitimum magiſtratum excitari à Deo orant, vt inſtaurãdę religionis ſtudium ſuſcipiat, ac quòd fluxum & negligentia collapſum eſt, id antiquæ diſciplinæ ſeueritate aſtringat.

Apud veteres, aliquando virgines ſacræ, decoris & voti ſui oblitę, laſciuiebãt, & aliquot Monachi flagitioſè viuebant, maximaque ſcelera in cœnobijs deſignabantur: ſed non ideò quæ fuerant ſanctiſ-

ſimè

ſimè conſtituta, ſublata funditus atque euerſa ſunt. Nec enim ea, quæ ſanari poſſunt, ſunt, cum primùm in morbum inciderint, omninò reſecanda, ſed quæ vitio laborant, ad integritatem reuocanda. Si eadem medicina adhibita fuerit, procul dubio vera pietas ſanctimoniaque refloreſcet. Si enim aliqua religione, & vitiorum odio, monachi vexantur, & eijciuntur: quare non potius pro ratione delicti caſtigantur eorum flagitia? cur non honorantur boni, inque peruerſos, & regulæ ſuæ deſertores animaduertitur? Iam verò contra ſæpè fit, vt boni viri, & pudicæ fœminæ iniurijs vexentur, ac integerrimi caſtiſsimique ſupplicio mactentur: & quo quis ſceleratior, in cœnobio Monachus reperitur, tantò gratior apparet. In omnes religioſos propter ſolum habitum petulantiſsimis verbis incurrunt, & promiſcuè maledicunt, qui vtrum boni an mali ſint ignorant. Qui omnium horarum homines ſunt (quales vtinã in cœnobijs non eſſent) & in multam noctem, de bonis cœnobiorum, bibere, turpiter loqui, ludere, iocari, ne quid acerbius dicam, nouerunt; maximo apud quoſdam in honore ſunt, & ad ſummos magiſtratus euehuntur. Quiſquis virtutem, ſimplicitatem, modeſtiam, ſanctimoniam

 colere,

hunt, & qui eorum vitam peruertere non poſſunt, famam decolorare nituntur, cùm ipſum Deum, & Dominum eorum quotidie blaſphemare non ceſſent, cùm eis diſplicet quicquid cõtra eorum voluntatem iuſto & occulto iudicio facit?

Eſt etiam alia cauſa, quia ipſa ſtatus pulchritudo ac dignitas facit, vt aduertatur quicquid vel leuiter ab ea diſſonet: vt in veſte nobili, aut in candido panno vel minima labes dedecet, cùm in ſacco grandiores ne notentur quidẽ, non quia non ſint grandiores, ſed quia id, in quo recipiuntur, ita deforme eſt, vt noua illa deformitas non appareat. Sic enim in ſeculari ſtatu, plurimæ & ingentes culpæ ſilentio prætereuntur, quoniam ea res nihil noui habet: in religioſo autem ſtatu etiam minimæ magis conſpicuę ſunt, ſed tamen minimæ.

Veriſsimum eſt etiam illud S. Baſilij, ſeculares iſtos neſcio quam opinionem de religioſis cepiſſe, quaſi vna cum ſtatu ipſam etiam naturam mutarint, & aliam quandam naturam induerint planè ab humana diuerſam, adeoque eos iniuſtos eſſe aduerſus Dei famulos, vt perinde ac ſi carne & corpore carerent, ita eos nullis, aut ferè nullis cibis vti velint: *Conſt. mon. cap 7.*

rum,in hac humanæ naturæ imbecillitate aliquos eſſe, qui vel remiſsius deſerāt, vel etiam abijciant: neque tamen horum inertia tantum talis inſtituti ſplendorem obſcurare debet.

Heluidius hæreticus cum virginitati bellum indixiſſet,inter cętera id quoque accuſabat,quod quædam virgines eſſent, vt ille aiebat, tabernariæ; Quo autē modo confutat eum Hieronymus? Ego, inquit, plus dico, eſſe in ijs & adulteras,&, quod magis mireris, clericos eſſe caupones, & monachos impudicos. Sed quis non ſtatim intelligat, nec tabernariam virginē,nec adulterū monachū,nec clericū poſſę eſſe cauponē? Nūquid virginitatis eſt culpa, ſi ſimulator virginitatis in crimine eſt?Licet autē huius exēplū capere ab Eccleſia, & ex toto corpore de mēbro vno argumētari.Nam etſi in Eccleſia multi tā perditè viuūt,ea tamē nihilominus ſācta appellatur,neq; id impedit,quo minus hęc fidelium vniuerſitas à Paulo Apoſtolo ſine ruga, & ſine macula dicatur, quoniam ipſa per ſe inſtitutio, quo modo à Deo condita eſt, non quo modo à pleriſque deformata eſt, inſpici debet.

Lib. adv. Heluid.

Ephes. 5

Sic igitur idem dicēdum de religioſis inſtitutis,nihil de eorum ſanctitate de-

petire, quoniam nonnulli in ijs inueniantur non ſancti. Quinimò ſi rectè cōſideremus, plus etiam aliquanto hoc valet in religionibus. Etenim ſi Eccleſia, cum plures ſint mali, & qui per ſpatioſam latamque viam, quam per anguſtam ingrediantur, tamen tota pulchra, totaque Dei amica appellatur, quanto magis Cant. 4. hic idem honor ſacris hiſce inſtitutis debetur, in quibus tam multi ſunt boni, cæteri tam pauci, tamque rari?

Igitur præter inſtituti ſanctitatem accedit etiam hæc altera ratio, quod quicquid aliqui peccent, id aliorum recte factis, & virtutibus abundè compenſatur. Noli (ait Hieronymus) reſpicere Iudam Epiſt. 34. negantem, ſed Paulum reſpice confitentem. Addamus nos, plus confirmare debere tam multos Paulos, quam deterrere vnum Iudam.

Quo etiam pertinet illa Nyſſeni ſententia in libro de virginitate, vbi ijs, qui Cap. vlt. ita ſanctiorem hanc vitam calumniabantur, quod nonnulli eam ingreſsi, poſteà ſuperati ac diuicti eſſent, reſpondet, nec ſe quidem negare, rem eſſe difficilem, minimeque communem, neque mirandum quod in negotio tam arduo alios labor, alios aliæ cauſæ vincant. Sed tamē non debere nos ita animo cadere, vt tam

præ-

ſ ... claram rem ob eum metum repudiemus: quin potius fidenti animo aggrediendam eſſe tam fructuoſam nauigationé, nauigio continentiæ, gubernatore Chriſto, Spiritus ſancti afflatu. Neque enim qui mare nauigant, mercaturamq́; exercent, ab inſtituto deſiſtere, propterea quod aliquos aliquando naufragium feciſſe ſciant. Præterea perabſurdum, perq́; iniquum eſſe, qui ſemper benè vixerit, deinde in aliquam culpā lapſus ſit, eum putare improbum, eiuſq́ue vitæ genus deteſtari, cuius verò omnis vita in vitijs & flagitijs cōſenuerit, hūc putare melius ibi conſuluiſſe. Si enim graue eſt, ſemel peccare, ob eamq́; cauſā ſatius putas à ſublimioribus illis conſilijs abſtinere, quāto peiori is eſt cōditione, qui ſēper in vitiorum cœno volutatus eſt? Hæc Nyſſenus.

Eſt igitur iſta miſeræ huius vitæ, quādiu peregrinamur à Domino fragilitas, vt queadmodū Saluator prędixit, neceſſe ſit euenire ſcandala, vt qui hoc miretur, ignorare videatur, vbi viuat; & qualis etiā ipſe ſit, qui hoc in alijs miratur. Quarè Caſsianus cum illuſtrem Paphnutij illius patientiam commemoraſſet, qui ab altero monacho furti accuſatus, vltro innocens pœnam ſubijt, eam narrationem ita concludit. Nec, inquit, peruerſos, atque exe... les quoſque ſanctorum vi- *Matth. 18* *Collat. 18. Cap. 16.*

rorum numero inſertos latitare miremur, quia dum huius ſeculi area conculcamur atque conterimur, neceſſe eſt etiam paleas igni perpetuo deputandas inter electiſsima frumenta miſceri. Denique ſi vel Sathan inter Archãgelos, vel Iudã inter Apoſtolos, vel Nicolaum prauiſsimæ hæreſeos inuentorẽ inter diaconos reminiſcamur electos, hóc quod nequiſsimi homines ſanctorũ ordini deprehẽdãtur inſerti, mirũ eſſe nõ poterit.

Sed vt ab hoc Paphnutio non tam cito diſcedamus, atque ex hoc exemplo de noſtris etiam temporibus argumentemur, ſi quemquam offendit, quod in illa ſanctitatis domo, in illa etiã ætate tam feruenti, aliquis inueniri potuerit, tam perditè maleuolus in fratrem, cur non idem æquè ædificetur Paphnutij ipſius humilitate, patientia, charitate, qui vt proximi, & talis proximi famę parceret, ipſe potius eius criminis procellã ſubire tãtãq; tã turpis delicti infamiã ſuſtinere decreuit? An non maior iſtius bonitas & ſimplicitas, quam illius inuidia atque malitia? Sed præterea in toto illo monaſterio vnus inuentus eſt improbus, idq; intra tot annos, reliqui probi & digni ſtatu tam ſancto. Quæ igitur peruerſitas eſt, plus moueri ad vituperandum vnius

us vitio, quam ad laudandum virtute tam multorum?

Hyppone in cœnobio Auguſtini graue inter duos exarſerat iurgium, cum alter alteri magnum crimen intendiſſet, vt neceſſe eſſet alterutrũ ingentis culpæ reum eſſe, vel turpis facti, vel enormis mendacij: qua de re, cum orta eſſet in populo nõ mediocris admiratio ac querela, Auguſtinus ad eos loculentam ſcripſit Epiſtolam, in qua primum illos reprehendit, quod vnius factum in omne religioſorum nomen retorquerent, deinde id dicit quod paulò ante Caſſianus, non eſſe mirum, aut nouum, quod inter homines tale quidpiam interdum eueniat. Ad quid aliud, inquit, ſudant iſti, & quid aliud captant, niſi vt quiſquis Epiſcopus, vel clericus, vel monachus, vel ſanctimonialis ceciderit, omnes tales eſſe credant, ſed non poſſe omnes manifeſtari? Et tamen etiam ipſi cum aliqua maritata inuenitur adultera, nec proijciunt vxores ſuas, nec accuſant matres ſuas. Cum autẽ de aliquibus, qui ſanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falſitatis ſonuerit, vel veri patuerit, inſtant, ſatagunt, vt de omnibus hoc credatur. Epiſt. 137.

Idemque paulò infra: Quantumlibet

bet vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum, & inter homines viuo, nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior ſit, quam arca Noe, vbi inter octo homines reprobus vnus inuētus eſt: aut melior ſit, quam domus Abrahæ, vt dictum eſt, Eijce ancillam, & filium eius: aut melior ſit, quam domus Iſaac, cui de duobus geminis dictum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui: aut melior ſit, quam domus Iacob, vbi lectum patris filius inceſtauit: aut melior ſit, quam Dauid, cuius filius cum ſorore concubuit, cuius alter Filius contra patris tam ſanctam manſuetudinem rebellauit: aut melior, quam cohabitatio ipſius domini Chriſti, in qua vndecim boni perfidum & furem Iudam tolerauerunt: aut melior ſit poſtremò, quam cœlum, vnde Angeli ceciderunt.

Denique ad extremum ita religionis cauſam tuetur, vt oſtendat, etiamſi iſta effugere non poſsit, quanta tamen ſit eius dignitas ac ſplendor. Etſi, inquit, contriſtamur de aliquibus purgamentis, conſolamur tamen etiam de pluribus ornamētis. Nolite ergò propter amurcam, qua oculi veſtri offenduntur, torcularia deteſtari, vnde apothecæ dominicæ fructu olei luminoſioris implentur. Apothecas dominicas vocat ipſam Eccleſiam, & fidelium

delium animas, quas hoc oleo, id eſt, religioſo ſtatu, eiuſque opera & exemplo illuminari indicat.

Poſtremò illud eſt etiam in hoc genere conſiderandum, quod ſi hæc nobis Angeli aliqui obijceret, quorum vita & carnis, & omnis peccati eſt expers, ij quidem iure ſuo hoc facerent, & nobis optandum eſſet, ſi fieri poſſit, noſtra hac vita relicta, ad illorum vitam transferri. Cùm verò hæc à ſecularibus proponantur, omniſq; hæc comparatio inter illorum vitam, & noſtram vitam verſetur, equidem neſcio quid ſibi velit hæc eorum ratio, cùm ne ipſi quidem tam impudentes eſſe poſſint, vt religioſo ſtatui ſuum ſtatum præferre audeant, in quo experiuntur tam frequentes eſſe lapſus, tam raras virtutes, tam exigua merita.

Quam in ſententiam optimè Anſelmus in quadam Epiſtola: Forſitan, inquit, aliquis dicet, quia & in ordine monachorũ eſt periculum. O homo qui hoc dicit, quare non conſiderat quæ dicit? O rationalis creatura, anne hoc rationabile eſt conſilium, vt quia vbique eſt periculum, ibi eligas manere, vbi maius eſt periculum? Denique ſi ille, qui ſolum Deum nititur amare, ſeruat propoſitum vſq; in finem, *Epiſt.3.*

finem, certa eſt eius ſalus. Si verò ille, qui mundum vult amare, non deſerit ſuum propoſitum ante finem, aut nulla, aut dubia, aut minor eſt ſalus: Sic Anſelmus.

ALIORVM ARGVMENTORVM quorundam explicatio.

CAPVT XXVII.

NOnnulli quoque contra religioſum vitæ genus tanquam magnum incómodum reip. allaturum obijciunt. Quod ſi omnes fierent religioſi Mundus periret: & ſi omnes continentiam amplectantur, omni poſteritate ſucciſa, neceſſe ſit orbem terrarum incolis exhauriri.

Plato cap. lib. 3. Minimè noua, nec recens hæc obiectio eſt, ſed planè vetus & multis ſeculis agitata: atque à SS. Patribus iugulata, quando humanum genus adeo adhuc multiplicatum nondum eſſet.

Reſpondit autem olim Auguſtinus de bono coniugali cap. 10. Vtinam hoc omnem vellent: multo enim tunc Dei ciuitas compleretur, & acceleraretur terminus ſeculi. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum: Noli, inquit, metuere, ne omnes virgines ſint: difficilis res eſt virginitas, & ideò rara, quia difficilis.

Matth. 19. Apertaque Saluatoris vox eſt: Non omnes capiunt verbum hoc. Io. Chryſoſtomus

ſtomus de virg. c. 15. idem argumentũ pertractat, docetque connubium non per ſe humanum genus augere, quoniã, (vt in Abrahamo contigit) ſæpe ſit ſterile; ſed vim illam quæ ei inſerta eſt à Deo. Poſſe igitur eundemDeum, quoquo modo velit, homines propagare. Et nemo virum vel vxorem quæſiuit, qui non inuenerit. Qui non mundi perennitate, ſed de familię cõſeruatione ſolliciti ſunt. Ijs reſpondet Hieronymus ad Furiam: An vereris, ait, ne proles Furiana deficiat, & ex te parens tuus non habeat puſionem, qui reptat in pectore? Ridiculum eſt ſperare pro certo, quod multos & non habere videas, & cum habuerint perdidiſſe. Cui dimittes tantas diuitias? Chriſto, qui mori non poteſt. Quem habebis hæredem? Ipſum, quem & Dominum.

Alij ad deterrendum à religionis ingreſſu aſperitatem, & difficultates amplificant: ipſaque huius diſciplinæ facies, & primus aſpectus, oculis corporis quiddã triſte, durum, & ſenſibus odioſum repręſentat. *Plut. c. 6.*

Nonnulli obijciunt: Religio eripit, quę ſenſibus & carni iucunda ſunt, & delectationibus huius vitæ priuat. *Cap. 17.*

Multæque, inquiũt, ſunt in religione tentationes, Producuntque ad hoc illud: *Cap. 18.*

 Filij

Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore, & tremore, & præpara animam tuam ad tentationes: quaſi inter aſſidua prælia viuendum ijs ſit.

Multaque contra paupertatem obijciunt; & quod difficilimum, atque adeò contra naturalem inclinationem ſit, vt quis viuat ſub aliena poteſtate.

c. 19. v. 20. Obijcitur quoque, religionem ingredi cupientibus metus, vitam ipſam attingens, quæ vt omnibus chariſſima, ſic nihil odioſius quam quæ eam vel omnino extinguant vel ex parte minuant.

His & ſimilibus obiectionibus olim SS. Patres pulchrè & eruditè reſponderunt. Et P. Hieronymus Platus libro tertio de bono ſtatu religionis, ex profeſſo data opera copioſè & eleganter redarguit. Et religioſam vitam ſuos ſectatores non priuare delectationibus vitæ, & ex religioſis exercitijs non accelerari mortem, ſed potius differri affirmat, ſpontaneæque paupertatis & obedientiæ fructus cõmemorat: quas Chriſtus verbo & exemplo ſuo docuerit.

Vt religioſæ & Philoſophicæ vitæ ſectatores in vulgi odium adducant: aſſeuerare non verentur: Quòd inertes, inhumani, vel otioſi ſint, talentumque à Deo ipſis traditum ſepeliant, reipublicæ inuti-

inutiles. Illam calumniam Platus quoque & alij ante me detexerunt.

In religioſis enim & Philoſophis non eſt otium iners, nec illiberale, aut ſine alicuius operis ſancti induſtriaue vacatio, ſed aſsidua in conſiderandis rebus diuinis, & in orando pro republica occupatio; qua plus reipubl. proſunt, quàm ſi manu laborarent. Moſes precibus Ioſue armis contra Philiſtæos, pro republ. decertabant. Leuante manus in altum & orante Moſe, vincebat Iſrael: ſin paululum remiſiſſet, ſuperabat Abimelech. Vter quæſo hic plus reipub. profuit: precibuſue Moſes, an armis Ioſue? Sicut Samuelis oratio Phyliſtæos magis profligauit, quam populi Iudaici externa arma.

Thom. 2. 2. quæſt. 187.

Exodi 17.

1. Reg. 7.

Ideoque poſteriores Reges & Principes contra hoſtes profecturi, preces piorum hominum flagitabant. Quod hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores commemorant.

Philoſophos olim homines improbi atq; illiberales vituperabãt & calumniabãtur, quod otioſi, & reip. inutiles eſſent: verum Epictetus longè quidem reliquis vtiliores exiſtere, & in liberali atque neceſſario otio eos verſari, demonſtrabat. Quod nimirum fideles & boni, pruden-

teſque ipſi ciues eſſent, & multos præterea ſui ſimiles, hoc eſt, fidelitate, conſilio, prudentia, & virtute præſtantiſsimos redderent. Vt contra huiuſmodi aduerſarios ſuos veri monachi vſurpare queant, h[illegible] ſapientiſsimi Socratis verbum: Meli[illegible] de republica mereri, qui plures ad rempublicam gubernandam idoneos efficerent, quam ſi ipſi eam gubernarent.

Ezdras ad rerum diuinarum contemplationem, & preces ardentiores aliquando ſeceſſerat, ſed reuocauit eum
4. Eſd. 12. populus, rogauitque, vt tanquam paſtor oues non desereret. Reſpondit: Confide Iſrael, & noli triſtari domus Iacob, ego non dereliqui vos, & non receſsi à vobis, ſed veni in hunc locum, vt deprecarer pro deſolatione Sion, & quærerem miſericordiam pro humilitate ſanctificationis veſtræ.

A LEGITIMO MAGISTRATV neceſſariò ſunt viſitanda, & inſtauranda monaſteria, &c.

CAPVT XXVIII.

QVoniam religioſam & ſolitariam vitam Apoſtolicā perfectionem repræſentare, antiqui patres affirmant; propterea

eà decet eos, non ſolum peccato, ſed omni etiam graui ſuſpicione eſſe vacuos: quippè qui mundo mortui, & velut Angeli carnales habentur. Ideoque per legitimum magiſtratum crebrò explorandum eſt, qualiter vitam ſuam & mores inſtituant, vt maturè vitia extirpentur, & virtutes excreſcant.

Vnde in Concilio Viennenſi decretum extat: Attendentes quod vbi gubernaculum diſciplinę contemnitur, reſtet vt religio naufragetur: prouidendum cenſuimus eſſe, præcipuè, ne per contemptum huiuſmodi in his, qui ſe Chriſto celebri voto deſponderunt, quicquã reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honeſtatis gloria maculam, & diuinam meritò poſsit offẽdere maieſtatem. Hoc igitur ſacro approbante Concilio duximus ſtatuendum, vt ſingula monialium Monaſteria per Ordinarios, exempta videlicet, quæ ita ſedi Apoſtolicæ vt nulli alij ſubiecta noſcũtur, Apoſtolica, nõ exempta verò, ordinaria auctoritate, ac exempta alia, per alios quibus ſubſunt, annis ſingulis debeant viſitari. *Clemẽt. 2. de ſtatu monach. ca. in ſingulis ext. eod. Stat Coloniẽ. fol. 396.*

Pręſcribitur quoque forma & modus, quo debeant in viſitando vti, & excommunicantur omnes, qui eam impediunt, vel etiam recipere nolunt.

In Comitiſs quoque Auguſtanis, ſub Carolo V. & Ferdinando I. Rom. Imperat. vtile & neceſſarium fore indicatum eſt, vt Monaſteria & cœnobia primo tẽpore per bonos viros viſitarentur, inſtaurarenturque: & ſi viſitatores id facere negligerent, Ordinaria vel Apoſtolica authoritate res adeò neceſſaria, & ſalubris perageretur.

Vide ſupra cap. 6.

Deindè conſtitutum quoque ibi eſt, vt in ijs monaſteris, quæ longiùs à primo inſtituto degeneraſſent, duo vel tres boni & eruditi monachi, tanquam inſtauratores collocarentur, qui alios corrigerent. Id quòd iam ante Alexander III. in cap. Relatum, ext. Ne Clerici vel Monachi, præceperat: vt ſi ex eiuſdem Ordinis Monaſterio inſtauratores haberi nequirent, ex alio ordine euocarentur.

Seſſ. 25. ca. 8. 20 21. *Seſſ. 8. c. 8. refert.*

Præterea Concilium Tridentinum mandat, vt per ſuos viſitatores Monaſteria crebrò viſitentur, & ad congruam vitæ Monaſticæ diſciplinam omninò reuocentur, diſcrete tamen & prudenter.

Quæſt. 45. fuſi. can. Abbates, can. Non ſemel. 18. q. 1.

Bonum eſt, inquit Baſilius Magnus, aliquando Concilium iuxta ſtatuta tempora ac loca fieri eorum, qui fraternitatibus ſunt præfecti, in quibus & negotia propter rationem occurrentia, & mores

egrè

ægrè tractabiles, & quomodo ſingula diſpoſuerint inter ſe mutuo conferant: vt & quod per errorem fortè ab aliquo factum eſt, multorum iudicio fideliter reueletur, & id quod rectè factum eſt, plurium teſtimonio confirmetur. Viſitatores quidem ſingulis annis conueniunt, ſed vtrum in aliorum vitia animaduerſuri iiſdem ipſi careant, & num de reſtituenda diſciplina, ac corrigendis moribus ſobriè prudenterque tractent, hoc equidem ignoro.

Oportet viſitatores eſſe viros graues, eruditos, pios, atque prudentes. Committunt aliquando tantum munus Epiſcopi laicis, aut his qui vitam & inſtitutum Monaſticum prorſus ignorant: quique non pietatis & ſanctimoniæ inſtaurandæ ſtudio huc, ſed quæſtus & vilis lucri amore impelluntur. Quidam Epiſcopi nihil quicquam Monaſteria curant, niſi quando pecuniam ab ijs extorquere volunt, aut cùm ibi religio eſt in extremum perducta diſcrimen: Hinc fit, vt pietas torpeſcat, diſciplina negligatur: audacia, rebellio, inobedientia, &, vt breuiter dicam, mali mores excreſcant: Locumq; habeat illud Iuuenalis:

Nunc patimur longæ pacis mala, ſæuior armis *Satyra 6.*
Luxuria incubuit, victumq; vlciſcitur orbem.

Nullum crimen abeſt. facinusq́; libidinis, ex quo Paupertas Romana perit.

Et quod B. Hieronymus deplorat, vt per neglectum diſciplinæ, multitudo peccantium, peccandi licentiam ſubminiſtret: ruatque orbis terrarum, non ruant tamen in ſacris hominibus peccata. Vitia autem & mores corrigere, ad Abbates atque Priores pertinet. Qui ſi ab Epiſcopo admoniti, hoc facere neglexerint, Epiſcopus ipſe curare debet: cap. Quanto.ext.de Officio Ordinarij. Alioqui enim ſecularis magiſtratus, atque Laici titulum illum Iuris vſurpant, qui de ſupplenda negligentia Prælatorum vocatur, Quod tamen plerumque ipſis Laicis malè cecidit. Refert ſcriptura ſacra, quod Philiſtæi Iudæos erant inuaſuri, & populus fugam adornarit, cumque Samuel ſeptem diebus expectatus non veniret, nec abſque ſacrificio prelium committere fas eſſet: Saul Rex ſacrificium obtulerit, quo peracto venerit Samuel, quæſieritque, ecquid egiſſet, Saul reſpondit: Quia vidi, quod populus dilaberetur à me, & tu non veneras iuxta placitos dies, Porrò Philiſtijm congregati fuerant in Machmas: dixi, Nunc deſcendent Philiſtijm ad me in Galgala, & faciem Domini non placaui: neceſsitate compulſus

Ad Gaudent. de educat. infantulæ.

1. Reg. 3.

ſus obtuli holocauſtum Domino. Dixitque Samuel ad Saul: Stultè egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quę pręcepi tibi, quod ſi nõ feciſſes, iã præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternum: ſed nequaquã regnum tuum vltra conſurget, quæſiuit Dominus ſibi virum iuxta cor ſuum, & præcepit ei Dominus, vt eſſet dux ſuper populum ſuum, eò quod non ſeruaueris quæ præcepit Dominus.

Duplex eſt à Deo in Eccleſia ſua magiſtratus, ſiue poteſtas inſtituta, quarum vnaquęque plurimum operis & difficultatis habet: Chriſtianorumque ciuitatis & reipub. quæ per vniuerſum orbem diffuſa, nullo eſt certo circumſcripta, & viſitata iam receptaque appellatione Eccleſia dicitur, huius inquam reipublicæ ſtatus in ſacris, & ſacerdotibus, & magiſtratibus conſiſtit. Etſi enim religionis & ſacrorum procuratio omnibus alijs rebus præſtantior habetur, & antiquior eſſe debet: tamen ciuili quoque magiſtratui, ad tranquillitatem inter homines tuendam, eſt opus, ſine quo & ipſa religio vix conſiſtere poteſt.

Itaque Iuſtinianus maxima Dei inter homines dona eſſe ait, Sacerdotũ & Imperium: quod vnum diuinarum rerum

adminiſtratio, alterum humanarum & ciuilium gubernatio moderatioque ſit. Communis quidem vtriuſque finis ac ſcopus eſt, religionis & mandatorum Dei in pace conſeruatio: verum ſacerdotium animæ ac ſpiritui potiſsimum ſeruit, vnde & gubernatio ſpiritualis dicitur, Imperium corpori & rebus externis. Quare temporalis curatio, & ciuilis magiſtratus vocatur, quia non æternarum & diuinarum ſpiritualiumque rerum, ſed externarum potiùs & corporalium, quæ ad temporaneam hanc vitam pertinent adminiſtratio eſt. Id ſatis indicat Valentiniani Imperatoris oratio, de Ambroſij ad Epiſcopale munus promotione apud Theodoretum lib.4. hiſt. Eccleſ. cap.7.

Eccleſiaſtico magiſtratui Deus claues tradidit, ciuili verò gladium, quo coerceat malos, tueatur atque defendat bonos. Docere, paſcere oues Chriſti, religionem & diſciplinam morum curare, collapſa reſtituere, nutantia fulcire, ad ſacerdotium pertinet. Sacrificium offerre pro felici ſucceſſu in bello, ad Samuelem Prophetam & ſacerdotem pertinebat: religionem tueri, & armis decertare regis erat: ſed quando Saul vtrumque vſurpabat, vtroque

1.Reg.13.

priua-

priuatus fuit. Quicunque enim Dei ordinationi reſiſtunt, damnationem ſibi, Apoſtolico teſte, acquirunt. Hieroboam Rex idolis ſacrificare cœperat, & adolere incenſum ſuper altare: ſed manus eius exaruit, nec antequam reſipiſceret eſt reſtituta. Ozias quoque Rex ingreſſus in templum Domini, adolere voluit incenſum, ſuper Altare thymiamatis: ſacerdotes ab iſta temeritate dehortabantur; quod non ad Regem, ſed ad ſacerdotes, qui peculiariter ad hoc conſecrati eſſent, pertineret: ipſe, quod ab inſtituto non modo non abſtineret, ſed prætereà etiam ſacerdotibus minaretur, lepra percuſſus & mortuus eſt. Oza, Arcam Domini, quæ ruinam minabatur, ne caderet, ſubleuare volebat: ſed quia temerè impuras manus, contra Dei ordinationem, ad ſacram Arcam adiecerat, à Deo percuſſus fuit: vt poſteri inde exemplum caperent, nec illius facta imitarentur, cuius miſerabilem exitum perhorreſcerent. Quam perniciosum fuerit Gedeoni, fortiſsimo Iudæorum Duci, quod Ephod fabricarit, miniſteriumque ſacrum obire voluerit, Iudicum cap. 8. & 9. videre eſt.

Rom. 13.
3. Reg. 13.
Amb. lib. 2. de virginib.
2. Paralip. 26.
Chryſoſt. ho. 4. de verbis Eſaiæ, vidi Dominum.
2. Reg. 6

Proptereà maximi potentiſsimiq; Imperato-

perato-

peratores Chriſtiani, de religione & ſyncero Dei cultu controuerſias, ad Eccleſiam Catholicam, ad ſacra Epiſcoporum Concilia, ad iudicia ſanctorum Patrum referebant. Cognorant enim, quod Deus per Moſen, Deuteronomij 17. præcepiſſet: vt Rex librum legis diuinæ manu propria deſcriptum haberet, accepto exemplari à ſacerdotibus generis Leuitici. Significans, quod vera legis diuinæ interpretatio ab Eccleſia eſſet repetenda, in quo Spiritus ſanctus commoratur.

Sub Conſtantino Magno Arrius hæreticus pacem & religionem perturbabat, contra quem ſacratiſsimum illud Concilium Nicænum celebratum fuit. Imperatorq; ſeueriſsimè edixit, ne quis ea, quæ Concilio placuerant, infringeret, Dei namque Sacerdotes quouis iudice grauiores videri. A quibus poſtquã varios iniuriarũ libellos acceperat: Vos, inquit, Deus conſtituit ſacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoq; iudicandi: & ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos non poteſtis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei ſolius inter vos expectate iudiciũ, & veſtra iurgia, quæcunque ſunt, ad illius diuinum referuentur examen. Vos etenim à Deo dati eſtis Dij, & conueniens non eſt, vt homo iudi-

ces

cet Deos. Quòd Euſebius li. 4. de vita Conſtantini. Ruffinus lib. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 2. cæterique hiſtorici tradiderunt: & Gratianus c. Continua lege, 11. q. 1. repetijt.

Conſtantini filium Conſtantium Oſius Cordubenſis apud Athanaſium, epiſtola ad ſolitarios, perſtrinxit. Tibi Deus Imperiũ credidit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ. Vt enim diſtincta ſunt munera, ita etiam diſtinctæ agendorum partes.

Valentinianus Imperator aiebat: Non eſt meum iudiciũ inter Epiſcopos, quibus Deus animas, vt mihi corpora, tradidit, teſte Ambroſio epiſtola 32. Et Epiſcopis Bythiniæ Synodum petentibus reſpondit: Mihi qui in ſorte ſum plebis, fas non eſt talia curioſius inquirere. Sacerdotes quibus iſta curæ ſunt, inter ſe vbicunque voluerint, conueniant, & Synodum pro dogmate corrigendo habeant. Apud Sozomenum lib. 6. cap. 7. Et Epiſcopos Italiæ hortaturus, vt mortuo Auxentio Mediolanenſi Epiſcopo Arriano alium eligerent: Talem, inquit, in Pontificali ſede collocate, cui & nos qui gubernamus Imperium ſyncerè noſtra capita ſubmittamus.

Cumque Synodus illi poteſtatem daret talem eligendi, ad ſe hoc non pertinere

nere dix [illegible] ed poſtquam [illegible] ſuum Prætorem ſuum à ſynodo electum audiuit: Deo gratias egit, quod illi animas hominum commiſiſſet, cui ipſe corpora commiſerat. Vt apud Theodoretum lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ca. 5. 6. & 7. apud Gratianum c. Valentinianus, diſtinct. 63. ſcriptum extat.

Valentiniani filius, alter Valentinianus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, propter minorem ætatem, imperitus, authoritatem ſuam inter Catholicos & Arrianos in religionis negotio interponere volebat: ſed Ambroſius eum his verbis caſtigauit: Quando audiſti clementiſsime Imperator, in cauſſa fidei laicos de Epiſcopo iudicaſſe? Itané ergo quadam adulatione curuamur, vt ſacerdotalis Iuris ſimus immemores, & quod Deus donauit mihi, hoc ipſe alijs putem eſſe credendum? Certè ſi vel ſcripturarum ſeriem diuinarum, vel vetera tempora retractemus, quis eſt qui abnuat in cauſſa fidei, in cauſſa inquam fidei, Epiſcopos ſolere de Imperatoribus Chriſtianis, non Imperatores de Epiſcopis iudicare?

[illegible] 32. [illegible] ſilic[illegible] [illegible]du.

Rurſus in oratione de baſilicis tradendis. c. Conuenior. 23. q. 8. Cauſſam fidei in Eccleſia agendam quis abnuat?

Noli

Noli grauare te Imperator, putes vt te in ea quæ diuina ſunt, imperiale aliquid ius habere: noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubiectus. Scriptum eſt enim: Quæ Dei Deo, quæ Cæſaris Cæſari. Ad Imperatores palatia pertinent, ad ſacerdotes Eccleſiæ. Publicorum tibi mœnium Ius commiſſum eſt, non ſacrorum.

Præclarè Arcadius & Honorius ad Apollodorum Proconſulem Africæ reſcripſerunt: Quoties de religione agitur, Epiſcopos conuenit agitare: cęteras verò cauſſas quæ ad ordinarios cognitores, vel ad vſum publici Iuris pertinent, legibus oportet audiri. Et Theodoſius atque Honorius ad Marcellinum: Ea quæ circa catholicam fidem vel ordinauit antiquitas vel parentum noſtrorum authoritas religioſa conſtituit, vel noſtra ſerenitas roborauit, nouella ſuperſtitione remota, integra & inuiolata cuſtodire pręcipimus. Rurſus ad Præfectum Prætorio Illyrico: Omni innouatione ceſſante, vetuſtatē & canones priſtinos Eccleſiaſticos, qui vſq; nūc tenuerūt, etiā per omnes Illyrici prouincias ſeruari pręcipimus: vt ſi quid dubietatis emerſerit, id oporteat (nō abſq; ſciētia viri reuerēdiſsimi, ſacroſanctæ legis Antiſtitis, Eccleſię vrbis Con- L. vlt. C. eod.

Conſtantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogatiua lætatur) conuentui ſacerdotali, ſanctoque iudicio reſeruari.

L. vlt. C. de ſancta trinit. & fide cath. Iuſtinianus quoque Imperator ad Ioannem Pontificem Maximum ſcripſit: Non patimur quicquam, quod ad Eccleſiarum ſtatum pertinet, quamuis manifeſtum & indubitatum ſit quod mouetur, vt non etiam veſtræ innoteſcat ſanctitati, quæ caput eſt omnium Eccleſiarum.

Huc referenda eſt Felicis ad Principem quendam epiſtola apud Gratianum, cap. Certum eſt, diſtinct. 10. Certum eſt hoc rebus veſtris eſſe ſalutare, vt cum de cauſis Dei agitur, iuxta ipſius conſtitutionem, regiam voluntatem, regiam voluntatem ſacerdotibus *Chriſti* ſtudeatis ſubdere, non præferre, & ſacroſancta per eorum præſules potius diſcere, quam docere: Eccleſiaſticam formã ſequi, non huic, humanitus obſequendo, iura præfigere; neque in eius ſanctionibus velle dominari, cuius clementiæ Deus voluit tuæ piæ deuotionis colla ſubmittere: ne dum menſura cœleſtis diſpenſationis exceditur, eatur in contumeliam diſponentis.

Nicolaus 1. ad Michaelem Imperatorem reſcripſit: Imperium veſtrum ſuis pub-

publicæ rei quotidianis adminiſtrationibus debet eius contentum: non vſurpare quæ ſacerdotibus Domini ſolum conueniunt. Et: Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus ſic actibus proprijs & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſq; diſcreuit: vt ſpiritualis actio à carnalibus diſtaret incurſibus, vt Deo militans minimè ſecularibus negotijs ſe implicaret: & viciſsim, ne ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet ſecularibus negotijs implicatus. Vtrumque refert Gratianus cap. Imperium. cap. Quoniam, diſtinct. 10.

In ſynodo Romana tempore Symmachi Laurentius Mediolanenſis Epiſcopus dixit: Non licuit laicis ſtatuendi in Eccleſia, prӕter Romanum Pontificem habere aliquam poteſtatem: quos obſequēdi manet neceſsitas, non Auctoritas imperandi. Ipſaque ſynodus dixit: Licet incertum non habeatur, hanc ipſam ſcripturam nullius eſſe momenti: verùm etiā etſi aliqua poſſet ratione ſubſiſtere, modis omnibus in ſynodali conuentu eneruari conueniebat, & in irritum deduci: ne in exemplum remaneret præſumendi quibuſlibet laicis, quamuis religioſis & potentibus, in quacunque ciuitate, quolibet modo, aliquid decernere de

c.2. diſt. 96
c. non placuit.
16. q. 7.

Eccleſiaſticis facultatibus, quarum ſolis ſacerdotibus indiſcuſſe à Deo cura commiſſa docetur. Rurſus Nicolaus ad Michaelem Auguſtum D: enique ..., quibus tantum humanis rebus, non diuinis præeſſe permiſſum eſt, quomodo de his, per quæ diuina miniſtrãtur, iudicare præſumant, penitus ignoramus.

Can. denique, diſt. 96.

Similiter Gregorius: Quis dubitet ſacerdotes Chriſti Regum & Principum, omniũq; fidelium Patres & magiſtros cẽſeri? Nonne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur, ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubiugare? & iniquis obligationibus illum ſuæ poteſtati ſubijcere, à quo credit non ſolùm in terra, ſed etiam in cœlis, ſe ligari poſſe & ſolui? Et Ioannes Pontifex apud Gratianum: Si Imperator Catholicus eſt, filius eſt, non præſul Eccleſiæ, quod ad religionem cõpetit, diſcere ei conuenit, non docere. Habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrandis legibus publicis diuinitus conſecutus eſt: & eius beneficijs non ingratus, contra diſpoſitionem cœleſtis ordinis, nil vſurpet. Ad ſacerdotes enim voluit Deus, quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt pertinere, non ad ſeculi poteſtates, quas Eccleſię ſuę ſacerdotibus voluit eſſe ſubiectas. Non ſibi ergo vendicent Ius alienum,

Quis dubitet diſt. 96.

Si Imperator diſt. 96.

num,& miniſterium, quod alteri deputatum eſt. Non legibus publicis, non à poteſtatibus ſeculi, ſed à Pontificibus & ſacerdotibus omnipotens Deus Chriſtianæ religionis clericos & ſacerdotes voluit ordinari, & diſcuti, & recipi de errore remeantes. Imperatores Chriſtiani ſubdere debent ſuas conſtitutiones Eccleſiaſticis Præſulibus, non præferre.

Damaſus, perpetuæ damnationi obnoxios forè profitetur, qui à ſanctis patribus de religione ſalubriter conſtituta, euertere atque violare tentauerint. *c. vlt. 10. q. 1.*

Gregorius ad Mauritium: diuinis, inquit, eloquijs ſacerdotes aliquando dij, aliquando Angeli vocantur. Quid ergo mirum, ſi Chriſtianus Imperator veros Dei ſacedotes honoret, dum Pagani Principes honorem impendere ſacerdotibus eorum nouerunt, qui dijs ligneis & lapidibus ſeruiebant? *Can. ſacerdotibus 11. q. 1.*

Eodem pertinet Innocentij III. Epiſtola decretalis: Attendentes quòd laicis, etiam religioſis, ſuper Eccleſijs & perſonis Eccleſiaſticis nulla ſit attributa facultas, quos obſequendi manet neceſsitas, non authoritas imperãdi: à quibus ſi quid motu proprio ſtatutũ fuerit, quod Eccleſiarũ etiã reſpiciat commodũ & fauorẽ,

 nullius

nullius firmitatis exiſtit: niſi ab Eccleſiâ fuerit approbatum.

Sic B. Auguſtini ſententia ad Vincentium Donatiſtam, in c. Non inuenitur. 23. q. 4. intelligenda erit: Quis veſtrum non laudat leges ab Imperatoribus datas, aduerſus ſacrificia paganorum? Illas enim Eccleſia ferri concupiuit, vel ab Imperatoribus latas approbauit. Alioqui memorabilis eſt canon, Si quis Principum, 16. q. 7. *Si* quis Principum vel aliorum laicorum diſpoſitionem vel dominationem rerum ſiue poſſeſsionũ Eccleſiaſticarũ ſibi vendicauerit, vt ſacrilegus iudicetur. Et capit. *2*. ext. de iudicijs: *Decernimus*, vt Laici *Eccleſiaſtica* tractare negotia non præſumant: ſed Epiſcopi, Abbates, Archiepiſcopi, & alij Eccleſiarum Prælati de negotijs Eccleſiaſticis, maximè de illis, quæ ſpiritualia eſſe noſcuntur, laicorum iudicio nón diſponant. Nec propter eorum prohibitionem Eccleſiaſticam dimittant iuſtitiam exercere. Et c. Tua. §. *1*. ext. de decimis: Cùm Laicis nullà ſit de ſpiritualibus cõcedẽdi vel diſponendi facultas: Imperialis conceſsio, quantumcunque generaliter fiat, neminem poteſt à ſolutione decimarum eximere, quæ diuina conſtitutio-

ratione debentur. Vbi gloſſa atq; Doctores annotârunt, quatenus vel ex promiſſione, vel ex priuilegio Laici de rebus fidei & Eccleſiaſticis negotijs conſtituere queant.

De Eccleſiarum fundatoribus atque patronis Concilium Toletanum 4. apud Gratianum c. Nouerint. 10. q 1. decreuit; Nouerint conditores baſilicarum in rebus, quas Eccleſiæ contulerunt, nullam ſe poteſtatem habere, ſed iuxta canonũ inſtituta, ſicut Eccleſiam, ita & dotẽ eius ad Ordinationẽ Epiſcopi pertinere. Plures ibi canones in eandem ſententiã recitantur. Idem c. Piæ mentis, c. Frigentius. 16. q. 7. alijſq; infinitis Iuris canonici locis confirmatur.

Diuinæ legis author Moſes breui tempore à populo in montem aſcenſurus: Habetis, inquit, Aaron & Hur vobiſcũ, ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos. Exod. 24. Et tandem lata lege precepit, vt arduis de rebus ſummus Pontifex, & ſacerdotes generis Leuitici conſulerentur. Deuterononij 17. Labia enim ſacerdotum cuſtodiunt ſcientiam, & legem Dei populus requiret ex ore illorum. Malachiæ 2.

Ex Babylonica captiuitate reuerſi Iudæi, cùm Ezdras ſacerdos ipſis diuinas le-

ges propoſuiſſet, ipſum, qui illas omnium optimè intelligere credebatur, quique alter earum author extiterat, rogabant, vt interpretaretur. Nehemiæ 8.

Prædicatur quidem Ezechias rex. 4. Reg. 18 quod æneum ſerpentem, cui per ſummam impietatem diuinos honores Iudæi deferebant, auferri, veramque religionem inſtaurari præceperit: verùm hoc non per ſeſe, nec temerè, ſed à Deo peculiariter admonitus, de ſacerdotum & Prophetarum conſilio auxilioque feciſſe perhibetur. Sicut Iudas Machabæus laudatur, 1. Machab. 4. quòd profanatum templum repurgârit: ſed per ſacerdotes: quodque de lapidibus altaris holocauſtorum, nihil temerè ſtatuerit, ſed repoſuerit, donec veniret Propheta, & reſpóderet de ijs.

Imò Philiſtæi, ſcelerati & impij homines, de remittenda Arca Domini, ſacerdotes ſuos atque diuinos conſulebantr eorumque præceptis in re tanta libente obtemperabant. 1. Reg. 6.

Apud veteres in Paganiſmo Romanos multi ſacerdotes & flamines habebantur, quorum ſupremus Pontifex maximus vocabatur, cuius authoritati publica priuataque ſacra ſubiecta erant: qua die, quibus hoſtijs & cæremonijs vtendum eſſet, illo

ille præſcribebat: ſi de religione, de ſacris, aut cæremonijs diſſenſio eſſet, ipſe conſulebatur: & quod talibus de rebus Pontifices decreuiſſent, id ſatis ſanctum, ſatis auguſtum, religioſumque S. P. Q. R. iudicabatur: quod Pomponius Lætus cap. 10. & Feneſtella cap. 8. de ſacerdotijs Romanis, Alexander Sardus lib. 3. de moribus gentium, cap. 17. Duarenus lib. 1. de ſacris Eccleſiæ miniſterijs, cap. vlt. cæteriq́ue innumeri ferè authores memoriæ prodiderunt.

Vnde M. T. Cicero, de Aruſpicum reſponſis: Ego primũ habeo authores ac magiſtros religionum colendarum Maiores noſtros, quorum mihi tanta fuiſſe ſapiẽtia videtur, vt ſatis ſuperq; prudentes ſint, qui illorum prudentiam non dicam aſſequi, ſed quantã fuerit perſpicere poſsint. Hi ſtatas ſolenneſque cæremonias pontificatu contineri putauerunt. Et Balbus apud Ciceronẽ, li. 2. de natura Deorũ. Mallem audire Cottam; eſt enim Philoſophi & Pontificis de dijs habere non errantẽ & vagã, ſed certam ſtabilemq; ſententiam. Et ipſe Cotta, li. 3. de natura Deorum: Nec me ex ea opinione, quã à maioribus accepi, de cultu Deorum immortalium, vllius vnquam oratio docti vel indocti mouebit: ſed cùm de religione agitur, T.

Coruncanum. P. Scæuolam, Pontifices maximos, non Senonem, aut Cleantem, aut Chryſippum ſequor: habeoque C. Lælium augurem, eundem ſapientem, quem potiùs audiam de religione dicentem, quàm quemcunq; principem Stoicorum.

Tertio autem Paradoxo aſſeuerat, de bonis & malis rebus à Philoſophis, hominibus ſapientiſsimis, & earum rerum cognitione perpolitis, non à baiulis atq; operarijs eſſe quærendum.

Alexander Seuerus Romanorum Imperator, teſte Lampridio, controuerſias de æquo & bono ad Iuriſconſultos referebat, de aliorum Principum rebus geſtis conſilijsque, hiſtoricos, de re bellica expertiſsimos milites, de rebus ſacris Theologos, interrogabat. Omninoque ſingulis de rebus interrogandos, qui veram illarum ſcientiam profitentur, longoque vſu conſecuti ſunt, libro primo Officiorum ſcholaſticorum pluribus verbis edisserui. Viderint quàm prudenter agant illi, qui ſacratiſsimæ religionis cauſſam, quâ nulla maior atque difficilior, grauioreque cum periculo coniuncta eſt, Eccleſię & Collegiorum, Cœnobiorumque inſtaurationem, ad homines imperitos, & inexpertos reijciunt. Vnde aliter fieri nô poteſt,

poteſt, quàm ſemper eueniſſe omnium temporum hiſtoriæ loquuntur, & multa opulentiſsima regna, florentiſsimæque Prouinciæ maximo cum dolore expertæ fuerunt: vt pernicioſiſsimæ hæreſes, pacis & tranquillitatis publicæ, omniumq; optimarum rerum perturbatio vbique cerneretur.

Tempore Valentis Imperatoris Demoſtheni cuidã rei culinariȩ Imperatoris magiſter, de ſacra religione, quam ipſe prorſus ignorabat, temerè diſſerenti, Baſilius reſpondit: Tuum eſt curare iuſculorum condimenta: nequis enim cum ita ſordidatis auribus exaudire tractationes dogmatum diuinorum.

Theodoretus lib.4.hiſt.13

Pulchrè igitur in Eccleſia Dei & republica Chriſtiana agetur, ſi Iuriſdictiones non confundentur: nec alter ordo alterius officium perturbet, ſuam verò Spartam omnes diligenter exornent.

Baſilius epiſt. 128. Duarum li.1.de Eccle. miniſt. Oſor. l.7. de Inſtit. priac.

Ab Epiſcopis verò & ordinarijs viſitatoribus primo tempore omnia Monaſteria collegiaque, per graues & pios, doctoſque viros inſtaurentur: ne ſeculares Principes de ipſorum negligentia iuſtè conquerẽdi habeant occaſionem. Veterẽ pietatem, & priſcam ſanctimoniam reuocare ſummoperè expediret, vtiliſsimum quoque foret, antiquum Eccleſiaſticæ

 diſcipli-

diſciplinæ rigorem reſuſcitari: verùm adeò dura difficiliſque eſt præſentium tẽporum conditio, vt nec ſtatim omnibus, nec commune vbique, remedium poſsit adhiberi, nec omnes abuſus, omniaque vitia, quæ longo tempore irrepſerũt, ſtatim eradicari queant. Nihil tamẽ prætermittendum erit, quod ſalutem aliquam videatur allaturam: nec differendum vlteriùs, ne quod vel integrum hactenus permanſit, vel mediocre ſolum vulnus accepit, inficiatur.

Concil. Tridẽt ſeſſ. 25. ca. 21.

Pelagius Pontifex ad Epiſcopum Florẽtinum reſcripſit: Quamuis multa ſunt, quæ obſeruari cauonicæ iubeat ſublimitatis authoritas, tamen defectus noſtri temporis, quando non ſolùm merita, ſed & corpora ipſa hominum defecerunt, diſtrictionis illius non patitur manere cenſuram. Prudenter quidem à viſitatoribus agendum eſt, conſiderandum tamen eſt, faciliùs antiquas leges retineri, quàm ſemel intermiſſas aliquando reſtitui.

[illegible]qn. frater ni[illegible]ī. 34. diſt.

Huc pertinet illud Leonis: Licet nonnunquam accidant, quę in ſacerdotalibus ſunt reprehendenda perſonis, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quã ſeueritas: plus exhortatio, quàm commi- natio: plus charitas, quàm poteſtas. Sed ab his, qui quæ ſua ſunt quærunt, non quæ

Gratianus ca. Licet, diſt. 45.

Ieſu

Ieſu Chriſti, facilè ab hac lege diſceditur: & dum dominari magis quàm conſulere ſubditis placet, honor inflat in ſuperbiam, & quod prouiſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam.

Et hoc Gregorij: Omnis qui iuſtè iudicat, ſtateram in manu geſtat, in vtroque penſo, iuſtitiam & miſericordiam portat. Et alibi: Diſciplina vel miſericordia multum deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur: ſed circa ſubditos ineſſe debet rectoribus, & iuſtè conſulens miſericordia, & piè ſæuiens diſciplina. De modo exercendi diſciplinam Ariſtæas noſter pertractat.

Qualem primi cœnobitæ diſciplinam habuerint, tempore Baſilij Magni, ex his legibus atque ſtatutis apparet.

DIVI BASILII MAGNI POENAE in delinquentes exercitatores pietatis ſtatutæ.

I. Si quis ſanus corpore neglexerit orationes, aut ediſcere pſalmos, prætexens pretextus in peccatis, hic excommunicetur, aut ieiunet hebdomadannam.

II. Si quis redarguatur ob errorem cum dilectione, & non ſuſceperit reprehenſionem cum omni reuerentia, rogans ac petens veniam propter delicta: etiam

ipſe

ipſe excommunicetur hebdomada vnam.

III. Si quis conſcius fuerit alicui in peccato, & nõ correxerit ipſũ, aut redarguerit in pace cum charitate in Chriſto, ſed cum triſtitia ac moleſtia, velut qui triumphum magis ducat de fratre, quàm qui curet auctorem peccati: etiam ipſe ſimul excõmunicetur cum eo qui deprehenſus eſt in peccato, ad hebdomadas duas: quia velut hoſtis, non vt frater reprehendit.

IIII. Si quis dum pro viribus à fratre mandata accipit, contumelia afficiat, aut contradicat, & non obediat cum omni in Chriſto gaudio, velut certum faciens ipſum de voluntate ſua, ſimiliter excommunicetur hebdomada vnam.

V. Si quis inaniter garriat, aut facetijs ludat, non ſeruans cum timore ac tremore doctrinam beati Pauli & Euangeliorum: etiam ipſe ercommunicetu hebdomada vnam.

VI. Si quis præter eſt & non aliud iusiurandum iuret, etiam ipſe hebdomada vnam excommunicetur.

VII. Si quis conſcius alicui fratri erroris, poſtea in medium progreſſo exprobrarit, velut obiter glorians ac ſe oſtentans: etiam ipſe velut incondolens & in alienis

alienis malis gaudens, hebdomada vnam excommunicetur.

VIII. Si quis concius fuerit alicui de peccato,& videt ipſũ indifferenter ferre, & non cum cordis contritione ac multis lachrymis placare Deum, adhortetur & admoneat ipſum vt pœnitentiam agat,& pœnitentiæ opera oſtendat. Si verò his factis, negligens fuerit ille ſuæ ſalutis, talis excommunicetur penitus à congregatione. Modicum enim fermentum totam maſſam fermentat, velut ſanctus ille dixit.

IX. Si quis progrediatur citra neceſſarias cauſas intempeſtiuè circumiens, talis excommunicetur, vt quieſcant in domo pedes ipſius, velut ſcriptum eſt.

X. Si quis temere iraſcatur,& non eueſtigio conſoletur fratrem quem contriſtauit, vt dimittat ipſi peccatum, quod in ipſum peccauit, excommunicetur hebdomada vnam.

XI. Si quis iniuria affectus fuerit à fratre, & inhortatus à congregatione non remiſerit peccatum, recordatus eius qui dicit, Si quis aduerſus aliquem habuerit querelam, quemadmodũ & Chriſtus condonauit:& ipſe ſimiliter excommunicetur hebdomada vnam.

POENAE

POENAE IN REGVLARES VIRgines ſtatutæ.

I. Quæ iurauit vulgare iuſiurandum, excommunicetur hebdomadas duas.

II. Quæ maledixit alicui ex ſenioribus, cui res exercitatoriæ domus curandæ commiſſæ ſunt, excõmunicetur hebdomada vnam.

III. Quæ detrahit ſorori, dicens aliquid intentione ipſam calumniandi, excommunicetur hebdomada vnam.

IIII. Quæ vulgarem aliquam contumeliam intulit, excommunicetur hebdomada vnam.

V. Quæ contra ſororem abſentem dicit intentione gubernandi, exceptis ſenioribus, quę rebus curandis pręfectę ſunt, & quę alia ſuſurrans comperta fuerit, excommunicetur hebdomada vnam.

VI. Quæ circa neceſſariam cauſam intempeſtiuum colloquium proponens, inaniter garrit, excommunicetur hebdomada vnam.

VII. Quæ facetias loquitur, aut riſum indecorum mouet, excommunicetur hebdomada vnam.

VIII. Quæ in opere miniſterij exiſtens: & neceſſarium vſum habens, cum proxima colloquetur, aut clamore aut teme-

temerario ſermone, excommunicetur hebdomada vnam.

IX. Quæ defendit eam quæ condemnata eſt ob errorem, ab his quibus adminiſtratio & cura rerum demãdata eſt, ſimul excommunicetur cum illa quã defendit hebdomadas duas.

X. Quæ cum aliqua forinſecus accedẽte colloquetur, priuſquam permiſſum ipſi fuerit ab ea cui cura demandata eſt, in omni bonæ diſciplinæ poteſtate, ſeparetur hebdomada vnam.

XI. Quæ reperta fuerit murmurans ob anguſtiam rerum neceſſariarum, aut ob laborem operum, ſeparetur ſiue excommunicetur hebdomada vnam.

XII. Quæ reluctatur præcepto præfectarum, excommunicetur hebdomada vnam.

XIII. Quæ contemptim non quieta videlicet implet præceptum, excommunicetur hebdomada vnam.

XIIII. Quæ ſe effert ac iactat, ſemel atq; iterum commonefacta, coram præfecto redarguatur.

XV. Quæ citra voluntatem præfectarum curæ publicæ, ad matrem aut ſororem abierit, excommunicetur hebdomada vnam.

XVI. Quæ maligno oculi nutu pro-

ximæ

ximæ moleſta eſt, excõmunicetur hebdomada vnam,

XVII. Quæ poſt abſolutam communionem cum aliqua externa muliere cõuerſatur, ſeparetur hebdomadas duas.

XVIII. Quę ab opere ad opus tranſit, citra iuſsionem earũ quibus cura rerum demandata eſt, excommunicetur hebdomada vnam.

XIX. Quæ pœnam reiecerit, aut contradixerit, aut murmurauerit, non agnoſcens ſuam ipſius vtilitatem in correctione, excommunicetur hebdomadas duas.

D. ANSELMI ARCHIEPISCOPI CANTVARIENSIS, CARMEN diuinum de mundi contemptu, vita Monachorum, adeoq; Chriſtianorum omnium.

Quid deceat monachum, vel qualis debeat eſſe,
Qui iubet vt dicam, porrigat ipſe manum.
Non tonſura facit monachũ, nõ horrida veſtis,
Sed virtus animi, perpetuusq; rigor.
Mens humilis, mundi contemptus, vita pudica,
Sanctaq; ſobrietas, hæc faciunt monachum.
Hæc vos in cœlum monachi quadriga leuabit,
Hæc poſt hanc vitam præmia ſumma d[illegible]

Ni

Nil tonſura iuuat, iuuat aut vilißima veſtis,
Si lupus es, quamuis eſſe videris ouis.
Nam falli poſſunt homines, ſed fallere Chriſtũ,
(Qui nullum fallit) nemo poteſt hominum.
Ille quidem fucum ſimulatæ relligionis
Damnat, & in reprobis moribus eſſe nequit.
Vouiſtis fratres? vouiſtis? veſtra rogamus
Viuite ſolliciti reddere vota Deo.
In maieſtatem diuinam peccat abundè,
Quiſquis quæ non vult reddere, vota vouet.
Vouiſtis Domino, veſtros conuertere mores,
Iam non peccetis, ſit modus & vitijs.
Nũc humilis viuat, qui vixerat antè ſuperbus,
Sit caſtus, quiſquis luxurioſus erat.
Quærebat cenſus aliquis? captabat honores?
Huic iam vileſcant cenſus, honosq́ ſibi.
Gaudebat dapibus, gaudebat diuite menſa?
Nunc tenuem victum ſobria cœna dabit.
Ille ſuis lætus ſucceßibus eſſe ſolebat,
Nunc lachrymis culpas diluat ipſe ſuas.
Oſtro conſpicuus gemmis inſignis & auro,
Veſte modò vili ſqualida membra tegat.
Verboſus taceat, miteſcat feruidus ira,
Inuidus inuidiæ dira venena vomat.
Cuiq́ prius cædes placuit, placuêre rapinæ,
Nunc pius, & mitis pacis amator erit.
Quiſquis adulantum ventoſa laude tumebat,
Nunc hominum laudes æſtimet eſſe nihil.
Et qui ſponte malus, gratisq́ nocere ſolebat,
Nunc etiam læſus, vtilis eſſe velit.

Ad lites facilis fuit hic, ad iurgia præceps,
Fortiter alterius nunc maledicta ferat.
Non hunc contemptus, non hunc iniuria frangat,
Omnia robuſto corde moleſta ferat.
Pax, animiq́ quies inter conuicia duret,
Nam ſortem rerum nulla procella mouet.
Hæc veniam fratres conuerſio vera meretur,
Hæc valet offenſum flectere vita Deum.
Funeſtum monacho eſt, quicquid malè ſuggerit hoſtis,
Et conatur eum fallere mille modis.
Eſſe Deum credat præſentem ſemper, vbiq́;
Nec ſe ſi peccet, poſſe latere putet.
Cuncta ſcit, atq́ videt, nec quicquā præterit illū,
Omnia ſunt oculis nuda & aperta ſuis.
Cùm quid turpe facit, qui me ſpectante ruberet,
Cur ſpectante Deo non magis ipſe rubet?
Si patriæ iudex ſciret ſua facta, timeret,
Si dominus rerum, cur nihil ergo timet?
Sed tacet, & differt, & nondum crimina punit,
Puniet, & meritis arbiter æquus erit.
Propoſitum vitæ monachi ſeruate rigorem,
Nec pigeat paruo tempore parua pati.
Exiguus labor eſt, ſed merces magna laboris:
Præterit ille citò, præmia fine carent.
Ergo Deo melius ſi nil cognoſcitis eſſe,
Immò ſi ſummum creditis eſſe bonum:
Contemptis mundi rebus labentibus iſtis,
Iam ſint in ſolo gaudia veſtra Deo.
Et mihi quæ poſſunt amitti nulla videntur,

Nec

Nec longum quicquid deſinit eſſe reor.
Nam quid honor? quid opes? quid gloria? quid iuuentus?
Forma, genus, vires, fœmina, veſtis, ager?
Magna potentia, multa ſcientia, falſa voluptas,
Vita quid, & noſtri corporis iſta ſalus?
Nõ amo quod peſtis, quod fur, quod ſurripit hoſtis,
Et quæ ſi parcant, aſpera mors adimit.
Quis poterit fari, quis ſcribere, quis meditari?
Quæ dabis in cœlis præmia Chriſte tuis?
Quiſquis ad hæc igitur paradyſi gaudia tendis,
Sedulus anguſtam nunc age diſce viam.
Ne laxes vitijs anguſtæ mentis habenas,
Diuini ſemper fræna timoris habe.
Expectà Dominum, formida iudicis iram,
Et quod promittit rex tibi, miles ama.
Paruulus eſto vide, mentis depone tumorem,
Porta Dei nullum qui tumet arcta capit.
Summa quidem virtus monachi, parere Priori,
Ferre iugum normæ, ſeq́; negare ſibi.
Quicquid præcipiet, mox & ſine murmure ſerua,
Peccatum ſolum dedecuiſſe puta.
Non vilis veſtis, non te locus vltimus angat,
Sæpè tui ſtultos ordinis iſta mouent.
Sed ſi nos ſanè ſapimus, ſi vera fatemur,
Aggreditur virtus ardua, dura probat.
Qui ſibi vileſcit, qui ſe nihil æſtimat eſſe,
Et timet, & mundi labilis alta fugit:
Hic eſt & ſapiens, & cœlo proximus iſte,
Non ſine re monachi nomen inane gerit.

 Si vult

Si vult ditari, varios ſi quærit honores,
Induit occultum pellis ouina lupum.
Sed qui cuncta videt mundi pius arbiter, ille
Nouit oues, tacitos nouit & ipſe lupos.
Hæc ergo monachus labijs & corde frequentet,
Te mihi te ſolum da Deus, & ſatis eſt.
O certè felix poſſeſſio, quæq; beatum
Sola facit, miſerum cætera pondus habent.

D. DOMINICI CARTHVSIANI EXHORTATIO AD POENITENtiam.

Homo Dei creatura,
cur in carne moritura
eſt tam parua tibi cura
pro æterna gloria?
Illa quanta ſit ſi ſcires,
præter eam nil ſitires,
nec mundana ſic ambires,
vana, tranſitoria.
Etſi pœnas infernales
agnouiſſes quæ & quales,
tuos vtique carnales
appetitus frangeres.
Et innumera peccata,
dicta, facta, cogitata,
mente tota conſternata
meritò deplangeres.
Tot ſunt gaudia Sanctorum,
tot tormenta reproborum,
quòd immanitas amborum
nullo ſenſu capitur.
Donec anima poſt mortem
aut bonorum ſumat ſortem,
aut malorum ad cohortem
improuiſè rapitur.
Quando caro ſepelitur,
hen de ſpiritu nil ſcitur:
vtrum gaudet an punitur,
non fit magna mentio
Luctus quidem ſimulatur,
ſed ſubſtantia vaſtatur,
in propinquis generatur
zelus & contentio.
Mors eſt bonis, mors eſt malis,
ſed ſors nimis inæqualis
ſubinfertur, æternalis
vitæ vel interitus.
Exequiæ ſi celebrantur,
ſi vel noti conuiuantur,
nil defuncto ſuffragantur,
ſi tunc eſt immeritus.
Nullum tempus pœnitendi,
mora nulla reuertendi,
nec tunc locus fugiendi
miſeris ſupereris.

Si vis ſurſum detraheris,
de abyßis extraheris,
Iudici vt præſenteris,
nihil tibi proderit.
Si non Ieſum dilexiſti,
nec Mariæ ſeruiuiſti,
nec patronum quæſiuiſti
tibi in ſubſidium:
Quis orabit pro delicto?
quis ſpondebit pro conuicto?
quis in iudicio tam ſtricto
fiet in præſidium?
Pacis Angeli aſtabunt,
ſicut ſcriptum eſt, plorabunt,
iuſta [illegible] men approbabunt
iudicis ſententiam.
Et quod ſonat magis durè,
omnes Dei creaturæ
aggrauabunt iuſto iure
ream conſcientiam.
Sed hæc factis ex ſceleſtis
eſt ſui ipſius teſtis,
nullam iudici in geſtis
intuens iniuriam.
Tunc horribiles tortores
tot incutient terrores,
vt iam ſentiens dolores
vertatur in furiam:
Tunc à bonis reprobata,
in ſeipſa deſperata,
anima ſic deſolata
in profundum mergitur.
Vbi chaos hoc firmatur,
vt nunquam egrediatur:
ſicut Abraham teſtatur,
huc illuc non pergitur.

O quæ lingua vel narrare,
vel quis ſenſus cogitare,
quis vel audet numerare
mala multiplicia:
Quæ damnandis ſunt parata,
& diuerſis deputata,
prout ſingula peccata
exigunt & vitia?
Ignis frigus procellarum,
ſulphur, fœtor tenebrarum,
iugis luctus animarum
pars earum calicis.
Sempiterna mors, dracones,
fames, dæmones, bufones,
amariſsimos agones
ſuperaddunt miſeris.
Tot ſunt loca tenebroſa,
tot tormenta monſtroſa,
quot hac terra ſpacioſa
atque viſibilia.
Quaſi parum ſint miranda,
nec ad illa comparanda,
iſta quippe enarranda,
hæc indicibilia.
Sic lætitia Sanctorum,
iucunditas Angelorum,
Dei gloria Deorum
eſt inenarrabilis.
Eris clarè Deum videns,
fruens & amore tenens,
Potens, ſciens, placẽs gaudẽs,
fulgens, liber, agilis.
Vbi Conditoris tui
vultu ſemper poßis frui:
felix prorſus, illa cui
viſio conceditur.

A qua nunquam ſeparatur,
ſed perpetuò lætatur,
mali nihil formidatur,
nec quis ibi læditur.
Illic Angelorum chori,
Sancti facie decori,
viuere & nunquam mori,
mortis nec memoria.
In æternum ſed gaudere,
ſummo bono inhærere,
cuncta bona poßidere
in æterna gloria.
Nunquam auris hic audiuit,
nec videre quiſquam ſciuit,
ſolum qui in cœlis viuit
ſcit experientia.
Quid à malis liberati,
& in gloria locati,
ipſi poßident beati,
in Chriſti præſentia.
Sed his paucis propalatis,
partim tactis & narratis,
quæ tum ſanctis, tũ damnatis,
præparata legimus.
Iam prudentius agamus,
ſanctam vitam eligamus,
in hoc mundo defleamus,
mala quæ peregimus.
Non viuamus vt iumenta,
ne poſt mortem ad tormenta,
veniamus & lamenta
intolerabilia.
Modò veniam precemur,
mortem Chriſti meditemur,
ad ſuperna præparemur.
deſiderabilia.
Ecce mundus euaneſcit,
decor eius iam marceſcit,
& quotidie vileſcit,
fallax eius gloria.
Quæ demergit ad inferna,
ergo gloria ſuperna,
vita nobis ſempiterna
iugis ſit memoria.
Vt defuncti ſubleuemur,
cum cœleſtibus lætemur,
& in Deo gloriemur
ſummè delectabili.
Qui ſolus glorificandus
eſt, amandus & optandus,
laudéque magnificandus
eſt interminabili. Amen.

D. Bru-

D. Brunonis Carthuſianorum Patriarchæ
ELEGIA.

Mortales Dominus cunctos in luce creauit,
Vt capiant meritis gaudia ſumma poli.
Felix ille quidem, qui mentem iugiter illuc
Dirigit, atque vigil noxia quæq; cauet.
Nec tamen infelix, ſceleris quem pœnitet acti,
Quiq; ſuum facinus plangere ſæpe ſolet.
Sed viuunt homines tanquam mors nulla ſequatur,
Et velut infernus fabula vana foret.
Cùm doceat ſenſus mortales morte reſolui,
Atq; erebi pœnas pagina ſacra probet.
Quas qui non metuit, infelix prorſus & amens
Viuit, & extinctus ſentiet ille rogum.
Sic igitur cuncti mortales viuere curent,
Vt nihil inferni ſit metuenda palus.

FINIS.

Subiecta Cenſuræ omnia ſunt Eccleſiæ:
Laudet profanus an improbet, nihil moror.

Damaſcenus in hiſtoria B. Ioſaphat.

BEati certè illi, ac ter beati, vt qui Dei amore flagrârunt, atque ob eius amorem omnia pro nihilo duxerunt; ſi quidem lachrymas profuderunt, dieq; ac nocte in luctu verſati ſunt, vt æternam conſolationem adipiſcerentur: ſe ipſos vltro depreſſerunt, vt illic in altum extollerētur: carnes ſuas fame & ſiti, & vigilijs confecerunt, vt illic Paradiſi delitiæ, & gaudia eos exciperent: Spiritus ſancti tabernaculum per cordis puritatē extiterunt, vt ad Chriſti dextrā ſtarent: lumbos ſuos in veritate ſuccinxerunt, atq; in promptu ſemper lampades habuerū, immortalis ſpōſi aduentū expectantes. Nam cùm mentis oculis præditi eſſent, horrendū illū diem ſemper proſpiciebant, atq; tum futurorū bonorum, tum futuri ſupplicij cōtemplationem ita in corpore defixam gerebāt, vt ab ipſa nunquā diuellerētur. Laborare hic ſtuduerunt, vt ſempiternæ gloriæ compotes eſſent. Perturbationum expertes, non ſecus atq; Angeli fuerunt. Beati illi, ac ter beati, quoniam firmis mentis oculis præſentium rerum vanitatem, atq; humanæ proſperitatis incertitudinem, & inconſtātiam proſpexerunt, eaq; reiecta, ſempiterna bona ſibi ipſis condiderūt: & vitā eam, quæ nunquam occidit, nunquam morte interrumpitur, arripuerunt.

INDEX

INDEX

PRÆCIPVORVM CAPITVM HVIVS TRACTATVS.

I. *De origine, & progreſsionibus religioſæ & ſolitariæ vitæ, in veteri Teſtamento, ante, & poſt Diluuium.* fol. 1.

II. *De religioſis fœminis, in veteri Teſtamento.* fol. 17.

III. *Quales apud priſcos, in Paganiſmo religioſi extiterint.* fol. 20.

IIII. *De primis Chriſtianis religioſis.* fol. 36.

V. *De Monaſterÿs & cœnobÿs.* fol. 74.

VI. *A quibus, & propter quas cauſſas fuerint extructa Monaſteria, Cœnobiaq́ꝫ, & an fuerint ſolùm Scholæ literarum.* fol. 97.

VII. *Quare veteres tam libenter fuerint religionem ingreſſi, & quam illa ſit ad bene viuendum vtilis, & quo animo ſolitarium vitæ genus appetendum ſit.* fol. 121.

VIII. *De officio parentum erga illas proles, quas huic vitæ deſtinârunt: vt nec cogant eas, nec prohibeant.* fol. 137.

IX. *Quid futuro monacho ante cogitandum ſit, & de expurgando priùs animo, & ne tunc nimium differatur.* fol. 160.

X. *De eligendo bono duce & magiſtro, certaq́ꝫ ſodalitate, ordine atqꝫ Cœnobio.* fol. 174.

XI. *De receptione tyronum, & de veſtitu.* fol. 185.

XII. De

XII. De profeſſione, eiusdemq́; miniſtro, tempore & caremonijs. fol. 200.
XIII. De veſtibus religioſis. fol. 216.
XIIII. Quòd poſt profeſſionem religioſos deceat conſtantia & diligentia in progrediendo. fol. 243.
XV. Non facilè diuagandum extra monaſterium. fol. 266.
XVI. De claudendis monaſterijs, & de viſitatione amicorum. fol. 282.
XVII. Quàm periculoſa ſit virginibus cum viris, & cum fœminis viro frequens conuerſatio. fol. 299
XVIII. Externus labor, & pia honeſtaq́; exercitia religioſis egregiè conueniunt, & qualibus deceat eos occupari. fol. 315.
XIX. De Silentio. fol. 329.
XX. De prauis cogitationibus maturè comprimendis. fol. 354.
XXI. De Balneis. fol. 347.
XXII. De Spirituali Gaudio. fol. 363.
XXIII. Tempus ratio atq; modus adhibendus. fol. 367.
XXIIII. De caſtitatis excellentia, & præmio. fol. 368
XXV. Quantum Eccleſiæ Dei & Reipub: Chriſtianæ profuerint religioſæ vitæ ſectatores, & quod propterea ab antiquis valde honorati fuerint. fol. 380.
XXVI. Quòd propter hominum abuſus & vitia

res

ores & ordo vituperandus non ſit: nec malorum odio boni grauandi. fol. 406.

XXVII. Aliorum quorundam argumentorum explicatio, quæ De aſperitate, de inſuauitate, de tentationibus magnis, de obedientiæ, & paupertatis difficultate, de morbis, deq; ſolitudine & otio, ad deterrendum ab ingreſſu religionis, adferuntur. fol. 422.

XXVIII. A legitimo magiſtratu neceſſariò ſunt viſitanda, & inſtauranda monaſteria, & quatenus hoc ad laicos pertineat. fol. 426.

DE